B. I.
520

UNIVERSITEITSBIBLIOTHEEK GENT

000091605

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex Libris Andreæ Du Bois

Tomus Simplex.

N°. 97.

Digitized by Google

J. A. Comenii

LEXICON ATRIALE Latino-Latinum,

Simplices & nativas rerum nomenclationes, è Ianua linguæ Latinæ jam notas, in elegantes variè commutare docens.



AMSTELODAMI,

Apud Joannem Janssonium.

CIↃ IↃ C LVII.

Digitized by Google

Imperialis liberæ Civitatis

E S L I N G Æ

Proceribus.

Magnificis, Reverendis, Prudentiſſimiſque Viris,

D^no. GEORGIO WAGNERO, Conſulatûs Præſidi.

D. JOAN-GEORGIO SCHLOSBERGERO
D. EBERHARDO WEISSERO } Conſulibus.

D. ERNESTO JACOBO BECHT
D. CHRISTOPHORO CASPARI } Senatoribus Patriæ ſecretioribus.

D. M. ADAMO WEINHEIMERO, Eccl. Paſtori & Superattendenti.

D. PHILIPPO KNIPSCHILDT
D. GEORGIO FRIDERICO WAGNERO } J. U. Doctoribus & Syndicis.

Scholæ Patriæ CURATORIBUS *piis & vigilantibus.*

Nec non reliquis

Sacri Miniſterii, & Senatus utriuſque, Aſſeſſoribus digniſſimis,

Patriæ Patribus.

Salutem & proſperitatem!

Sapien-

INtellexi ex literis ad me datis Reverendi admodum Superattendentis Veſtri, D. Weinheimeri, Vos Scholæ Veſtræ in melius emendationem moliri. Non poſſum non gratulari, optimiſque conſiliis optimos apprecari ſucceſſus. Veriſſimum enim eſſe illud,

FUNDAMENTUM REIPUBLICÆ EST RECTA JUVENTUTIS INSTITUTIO,

nemo dubitat: hoc autem dubitari poteſt, quænam recta illa ſit inſtitutio. Qua de materia quia nobis ab aliquot retrò annis multa cogitandi occaſiones datæ fuerunt, repertaque nonnulla exiſtimantur quæ Chriſtianæ Juventuti, & Scholis, prodeſſe queant, ea nos in unum tandem collecta (ſub OPERUM DIDACTICORUM nomine) publico exponere decrevimus. Summa erit, *Optando optandum eſſe, ut omnis Chriſto ſacrata Iuventus ea diſcat in terris, quorum ſcientia perſeveret in cælos. Ita tamen eos ad æternitatem ſapere adſuefaciendo, ut non deſipiant hîc etiam. Id quod obtineri poteſt providendo, ut Scholarum diſcipuli, tanquam Vitæ candidatuli, nihil diſcant niſi ad Vitæ uſum: adſueſcendo de omnibus quæ in Vita obvenient judicare incorruptè, & de rebus rectè*

intellectis loqui appoſitè, tandemque (quod maximè quæritur) agenda agere prudenter: Vitæ negotiis ita redditi, quiſque ſuo loco & gradu, idonei, ad ſerviendum Deo & humanæ ſocietati quàm maximo uſu. Quod eſſe docendos docemus non verbis duntaxat, aut præceptis, ſed exemplis perpetuis, perpetuoque imitandi conatu, & actionibus vivis. Hæc eſt Didacticorum noſtrorum moliminum ſumma. Aut me omnia fallunt, aut hæc erit vera via præſtandi, ut Scholæ ſint quod audiunt, *Eccleſiæ & Reipublicæ ſeminaria vera.* Quæ deſideria ut obtineamus tandem, videamuſque & florentem verè Eccleſiam, & tranquillam undique Rempublicam, faxit miſericordia Dei!

Ego interim, dum per hos ipſos dies purioris Latinitatis, & fluidioris ſtyli, ſubſidiolum hoc, *Latino-Latinum Lexicon*, prelô exit, honoratiſſimum nomen Veſtrum, Vrbiſque & Scholæ Veſtræ, præfigere volui, ut quanti ſapiens Veſtrum conſilium faciam publicè conſtet. Benè conſulite affectum, Viri ſapientes! quos unà cum Schola, Eccleſia, Requepublica Veſtra, divinæ commendo gratiæ. Dabam Amſterdami 21. Julij, 1657.

Omnium bonorum, Veſterque,
Cultor
COMENIUS.

Elegantes Ingeniorum, ad Mentis, Motum, Linguæque elegantiam, Formatores, ſalvete!

QVisquis Latinæ linguæ amore Ianuam Linguarum noviſſimam, eâ diligentiâ qualem requiſivimus, modoque illo quem oſtendimus, pertranſierit, eum nec circa Res *adeò cæcum, nec ad* Actiones *prorſus inertem, nec in* Sermone *omnino elinguem, fore ſperamus. Quia tamen Deus Hominem undiqueverſus amuſſitatum, elegantemque, fecit, ſubſerviendum eſt hâc etiam parte Divino conſilio, ut in humanitatis ſtudio accuratioribus futuris; plenius etiam* Rerum ad invicem rationes, Actionumque noſtrarum formæ ac normæ, cum occultioribus Sermonum artificiis, *commonſtrentur, eôque ipſo ad humanam & divinam ſapientiam verius ac plenius intelligendam fores recludantur. Quo fine nos* Atrium linguarum *conſtruximus: in quo eadem Rerum & Actionum, quaſi omnium, hiſtoriola quam Ianua linguarum Verbis propriis ſimpliciſſimè enarraverat, ſic iteratur, ut cum* Rerum *& Actionum artificia, tum & Sermonum Ornamenta, pateſcant melius. Vbi tametſi (Rerum & Actionum ſymbolicâ pertractatione, Sermoniſque exornatione) diffundendi ſeſe materia dabatur uberrima, diffundi tamen non libuit. Ideò* primùm, *quia fundamentalem Methodi legem (quæ Authores* τὸ πᾶν *facit, & ad illos viam explanari vult brevem & facilem) violare non libuit: neque Diſcentium obſiſtere aviditati, quæ in eoſdem Authores (ritè ſibi commendatos) proculdubio immitti, quam circumduci, mavolet. (Naturale eſt ad deſiderii finem cum impetu ferri, ut interdum ipſa quoque media remoræ videantur.) Nec denique noſtrum fuit omnia Authorum (Phraſes, Adagia &c.) exhauſta & huc congeſta velle:*

Digitized by Google

ſed guſtum tantum dare verum, directorioque inſtruere vero, quo adjuti utiliter Authorum campos pervolitare, apicularumque inſtar Elegantiarum & Sapientiæ floſculos ipſimet comportare, condoceſiant. Maluimus igitur, & ex lege Methodi debuimus, Regularum *adjungere (imo præjungere)* Syntagma: *quô recluſos ante ſe videntes Elegantiarum fontes, rivulos inde velut infinitos diducere queant, quibus id foret volupe.*

Ne tamen ſibi permiſſi elegantiarum loco monſtra forte pariant, detinendi etiamnum intra cancellos ſunt: nempe ut non ad lubitum phraſes, tropos, adagia, fingere ſibi licere putent, ſed loquendi formulis receptis, Authorum bonorum, conceptus mentis efferre conſueſcant. Quo fine illis præſens hoc paravimus ſubſidium, Latino-Latinum Lexicon: quod hucuſque progreſſos diſcipulos minus Latina Latinioribus commutare, vere Latina verò Latiniſſimè etiam variare, doceat.

Latino-Latinum Lexicon *ideò appellamus: quia quicquid rerum & conceptuum Ianuales diſcipuli Latine propriè, & Vocum nativo ſignificatu, efferre jam didicerunt, hic pro themate ſtat: quomodo autem unumquodque horum efferendum ſit Latinius, ad elegantioris ſtyli formam, exemplis mox ſubjectis oſtenditur. Quæ pure Latina eſſe ut nequis dubitet, Authores allegamus antiquos, initialibus ſaltem nominum literis: ſed quibus nulla additur allegatio, illa ex recentiorum periphraſibus, aut etiam ex Atrio noſtro, deſumta eſſe intelligi debet.*

Quæ allegatorum Authorum nomina ut legere, ſimulque quorum phraſes & formulas tutius imitari liceat attendere, conſueſcant Diſcipuli, libet hic initia illa Nominum integris commutare nominibus, eaque recenſere Alphabeti ſerie: addito, quinam eorum Hiſtorici, Oratores, Poëtæ, *aut de his omnibus* Cenſores, *fuerint.*

Digitized by Google

rint. Hoc autem ideò: ut facilius attendere queant, moniti, non omnia communi ſtylo convenire, quæ grandi ſtylo uſus Orator, vel Poëta, aut ludens Comicus, extulit. Ita ergo habendum.

Amm. Legatur *Ammianus*, qui hiſtoricus fuit poſterioris ævi.

Anon. *Anonymus*: innominatus Author.

Aug. *Auguſtinus*: Eccleſiaſticus ſcriptor, inter Patres primarius.

Ad. Iun. *Adrianus Iun.* Crit.

Bud. *Budæus*, criticus.

Cæſ. *Iulius Cæſar*, hiſtoricus.

Cat. *Catullus*: Poëta elegiacus.

Cic. *Cicero*, Orator, Latinæ eloquentiæ parens.

Cæl. *Cælius Rhodiginus*, ſcriptor è neotericis terſus.

Col. *Columella*, rei Ruſticæ ſcriptor.

Curt. *Curtius*, hiſtoricus.

Enn. *Ennius*, Poëta vetuſtus.

Eraſ. *Eraſmus* Roterodamus.

Feſt. *Feſtus*, criticus.

Flav. Vop. *Flavius Vopiſcus*, hiſtoricus.

Flor. *Florus*, hiſtoricus.

Gell. *A. Gellius* (aliis *Agellius*) hiſtoricus & criticus.

Hier. *Hieronymus.*

Hor. *Horatius* poëta.

ICTI. Juris conſulti.

Iul. Capit. *Iulius Capitolinus*, hiſtoricus.

Iuſt. *Iuſtinus* hiſtoricus.

Iuv. *Iuvenalis*, poëta ſatyricus.

Lamp. *Lampridius*, hiſtoricus poſterioris ævi.

Liv. *Livius*, hiſtoricus ſuavis.

Lucan. *Lucanus*, poëta.

Lucr. *Lucretius*, poëta.

Mart. *Martialis* poëta.

Nev. *Nevius*, poëta vetuſtus.

Ovid. *Ovidius*, poëta ſuavis.

Pal. *Palmerius*, criticus.

Pat. *Paterculus Vellejus*, hiſtor.

Perſ. *Perſius*, poëta durus, obſcurus.

Plaut. *Plautus*, poëta comicus, jocoſus.

Plin. *Plinius*, hiſtoricus & orator.

Plin. Iun. *Plinius Iunior*, Politicus.

Prop. *Propertius*, poëta.

Quint. *Quintilianus*, Rhetor.

Saluſt. *Saluſtius*, hiſtor. ſtylo gravis.

Sen. *Seneca*, philoſophus, ſtylo Laconicus.

Sil. *Silius Italicus*, poëta.

Sip. *Sipontinus*, criticus.

Spart. *Spartianus* hiſto. poſterioris ævi.

Stat. *Statius* Papinianus, poët.

Suet. *Suetonius* hiſtoricus.

Tac. *Tacitus*, hiſtor. ſublimis.

Taub. *Taubmannus*, poëta & Criticus.

Ter. *Terentius*, poëta comicus.

Tib.

Digitized by Google

Tib. Tibullus, *poëta.*
Val. Max. Valerius Maximus, hiſtoricus Lacon.
Virg. Virgilius Maro, Poëtarum rex.
Vlp. Vlpianus, JCTUS.

Hæc de Lexici hujus ſtructura. Vſus illius erit primùm *ad tanto magis alliciendum ingenia ad ſuavitatum ſermonis, & Eloquentiæ, amorem: intelligendumque Plinianum illud*, Magna pars ſtudiorum amœnitates quærimus. (*Vbique nimirum natura humanæ palatum eſt delicatum, ubique varietatem & ſuavitates captat.*) Deinde, *ad comparandam ſibi ſic etiam facilius initialem (antequam in Authores veniatur) Orationis copiam, ſtylumque fluidum.* Demum *ad ſtyli ſecuritatem, dum ſe cum Authoribus loqui certum habebunt.*

Quibus autem exercitiis adhuc perpoliri debebunt Diſcipuli? Offerendum illis quidvis Latinum *ſeu ex Ianuæ ſeu ex Atrii Textu, aut undecunque deſumtum erit, cui illi Lexici hujus ductu novos induere, eoſque decoros, tentabunt vultus. Idque tam diu, donec recte imitari, Authorumque allegatas phraſes, vel adagia, propoſito ſuo apte accommodare ſciant: quæ res attentionem, & continuatam aliquouſque diligentiam, requiret. Quicquid enim agimus; magiſterium relinquendum eſt praxi: quia* ſolus uſus facit artifices.

Sicubi circa has iterum minutias defeciſſe videbitur diligentia noſtra (agnoſco autem, & fateor) condonetur quæſo: defectus intervenire humanis rebus, humana ſors eſt. Placeat cuique bono benignum Varronis judicium: Non omnes cœpiſſe (magna in ſylva) feras, nemini unquam fraudi fuit.

Vtinam vero Eruditorum aliquis tale Latino-Latinum Lexicon *omnibus numeris perfectum elaborare, eaque re Scholis melius ac per nos potuit gratificari, animum inducat!* Vale.

A.

ABECEDE.] Auguſtino, & Cœl. Rhod. dicitur. Sed purioribus Scriptoribus Alpha & Beta *Iuv*. Vulgò Alphabetum. Primæ literæ, *Vlp*. Elementa puerorum, *Cic*. Prima literarum elementa. *Quint*. Elementariæ literæ, *Iul. Cap*.

Abecedarius v. Alphabetarius.

A, AB, ABS.] Ab, etiam conſonis præponitur, ſi non duram faciat colliſionem, maximè verò Liquidis, L. R. Item S. I. & D. N. Ab regione, ab radice, *Plin*. Ab Septentrione, *Var*. Ab Syllâ, Ab Duce. Ab Domo, Ab Nobilitate *Cic*. Abs etiam Vocalibus & literæ R præjungitur. Abs ædibus *Plaut*. Abs Rege. *Tacit*.

Abacus in triclinio] Abacium. Menſa Pythagoræ. Organum Arithmeticum *Cal. Rhod*.

Abacus luſorius] Alveolus, *Cic*. Alveus luſorius, *Plin*. Tabula latruncularia, *Sen*.

Abaculus] Numulus calculatorius, Calculi ſupputatorii, *Hermol*.

Abamita] Amita major, *Feſt*.

Abavus] Quartus Pater, *Perſios*.

Abbreviatura] Compendia vocum, *Manil*. Notæ literarum, *Valer. Prob*. Compendia ſcribendi, *Recent*.

Abbreviaturis ſcribere] Notis ſcribere, *Var*. Scribere per compendia, *Solin*. Litera mihi verbum eſt *Manil*. vide *Scribere*.

Abdere] Abſcondere in latebras *Plaut*. Natura veritatem in profundo abſtruſit. In tenebras retruſus. Occulere, removere ab oculis. Conjicere in latebram, ſe vel aliquid *Cic*. Recondere ſe in aliquem locum *Quintil*.

Abdicare ſe] Deponere imperium. Exuere. Renunciare magiſtratui. Abire magiſtratu, *Cic*. Ejurare imperium, *Tac*. vide *Deponere*.

Abditè] Clanculum *Ter*. Latebroſè, Clandeſtinò *Plaut*. In angulis otium Philoſophi conſumunt, Furtim: In ſinu gaudere *Cic*. Angulatim, *Diomed*. & *Sidon*. Furtivè, *Vlp*.

Digitized by Google

Arcanò, *Caſ.* Clanculò, Celatim. Secretim. *Amm.* Per occultum. *Tac.* Celatè, *Amm.*

Abditus, v. *Arcanus.*

Abducere à] Deterrere ab officio. Detorquere, *Cic.* Subducere pugnæ militem, *Virg.* Avertere, *Cic.*

Abduci] Auferri alienis conſiliis. Abripi æſtu ingenii. Perſuaſum eſt ei. Prolabi cupiditate. Induci promiſſis, *Cic.* Capi ſpecie. Deliniri voluptate, *Quint.* Provehi ſpe, *Liv.*

Aberrare] Deviare, *Macrob.* In falſum jacere tela, *Tac.* In ventum effundere vires, *Virg.* Fefellit eum. Deerravit à patre puer. Non eſt aſſecutus. Non expreſſit exemplar. Præter ſcopum jacit. Decollavit ſpes, *Plaut.* Declinare de ſtatu ſuo, *Cic.* Deflectere de viâ. Exorbitare, *Aug.*

Abeſt] Quid eum quæras, qui fuit? *Plaut.* Defuit bello. Unum jam & alterum diem deſideratur. Extra eſt. Solitudo eſt ab oratoribus in foro, *Cic.* Ne muſca quidem: ſcilicet intus, eſt, *Suet.* Amici nulli erant, *Gell.*

Abhinc] A modò, *Apul.* vid. *Exinde.*

Abhorrere] Exſecrari. Deteſtari tanquam auſpicium malum. Reſpuere aliquid, *Cic.* Averſari, *Liv.* Odium me cepit alicujus, *Ter.* Faſtidire, nauſeare aliquid, *Cic.* Odi profanum vulgus & arceo, *Horat.*

Abi] Apage à me, & te à me, *Plaut.* Aufer te hinc. Concede hinc, *Ter.* Abi tu tacitus, tuam viam. Ultrò iſtum à me. Faceſſe hinc. Fugin' hinc ab oculis? Foras lumbrice. Quin abis quò dignus es, *Plaut.* Ultra Sauromatas fuge, *Iuve.* Abi paſtum corvos, *Hor.* Exeſto. *Feſt.* Non hinc vos properè amolimini? *Pacuv.* Abi Morboniam, *Suet.*

Abjectus] Contemptus, contemptiſſimus, Jacet. Jacens homo. Jacet in ſilentio. Deſpicatiſſimus, *Cic.* Deſpectiſſimus, *Suet.* Projectus, *Tacit.* Inhonorus, *Plin.* Fruſtra habitus, *Tacit.* Jocus, *abſolutè.* Jocum me putat eſſe Mœcha turpis. *Catul.* Sterquilinio, fimo, abjectior, *Eraſ.*

Abigere] Repellere aliquid. Depellere famem. Propellere periculum. Fugare hoſtes, *Cic.* Propulſare hoſtem, *Caſ.* Si quis non defendit injuriam neque propulſat à ſuis,

cùm

cùm poteſt, injuſtè facit, *Cic.* Pellere metum, *Idem.* Protelare, *Feſt.*

Abjicere] Abjicere onus: voluntatem diſcendi: cogitationem de. Projicere inhumatum aliquem, *Cic.* Projicere arma, *Cæſ.*

Abire] Faceſſere ab aliquo. Diſcedere. Abſcedere. Diſceſſionem facere, *Cic.* Digredi. Avolare. *Idem.* Tergum oſtendere, *Val. Max.* Occipitium alicui oſtendere, *Varro.* Auferre ſe, *Plaut.* Relinquere comites, *Ovid.* Recedere. Decedere, *Plaut.*

Abitio] Abitus; *Ter.* Diſceſſus ab Urbe. Abſceſſus ſolis. Receſſus à rebus peſtiferis. Diſceſſio, *Cic.* Seceſſus avium, *Pacuv.* Deceſſus Nili, *Plin.*

Abjudicare aliquid ab aliquo.] Abdicere aliquid ab aliquo, *Pomp. IC.* Abdicare regno, *Pacuv.* Regno expellere, *Id.* Abnego aliquem comitem, *Horat.* Præteritus ſuffragiis. Repulſam tulit à populo, *Cic.*

Abjugare] Abjungere juvencos, *Virg.* Disjungere boves ab opere, *Col.* Solvere juga tauris, *Virg.* Dejugare, *Plaut.*

Abjurare] vide *Abnegare.*

Ablactare] Depellere agnum à matre, *Var.* Depellere lacte, *Suet.* Initiare puerum Eduliæ, Poticæ, Cubæ, *Varro.* (N. Gentilium erant figmenta, Dea Cuba, Edulia, Potica, quibus curam eſſe puerorum eduliis aſſueſcendorum, ſomniabant) Disjungo à mammâ agnos, *Var.* Subduco lac agnis, *Virg.* Removere infantem, *Plin.*

Ablactatus, ſcil. infans] Exuber *Ioſ. Scal. Feſt. Iſid.* Lacte depulſus. Depulſi à mamma porci. Non jam lactentes, ſed delici, *Var.* Abrumus agnus, *Palmer. Taubm.*

Ablegare aliquem] Ablegare foras, *Plaut.* Amovere, *Tacit.* Mandare in ultimas terras. Amandare hominem à, in. *Cic.* Hunc Argum ſi potes amolire. Neſcio uti eum amittam à me. Hic utcunque eſt extrudendus aliquô, *Eraſ.*

Abligurire] Obligurire, *Ter.* Obſorbent fores quicquid venit intra peſſulos, *Plaut.* Urunt cultæ capellæ, *Virg.* Abſorbere aliquid, *Plin.* Sorbere, *Ovid.*

Digitized by Google

Abluere] Eluere ſordes. Luere ſcelus ſanguine, *Cic.* Abdere undis, *Virg.* Elavi in mari :/: lavi me, *Plaut.*

Abnegare] ſcil. depoſitum *Plin.* Fraudare creditum, *Feſt.* Abjurare, ſiquid creditum eſt, *Plaut.* Fallere depoſitum, *Ovid.* Inficiari, Abſol. *Feſt. Cic.* Inficias ire, *Ter. Gell.* Denegare crimen, *Cic.* Pernegare. Diffiteri, *Id.* Si authoritatem poſtea defugeris, ego pendeam, *Plaut.*

Abnuere] Aſſenſum denegare. Renuere, *Cic.* Renutare, *Lucr.* Oculo renuente negare, *Ovid.* Renutu reſpondere, *Plin. Iun.* Superciliis crimini renuentes, *Cic.* Aſſenſus ſuos ſuſtinere, cohibere. Non audio, nec Homerum audio. Repugno. Non aſſentior tibi hoc, vel de hoc, *Cic.*

Abolere :/: ad nihilum redigere.] Tollere è rerum natura. Exſtinguere memoriam alicujus. Afferre perniciem, exitium alicui, *Cic.* Perdere, Sepelire, *Id.* Facere perniciem. Dare exitio, *Tacit.* Perditum ire, *Ter.* Obliterare memoriam, *Liv.* Ad vanum & irritum redigere, *Id.* Diſperdere, *Amm.* Obſoleſacere, *Arnob.* vid. *Perdere. Amittere.*

Abominandus] Aſpernabilis, *Gell.* Odium terræ, *Plaut.* Exſecratus, *Plin.* Putidus, *Cic.* Sceleratus campus, *Liv.* Scelerata terra (in qua ſcelus commiſſum) *Virg.*

Abominari] Reſpuere malum. Exſecrari aliquem. Deteſtari aliquem tanquam auſpicium malum. *Cic.* Averſari aliquem, *Cic.*

Aboriri] Abortire, & i, *Plin.* Abortum facere, pati, *Plin. Iun.* Abortare, *Var.* Elidere partum *Celſ.* Ejicere partum: *Vlp.*

Abortivum] Abortivus foetus, *Suet.* Partus ejectus, ejectitius, *Plin.* Abditivus *Feſt.* & *Scal.* Abortum, *Feſt.* Semiformis pullus, *Col.*

Abortus.] Abortio, *Cic.* Abortus fit circa conceptionem. Abortus circa pariendi tempus, *Non.* Blapſigonia dicitur in apibus. *Plin.* v. Embryum.

Abradere] vid. *Deradere.*

Abrogare] Reſcindere conventa. Dictaturam æquare ſolo. Antiquare legem. Refigere, Tollere legem. Obrogare legi, *Cic.* Irrita facio facta alicujus, *Id.* Infectum ali-

quid

Digitized by Google

quid facio, *Plaut.* Infectum reddere, *Hor.* Reſcindo quod ſit factum legibus, *Ter.* Reſcindo leges, *Lucr.* Obliterare legem. Hæc lex abiit in deſuetudinem. Nunquam tui beneficii memoria intermorietur. *Eraſ.* Demoliri jus, *Plaut.*

Abruptus, v. *Interruptus.*

Abſcindere] Præſecare cultello favum, *Varr.* Reſecare membra. Amputare ramos. Præcidere ancoras. Exſcindere. Reſecare. Prætruncare linguam, *Cic.* Truncare, *Plin.*

Abſciſſum] Abſciſſio, *Amm.* Fruſtum avulſum. Abruptum.

Abſconditus] Reconditus. Secluſus à communi luce *Cic.* In præcordiis penitus nutriunt invidiam. *Apul.* In ſinu gaudium, *Cicer.* Abſtruſus. Remotus à ſenſibus. Occulta res, *Cic.*

Abſens] Abſentaneus, disjunctus, *Cic.* Diſſitus, *Apul.*

Abſit] Avertat Deus, *Vopiſc.* Dii melius, *Sen.* Quod Dii prohibeant. Atque hoc quidem deteſtabile omen avertat Jupiter, *Cic.* Ne Dii ſiverint. Meliùs ominare, *Plaut.* Sed dira avertite Divi, *Sil.* Dii averuncaſſint amentiam *Varr.* Te Æſculapi, atque Te Salus, ne quid ſit hujus, oro, *Ter.* Abſit, longéque abſit. Hoſtibus eveniat. *Eraſ.*

Abſit jactantia dicto] Abſit verbo invidia, *Livi.* Nec verò hoc arroganter à me dictum exiſtimari velim, *Cic.* Ambitione relegatâ dicere poſſum. *Hor.* Præfiſcini (hoc nunc dixerim) *Plaut.* Deus habeat hoc decus, *Plato.* Liceat mihi de me loquenti hoc abſque invidiâ dicere. Quod accipi quaſi arroganter dictum, nolim. Dicam non formidans jactationis ſuſpicionem. Defendendi, non gloriandi causâ id loquor.

Abſolvere (1) *vinculis liberare*] vid. Solvere.

(2) *Reum juſtum pronunciare*] Adſerere. Vindicare, *Cic.* Noxâ & nexu ſolvere, *Eraſ.*

(3) *Abſolvere negotium.*] Ad exitum, ad ſummum perducere. Faſtigium operi imponere. Curſum conficere. Emereri, *Cic.* Acceſſit operi manus extrema, *Id.* Ad culmen perducere, *Liv.* Conſummare opus, *Plin.* Imponere ſummam manum, *Sen.* Profligare bellum, perpetra-

Digitized by Google

re, *Tacit.* Incipere multò eſt, quàm impetrare, faciliùs, *Plaut.* Ad umbilicum deducere; Non recedere ſine corollario. Fabulæ extremum actum addere. Circulum complere. Supremam manum addere. Colophonem addere. Apicem imponere, *Eraſ.* Depugnatum eſt. Perdoluit. Deferbuit. Defunctus eſt. Deſiit artem. Depuduit. Deſultavit canticum, *Suet.* v. *Defungi aliquâ re.*

Non abſolvere ſolenniter cœpta] Cadere in curſu.

Abſolutio] Tabula abſolutoria, *Suet.* Formula indulgentior, quæ plus habet æquitatis & minus rigidi & ſtricti juris, *Bud.* Salutaris litera, *Cic.* (ſcil. A. quia illa eſt prima in voce *abſolvi.*)

Abſolutus in judicio.] Noxâ & nexu ſolutus, *Eraſ.*

Abſque] Citra faſtidium, *Plin.* Seorſum animâ. Orbus pedum, *Lucr.* Viduata loca pruinis. expers conſilii, *Cic.* v. *Citra, intrà.*

Abſtemius] Invinius, *Apul.* Prandium caninum, quod caret temeto, *Plaut.*

Abſtergere] Defricare aliquid pumice, *Plin.* Extergere ſpongiâ. Detergere fletus, *Claud.* Siccare lumina lanâ impreſsâ, *Proper.* Tergere vaſa, *Cic.* Tergeo vaſa, *Iuv.* Circumfricare, *Cato.*

Abſterrere aliquem à vel ab] Deterrere aliquem ab aliquâ re, *Cic.* Proterrere aliquem hinc, *Plaut. Ter.* Armis, viris, periculoque mortis repellere, fugare, avertere, *Cic.*

Abſtinere ſe ab aliqua re] Reprimere ſe. Abſtinentem eſſe, *Cic.* Abſtineo quò minùs, *Suet.* Temperare ſibi. Adducere habenas. Tenere ſe (ſcil. ab aliqua re). Imperare cupiditati. Comprimere animam. Sedare arrogantiam. Moderari animo. Parcere dolori. Abſtinere manus, oculos, animum à conjugibus, liberis, auro, *Cic.* Domitas habere libidines. Coërcere omnes cupiditates, *Cic.* Nullo dedecore ſeſe abſtinent. *Id.*

Abſtinentia] Innocentia, Affectio animi quæ nemini noceat, *Cic.* Integritas & continentia, *Id.* Moderatio, *Id.* Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis, *Ovid.*

Abſtinens] Temperans, *Cic.* Qui ſe in libidine continet.

Conti-

Contiñens linguæ. Fuerunt Romani hac quondam abſtinentiâ, *Cic.*

Abſtrahere] v. Retrahere.

Abſumere] Depaſcitur ignis. Depaſcitur febris artus, *Virg.* Exedere, *Ter.* Depaſci, conſumere, comedere patrimonium. Expromere induſtriam, *Cic.* Abuti caſeum, *Cato.* Præconſumere vires, *Ovid.* Fortunas ſuas abligurierunt. Exhaurire, Decoquere. Eluere, *Plaut.*

Abſurda agere] Mutus maledixerit ſurdo. Ab aſino lanam petere. Aquam in mari quærere. Aquilam volare doces. Arcem in cloaca facere. Aſino dare oſſa, cani paleas. Aſinum tondere. Athenas noctuas (ſcil. portare) Bovi ſaccharum; Pſittaco fœnum. Bove venari leporem. Cœcus de coloribus, & ſurdus de tenore. Camelo tranſmiſſo, culex in cribro deprehenſus hæſit. Mulgere hircum. Conglomerare inconglomerabilia. Ebur atramento candefacere. Fimo ſuffitum facere. Fontes ipſi ſitiunt. Imberbis ſenes doces. Imbrem in cribrum ingerere. In aëre piſcari. In mari venari. Lutum luto purgare. In aqua ſitire. In frigidum furnum panem injicere. Luſciniæ deeſt cantio. Mercurius infans.

Abſurdè] Ab re conſulere, *Plaut.* Ab orbita, *Varr.* Longiùs à vera ratione ferri, *Lucr.* Non cohæret, *Ter.*

Abſurdus] Perabſurdum quod dicitis. Auribus, animis abſurdum. Ineptum, *Cic.* Alienum, *Cæſ.* Nihil ad rem, *Plaut.* Nihil ad fides, vel ad chordam. *Er.*

Abundè] v. Effusè. Abundare, v. *Copia.*

Abuſus] Malus rei uſus. Abuſio, *Sipont.* Abuſus rerum res tollit.

Abuti] Malè operam locare, *Plaut.* Abuti, & conterere operam, *Ter.* Luxuriosè & inſolenter uti, *Bud.* Depravare naturam, *Cic.* Malè collocare horas, *Mart.* Spargere tempus, *Sen.* Lacerare diem, *Plaut.* Fruſtra habere, *Id.*

Abyſſus] Eluvies, *Cic.* Voragines *Id.* Barathrum, *Virg.* Sorbet in abruptum, *Id.*

Academia] Scholarum apex. Emporium Sapientiæ.

Digitized by Google

Accedere] Coaccedere, *Plaut.* Acceſſionem facere. Adire propius, *Ter.* Deſcendere ad. Aggredi ad, *Cic.*

Accendere] Flammas admoto fomite excitare. Feſtinare ignes. Moliri ignes, *Virg.* Ignem facere. Immittere, ſubjicere ignem fornacibus, *Vlp.* Succendere aliquid, *Liv.*

Accendi] Ignitionem pati. Excipere flammam. Exardeſcere. *Cic.* Inardeſcere, *Horat.* Corripi flammâ, *Ovid.* Concipere flammam, *Cæſ.* Deguſtant ligna ignes, *Lucr.*

Accentus] Tenor, Tonus, *Quint.* Vocalior ſonus, *Gell.* Sonus pronuntiandi. Intervallum ſonorum & vocis in loquendo. Contentio vocis, *Cic.* Vocis moderamenta. Voculationes, *Gell.* Impreſſiones vocum. Percuſſiones numerorum, *Cic.*

Accentùs, nota diſtinctionum in ſcriptione] Apex, *Quint.* Interpunctio, Interductus, *Cic.*

Acceptus] Plauſibilis, *Sen.* Probabilis ſpecie & odore roſa. *Plin.* Probabilis in vita re, *Spart.* Favorabilis, *Plin.* Venuſtus, *Cic.* Arbor gratioſa umbrâ. Eſt illi gratia, *Plin.* Omnia in illo ſunt ad gratiam, *Liv.* minimè aſpernandus. vide *Gratus.*

Accidens] Attributio loci, *Cic.* Qualitates, Celſ. v. *Caſus.*

Accidens eſſentiam non variat.] Pumilio, licèt in monte, non eſt magnus. Pygmæus in collo Gigantis magnus ſibi videtur.

Accidere, præter ſpem evenire] Inſperato mihi cecidit, evenit, contigit, *Cic.* Uſu venit, *Ter.* Quod ſi ſucceſſerit alienari mente, *Plaut.* Incidunt tempora. Cum incidunt cauſæ, *Cic.* Incidit caſus, aliquid mali civitati, *Id.*

Accinere] Accantare alicui, *Stat.* Succinere, *Var.* Admodulari, *Claud.* Jungere vocem fidibus, *Quint.* Carmina nervis aptare, *Prop.* Digiti cum voce loquuntur, *Tib.* Adſonat Echo, *Ovid.*

Accipere] Percipere fructus terræ, *Cic.* Sumere in manum. Aſſumere, *Id.* Adſciſcere ſibi aliquem comitem, *Id.*

Accitare] v. *Vocare.*

Acclamare] Succlamatum eſt à militibus. Clamoribus excipere, *Cic.* Favere linguis, *Horat.* Ore, *Virg.*

Accla-

Digitized by Google

Acclamatio] Applauſus. Admurmuratio ſecunda, *Cic.* Plauſus. Plauſus multiplex à toto conceſſu alicui datus. Clamor ſecundus, *Virg.*

Acclinare] Demittere ſe ad aurem alicujus. Propendere. Incumbere, *Cic.* Inclinata fortuna, *Cæſ.* Inclinat ſe ſol, *Liv.* Proclinari, *Col.* Vergere ad imum, *Horat.* Impellere aliquem eo ut incumbat, *Plaut.* Conquiniſcere, *Id.*

Acclivis] Mollis aſcenſus, *Liv.* Declivis locus, collis, *Cæſ.* Proclivum ſolum, *Var.* Devexus molliter collis ad meridiem, *Col.* Inclinatus, *Pallad.* Scalaris forma, *Vitruv.*

Accommodare] Attemperare. Moderari vires ſuas ad inferiorum debilitatem, *Sen.* Comparare ſe. Conformare animum. Aptare virtutibus. Aptum reddere. Velificari alicui, *Cic.*

Accommodare ſe omnibus] Scenæ ſervire. Popularem auram captare, *Hor.*

Accreſcere] Acceſſionem recipere. Adaugeſcere, *Lucr.* Augeſcere, *Cic.* Creverunt opes animique hoſtium, *Id.* Grandeſcit aliquid hilari adauctu, *Luc.*

Accumbere] Diſcumbere menſis, *Gell.* (N. Accumbere, de uno & multis; diſcumbere de multis tantùm dicitur.) Recumbo conviva, *Horat.* Conſidere menſis, *Virg.*

Accumulare] Coacervare pecuniam, cadavera. Congerere omnia in unum, Redigere in unum, *Cic.* Acervare aliquid, *Plin.* Contrahere in acervum, *Cæſ.* Cumulare benefacta, Bona, mala, ad ſatietatem uſque, *Plaut.* Conſtipaverunt ſe ſub vallo hoſtes, *Cæſ.* Conglobare, *Liv.* Agglomerare, *Virg.* Coadunare, *Plin. Iun.* Conglomerat in me fortuna omnia mala, *Enn.*

Accurare] Advigilare rei. Incumbere in aliquid, *Cic.* Enixam operam navare, *Amm.* Ad perpendiculum exigere, *Id.*

Accuratè] Exquiſitè. Conquiſitè, Scitè. Politè, *Cic.* Ad amuſſim, *Varr.* Ad lineam. Ad libellam. Ex amuſſi, *Plaut.* Scrupuloſè referre. Ex tempore, quàm à cura, præſtantior, *Suet.* Penſim atque enucleatè, *Gell.* Uſque ad exemplum, *Quint.* Ad unguem, *Hor.* Ad nummum convenit

 ratio

Digitized by Google

ratio. Exactè. Elaboratè. Divinitùs dicta. Preſſiùs agamus, *Er.* Nunc cominus agamus. Quæ verò accuratè cogitatéque ſcripſiſſet, *Cic.*

Accuratiſſimè rem expendere] Ad vivum reſecare. Sagaciter perveſtigare, *Cic.*

Accuratus] Exquiſitus. Exquiſitiſſimus. Elaboratus. Limatus, *Cic.* Excuratus, *Plaut.* Quæſitiſſimi honores, *Tacit.* Amuſſitatus, *Plaut.* Exactus, *Pompo.* Lucernam olet. *Adag.*

Accuſare] Reum agere, facere, Citare. Vocare in crimen. Inferre alicui crimen. Arceſſere judicio. Arceſſere capitis. Deferre. Litem inferre, *Cic.* Deferre impietatis, *Tacit.* Poſtulare reum repetundarum, *Suet.* Inſimulare proditionis. In jus vocare, ducere, Trahere. Dicam ſcribere, *Er.* Ad tres viros deferam tuum nomen, *Plaut.* Incuſat ſenis parſimoniam. Cauſatur Tutorum perfidiam, *Id.* Culpam in aliquem conferre, Derivare, Conjicere, *Eraſ.*

Accuſari] Reum eſſe ab aliquo. Lege de vi teneri. Nomen meum delatum, *Cic.* Dies mihi dicta eſt, *Plaut.* Pendere vel pependiſſe, *Suet.* Quot reorum nomina in tabella ſuſpendebantur. Poſtulatus eſt repetundarum. Teneri læſæ Reipublicæ, *Cic.*

Accuſatio] Delatio, *Cic. Tac.* Inſimulatio criminis. Criminatio, *Cic.*

Accuſatio ſæpe frivola] Si accuſare ſatis, nemo innocens.

Accuſator] Inquiſitor. Sector. Quadruplator, *Cic.* Perſecutor, *Ovid.* Delator, *Suet.* Accuſatrix, *Plaut.* Arceſſitor, *Ammian.*

Accuſatus] Nocens. Citatus. Is qui cauſam dicit. Ille unde petitur, *Cic.* Qui arguitur. Reus ambitus, *Id.* Defenſor. De cujus re diſceptatur. Item Advocatio pro perſonis, *Id.* Vid. *Reus.*

Acer & Acris] Vehemens, *Cic.* Argutus ſapor, *Plin.* Vehementi ſapore. *Id.* Acetum acerrimum, Celſ. Aceto acrius.

Acredo] Acrimonia. Acritudo ſucci. *Vitr.* Acumen ſaporis, *Plin.* Durus ſapor vini, *Virg.*

Acerbus, aſpero ſapore] Adſtrictus guſtus. Vis adſtrictoria

Digitized by Google

ria foliorum, *Plin.* Auſterum vinum, *Col.* Sapore linguam morſicans. Immitior uvâ acerbâ, *Eraſ.*

Acere, Aceſcere] Acorem concipere. Acore vitiari, *Col.* Fermenteſcit terra nivibus diutinis, *Plin.* Exacere. Exaceſcere, *Col.* Coaceſcere, *Cic.* inaceſcere, *Apul.* Peraceſcere, *Plaut.* Fermentari, *Plin.*

Acervare] Acervos conſtruere, *Cic.* Adaggerare, *Id.* vide *Accumulare.*

Acervatim] Globatim, *Amm.* Conglobatim, *Plin.* Uno grege, *Curt.* Glomeratim, *Macrob.* Congeſtim, Fartim, *Apul.*

Acervus] Turba voluminum: Chorus virtutum, *Cic.* Strues lignorum, *Liv.* Strues malorum. *Nav.* apud *Serv.* Silva rerum. *Quint.* Agmen aquarum, *Virg.* Glomeramen. *Lucr.* Torus graminis, *Apul.* Quis fons? Quis torrens verborum? *Eraſ.*

Acidula] Vini vicarii ſuppromus, *Plaut.*

Acies, acuta extremitas] Mucro gladii, dentium, *Cic.* Vertex acutiſſimus, *Col.* Faſtigium tenue mucronis, *Lucr.* Acumen roſtri, *Plin.* Cuſpis haſtæ, *Ovid.*

Acinaces] Acinacis. Curvus culter. *Sen.* Harpe. Gladius Perſicus, apud Xenoph. Copis. Gladius Turcicâ formâ.

Aquieſcere] *vide.* Contentum eſſe.

Aquirere] Aſſequi honorem. Conſequi famam. Nanciſci imperium, *Cic.* Parere libertatem. Invenire pecuniam bono modo. *Plin.* Parare. Comparare. Quærere rem, *Cic.* Compotem fieri, *Liv.* Potiri, *Virg.* Adipiſci gloriam, *Plaut.* Conquirere opes quæſtu *Plin.* Obtinere urbem armis, *Liv.* Ad eam laudem aſpirare non poſſunt, *Cic.*

Acquiſitum Vid. *Partum.*

Acredula] Philomela *Virg.* Luſcinia, *Var.* Aëdon. *Virg.* Attis, vel Atthis, *Mart.* Luſciniola, *Plaut.*

Acta publica] Tabulæ publicæ, *Cic.* Acta forenſia. *Ovid.* Libri actorum, *Juv.* Acta. *Tacit.* Inſtrumentum imperii, *Suet.* Publicum, *Var.* In publico Ardeæ ſcriptum exſtat. Tabularium, *Cic.* Tablinum, *Plin.* Protocollum, *Sipont.*

Actio, agentis motus] Facinus, *Cic.* Functio operis. Curatio, Adminiſtratio rerum, *Id.* Molimen *Liv.* vid. Accuſatio.

Actio

Digitized by Google

Actio in diſtans nulla] Abſens hæres non erit.

Actio non fit ſine repaſſione] Percutiens idem & percuſſus.

Activus vir] Briarei manus in exſequendo. vid. *Induſtrius.*

Actor] Qui vocat aliquem in jus, *Cic.* Qui ad judicium provocavit. Accuſator, Petitor, *Id.* Petitrix, *Paul. IC.* Inquiſitor, *Cic.*

Actor, qui & effector] v. Factor.

Actum eſt] Deploratus eſt, *Liv.* Tabula evanuit. Occidi. Nullus ſum, *Ter.* Ecce autem perii, *Plaut.* Nulla eſt ciſtella, neque ego ſum uſquam perdita, perdidit me. *Id.* Occiſa hæc res eſt. *Id.* Occiſiſſimus ſum omnium qui vivunt, *Id.* Sepulta eſt fama, *Ovid.* Occidit ſpes omnis, *Horat.*

Acuere] Exacuere furcas. *Virg.* Præacuere ſurculum. *Cat.* Aſperare ſaxo pugionem, oſſibus ſagittas, *Tacit.* Atterere coti gladium, *Plin.* Cotes trahunt, excitant aciem *Id.* Samiare, *Non.* Attrito cogunt gladios juveneſcere ſaxo, *Stat.* Aciem temperare. Aciem trahere. *Plin.*

Aculeus] Spiculum apum, *Virg.* Aculeolus, *Mart.*

Acuminare] Cuſpidare. Faſtigiare, *Plin.* Ducere ferrum, procudendo in tenuia & acuta mucronum faſtigia, *Lucr.* Cacuminare, *Ovid.*

Acupingere] Acu variare, *Mart.* Intexere gemmas veſtibus. Diſtinguere veſtem ſegmentis, *Plin.* Lentum filis immittere aurum, *Ovid.*

Acupictus] Acu variatus, ſegmentatus, *Iuv.* Picturatus, *Stat.* Variatus figuris, *Luc.* Intertextus pluribus notis, *Quint.*

Acutè videre] Lynceis oculis contemplari.

Acutus] Præacutus, *Caſ.* Cultellatus, *Plin.* Cultratus. *Id.* Samiatus, *Vopiſc.* Dentatus, *Cic.* Chryſippo acutior.

Adagium] Tritum vetuſtate proverbium. v. Proverbium.

Adamare, amare incipere] Incidere in amorem. Concipere, ſuſcipere amorem, *Cic.* Adjungere, appellere animum ad, *Ter.* Adjicere oculos cupiditatis ad, *Cic.* Capi amore, Amplexare, *Id.* Amaſcere, *Iſid.*

Adapta-

Digitized by Google

Adaptare] Vide Accommodare.

Adaquare] Dare potionem alicui, *Quintil.* Potionatus medicamento amatorio, *Suet.* Do potatum bubus medicamentum, *Col.* Salivare ægrum pecus medicamine. Potandum medicamentum præbere, *Colum.*

Addere] Adhibere ad, *Cic.* Coaddere, *Cato.* Superaddere alicui, ſuperdare, *Cel.* Coadjicere, ſubjicere, *Col.* Superadjicere, *Pallad.* Adſtruere alicui, *Plin.* Accudere tres minas, *Plaut.* Subnectere, *Quint.* Subjungere alicui, *Id.* Subtexere alicui, *Id.* Affodere ceſpitem fundo, *Plin.* Augere, *Plaut.* Adaugere, Appingere, *Cic.* Adjicere cibo, *Celſ.* Adjicere ad, *Cic.* Cumulare, *Id.*

Addiſcere] Conſequi ſcientiam, *Cic.* Condiſcere, *Plin.* Mandare memoriæ. *Lud. Viv.*

Additamentum] Appendix. Corollarium. Coauctio, Acceſſio, *Cic.* Acceſſorium, *Iuſt.* Parergum, *Plin.* Mantiſſa, *Lucil.* Superpondium, *Apul.* Sequela, *Vlp.* Auctarium, *Id.* Mantiſſa, *Scal.*

Addititius] Adventitia res, *Cic.* Inſitus civis. Inſititius, *Id.* Inſititius hæres. *Sen.* Extrinſecus additus & conſarcinatus, *Gell.* Affictitius, *Var.* Adſcitus lepos, *Corn.* Adjicialis cœna, *Plin.* Impoſitivum nomen, *Cic.*

Adducere] (1) Obducere exercitum ad oppidum, *Plaut.*

(2) *Citare authores*] Laudare aliquem authorem certiſſimum, religioſiſſimum, *Cic.* Recitare alicujus teſtimonium. Proferre legem. Producere authorem, teſtes, *Id.* Allegare, *Plaut.*

Adeò tam valdè] Adeóne hoſpes es? adeò ut. Tam palàm. *Cic.* In tantum, ut, *Plin.* Æquè, *Suet.* Adæquè, *Plaut.* Tam manè, veſperi, *Ier.* Tam amat, *Plaut.* Tanta mira intus vidi (i.e. *tam, vel tot mira*) *Id.* Tantopere diſſentiunt, *Cic.* Opere tanto. Tantum quantum quis (potes) fuge, *Plaut.* Uſquead ut. Eatenus ut, *Cic.* Ita animus ſtupet, *Ter.* Tamne, *Feſt.*

Adeſſe] Præſtò eſſe, *Cic.* Præs-ſum. Præs-eſt, *Plaut.* Aderam præſens. In re præſenti eſſe, *Id.* Coràm adeſſe. Præſentem adeſſe, Intereſſe ſermoni, *Cic.* Adeſſe ad, *Cat.*

Adeſt, de quo loquimur] Lupus in fabulâ, *Ter.* Etiamſi lupi meminiſſes. *Ad-*

Digitized by Google

Adhærere] Adhæreſcunt homines ad aliquid. *Cic.* Aur coma ſtirpibus adhæreſcit, *Apul.* Adcorporari, *Solin.* Affigi, *Cic.* Picis in morem ad digitos lenteſcit. (ſcil. terra) *Virg.* Mordicus tenere. *Cic.*

Adhortari] Admonere aliquem. Admonere ad aliquid faciendum, *Cic.* Admonere alicujus rei. *Liv.* Commonere aliquem officium ſuum, *Plaut.* Commonefacere publicæ utilitatis aliquem, *Gell.* Hortari aliquem aliquid, ad aliquid de aliquâ re. Exhortari aliquem ad virtutis ſtudium, *Cic. Plin.* Monere aliquem aliquid, *Ter.* Soleâ objurgare rubrâ. *Perſ.* Commonefacere monimentis bubulis, *Plaut.* Aurem vellere, *Virg.* Aurem pervellere, *Sen.*

Adhortatio] v. Admonitio, huc transfer.

Adhortator] Monitor, *Ter. Cic.* Admonitor. Hortator, *Cic.* Intimator, *Iul. Cap.*

Adhuc] Etiamnum? Etiam nunc? Nunc etiam, *Cic.*

Adhuc, de futuro] Ampliùs, *Ter.* Etiam. Etiam denuo. *Id.*

Adhuc ne?] Adhuccine?

Adigere. v. *Inducere.*

Adimere alicui aliquid] Subtrahere. Præcidere libertatem, *Cic.* Auferre. *Plin.* Demere, *Liv.* v. Demere.

Adire] Aditare. v. Accedere.

Aditum parare] Struere gradum ad altiora.

Aditus] Aggreſſio. Janua patefacta ad, *Cic.* Acceſſus, *Ovid.*

Aditus difficilis] Non cuivis homini contingit adire Corinthum, *Horat.*

Aditus patet] Aditus facilis ad. Aditus lati ducunt. Noctes atque dies patet atri janua Ditis. *Virg.*

Adjudicare alicui cauſam] Secundùm aliquem judicium facere. Addicere alicui bona, fundum, *Cic.* Addicere totam familiã, *Plaut.* Pecuniam ex edicto meo auferendi illi fuit, *Cic.*

Adjumentum] v. Auxilium.

Adjungere aliquid alicui] Adjungi ad authoritatem ſenatûs. Adjungere provincias ad imperium. Aggregare aliquid ad. Aggregare ſe ad amicitiam alicujus. Congregare in eundem numerum aliquem. Adſciſcere ſibi ſocium, *Cic.* Jungere ſe alicui, *Virg.* Jungere ſe ad aliquem, Aliquid ad aliud,

Digitized by Google

lind, *Cic.* Aſſociare aliquid, *Stat. Claud.* Adjugare, *Pacuv.* Agglomerant ſe. Addunt ſe ſocios, *Virg.* Attexere aliquid ad aliquid, *Cic.* Accorporare bona aliena ſuis, *Ammian.*

Adjurare] Jurejurando aliquem obſtringere, *Caſ.* Adigere jusjurandum, & ad jusjurandum, *Liv.* Objurare, *Feſt.*

Adjuvare] Adeſſe alicui auxilio. vide Juvare.

Admirari] Stupeſcere ob aliquid. v. Mirari.

Admirator omnium] Omnem lapidem nitidum adorat.

Admiſcere] Allinere ſordes ſententiis, *Cic.* Intermiſcere, *Liv.*

Admittere] Dare alicui admiſſionem, *Plin.* Haud gravatim facit ſui copiam. *Er.* vid. *Copiam ſui facere.*

Admonere v. *Adhortari.*

Admonitio] Admonitus, ûs. Monitus, Adhortatio. Cohortatio. Compellatio. Admonitum. Monitio. Hortatio. Hortatus, ûs, *Cic.* Commonitio, *Quint.* Hortamen, *Liv.* Monimentum, *Plaut.*

Adnaſci] Membra adnata animalibus. Increſcit verruca, *Plin.* Supercreſcit, *Quintil.* Vid. *Copiam ſui* facere.

Adniti v. *Eniti.*

Adoleſcens] Juvenculus, *Cat.* Juvenis imberbis, *Hor.* Puber filius, *Cic.* Viſticeps, *Gell.* Tiro, *Hor.* Ephebus, *Ter.* v. *Ephebus.*

Adoleſcere] Pubeſcere, *Vlp.* Ad plenitudinem creſcere, *Plin.* Juſtam maturitatem capere, *Col.* Excedere ex ephebis, *Ter.* Manum ferulæ ſubducere, *Iuv.* Paulatim gradus ætatis adultæ ſcandere. Summum aleſcendi cacumen tangere, *Lucr.* Jam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo, *Plaut.* Tempus adeſt cum meo more mihi vivendum, *Ter.*

Adoptare aliquem] Arrogare eum qui ſui juris eſt, *Gell.* Aſſumere in nomen aliquem, *Plin. Iun.* Parentelâ ſuâ dignum putare, *Iul. Cap.*

Adoptio] Adoptatio. Arrogatio, *Gell.*

Adorare] Aris honores imponere, *Virg.* v. Supplicare.

Adſcribere] Appingere aliquid ſcripto, *Cic.* Allinere, *Hor.*

Adſtare] Aſſiſtere, *Ovid. Ter.*

Advehere aliquid] Advectare copiam rei frumentariæ, *Tacit.*

Digitized by Google

Tacit. Supportare frumentum alicui, *Caj.* Commeatus ſubvehebatur, *Liv.* Subvectare virgas rure, *Plaut.* Ad nos pervehitur, *Plin.* Importare longè fructus, *Var.*

Advena] Adventitium genus. Adventor, *Plaut.* vid. Peregrinus. Item Hoſpes.

Advenire] v. Venire.

Adventus] Acceſſus. Acceſſio, Appulſus, *Cic.* Quid tibi huc ventio eſt? *Plaut.*

Adverſari] Contraire alicujus ſententiæ, *Tacit.* Reclamare. Admurmurare. Refragari. Obtrectare, *Cic.* Stare contrà, *Mart.* Tendere contrà, *Ter.* Obſtrigillare, *Var.* Obvertere cornua alicui, *Plaut.* *Apul.* v. *Obſiſtere.*

Adverſarius] Obtrectator, Æmulus, *Cic.* Adverſator, *Apul.* Contradictor, *Vlp.* Obſtrigillator, *Var.* Refragator, *Aſcon.*

Adverſus, a, um] Adverſans, *Cic.* Adverſiſſimi venti, *Cæſ.* Repugnantes inter ſe naturæ, *Cic.* Controverſa, & repugnantia, & naturâ communionem abhorrentia, *Macrob.*

Adverſùs] Contra naturam. In Antonium dicere, *Cic.*

Ex adverſo] E regione & è contrariâ parte nobis eſt, *Cic.* Exadverſum eſt fabrica. Exadverſus ei loco erat. *Ter.* Ex diverſo cœli, *Virg.* Stat contrà, *Id.*

Adverſaria, orum] Libellus memorialis, *Suet.* Hypomnema, *Cic.* Libelli lituratii, *Auſon.* Silvæ, *Gell. Stat.* Confuſanea doctrina, varia, miſcella, *Gell.* Pratum, *Id.* Spicilegia, *Palmer.* Animadverſiones, *Adrian. Iun.*

Adulari] Non re factiſque, ſed linguâ tantùm & verbotenus gratiâ gratificari, *Saluſt.* Lenocinari alicui. Sermonem ad alterius gratiam fingere & commutare. Ad gratiam alicujus loqui. Gratiæ causâ dicere. Auribus dare aliquid. Ne aſſentatiunculâ quâdam gratiam tuam aucupari videar. Ad voluntatem ſeu ſenſum alicujus loqui, *Cic.* Auribus ſervire, *Cæſ.* Palpari. Paraſitari. Supparaſitari alicui, *Plaut.* Partes tractare ſecundas, *Horat.* Quicquid dixiſſet ſequi, & ſecundas agere, *Sen.* Ad omnem auram evanuit. Dicis causâ, dicis gratiâ facit. Palpo percutere. Palpum obtrudere. *Er.* Caudâ blandiri, *Id.*

Adulanti

Digitized by Google

Adulanti fides non adhibenda] Nec te quæſiveris extrà.

Adulatio] Aſſentatiuncula, *Cic.* Adulatorius ſermo, *Tacit.* Aufer hinc palpationes, *Plaut.* Palpamenta, *Ammian.* Vernilitas, *Plin.* Comitas aſſentatrix. Officiorum blanditiæ malitioſæ.

Adulator]. Eruditus ad aſſentationem, *Cic.* Palpator, *Plaut.* Palpo, *Var.* Arriſor divitum, *Sen.* Quibus linguæ gratia facta eſt, *Ovid.* Quibus ſunt pictæ tentoria linguæ, *Perſ.* Cane adulantior. Hæredipetis, Gnathone adulantior, *Er.* Adulatore & amico non potes eodem uti.

Adulatoribus credere potiùs, quàm ſibi] Extrà quærere ſeſe.

Adulter] Nobilitatus adulterio, *Plin.* Pater alicujus vitio, *Ovid.* Subſeſſor alieni matrimonii, *Val. Max.* Clodius, *Cic.* Mulierum omnium vir, *Suet. Plaut.* Mœchus, *Ter.*

Adultera] Succuba alieni lecti, *Ovid.* Clytemneſtra, Agamemnonis uxor infida. Pellex, *Saluſt.* Pallace, *Suet.* Mœcha, *Catul.*

Adulterare] Peccare in adulteria, *Sen.* Lectum temerare jugalem, *Ovid.* Adulterare matronam, *Suet.* Adulterari, *Cic.* Committere adulterium, *Quint.* Alienum cubile inire, *Cic.* Stuprare, pro adulterare, *Sueton. in Nerone.* Mœchari. *Catul.* Permolere alienas uxores, *Horat.*

Adulterium] Stuprum, *Plaut.* Stupri argui à viro, *Bud.* Probrum, *Cic.* Pellicatus, *Id.* Mœchimonium, *Beroald.*

Adulterator pecuniæ] Stellio monetarius, Æruſcator, *Gell.*

Adultus] Maturus, *Liv.* Maturus ſponſæ, *Stat.* Grandis, *Cic.* Exoletus, *Feſt.*

Adunare. vid. *Coadunare.*

Adunatio] Unitas facta eſt, *Quint.* Unius corporis eſſe, *Liv.* Unum eſſe corpus, *Tacit.* Colliqueſcere & unum fieri, *Col.* Coaleſcere in unum, *Liv.* Corpora connexa. Condenſo. Conciliatus, *Lucr.* Unitas, *Sen.* Unio animorum, *Sipont.*

Aduncus] Uncus unguis, *Lucr.* Hamatus, *Ovid.* Inflexa in ſe cornua, *Plin.* Recurvum roſtrum, *Claud.* Scalpratum ferramentum, *Col.*

Digitized by Google

Advocare, vid. *Vocare*.

Advocatio] Revocatio ad, *Cic.* Introvocatus ad, *Amm.* Accitus, *us*, *Virg.*

Advocatus] (1) *generaliter cauſæ defenſor*] Patronus cauſarum. Actor cauſarum. Orator, *Cic.* Procurator litis, *Paul. IC.* Forenſis homo, *Quint.* Qui linguam cauſis acuit, *Hor.* Et miſſa ſub judice bella movet, *Lucan.* Natus ad arma clamoſi fori, *Ovid.*

(2) *Advocatus accuſatoris*] Actor. Petitor. Accuſator. *Cic.*

(3) *Advocatus Rei*] Defenſor. Patronus. Ab reo, *Cic.*

(4) *Advocatus in malam partem*] Cauſidicus. Pugnaciter loquens, *Feſt.* Proclamator, *Cic.* Rabula, *Id.* Latrator. Altercator, *Quint.* Ad lites (ſcil. homo) *Propert.* Prævaricator. Vocem in quæſtum conferens: venalem linguam habens, *Cic.* Vitilitigator, *Cato.* Concinnator litium. Conſarcinator cauſarum, *Vlp.* Togatus vulturius, *Apul.* Vendens jurgia fori, & verba locans, *Sen.* Loquendo pugnans, *Ovid.* Vendere verba ſolitus. *Martial.*

Advolvere] Admoliri rupem, *Curt.*

Adurere, leviter urere] Ignes cœleſtes levi afflatu veſtimenta adusſerunt, *Iul. Obſeq.* Amburere, *Plaut.* Præurere, *Virg.* Ignis deguſtavit tigna celeri flammâ. Suburere, *Sueton.* Glabrare ſues ex tenuibus lignis factâ flammulâ, *Col.*

Aduri à Sole] Colorari ſole, *Cic.* Nigrum colorem trahere, *Ovid.*

Aduſtus à Sole] Solatus, *Plin.* Præuſtus, *Plin.* Sole torridus. Cui diſcolor à ſole cutis. Cui ſole uſta cutis, *Plin.* Decolor Indus, *Ovid.* Incoctus Maurus, *Sil.* Exuſtus in ſole, *Celſ.* Solibus peruſtus, *Hor.* Aduſtioris coloris homo ex recenti viâ, *Liv.*

Aduſtus] Afflatus incendio, *Liv.* Allambentibus flammis ereptus. *Quint.* Inuſtus vapore fulminis, *Lucr.* Levi afflatu ignis aduſtus, *Iul. Obſeq.* Sudes obuſta, *Ovid.* Ambeſus flammis, *Virg.* Semiuſtus, *Lucr.* Semiuſtulatus, *Cic.* Semi ambuſtus, *Suet.* Uſtulatus, *Vitruv.* Toſti parietes, ſtant defor-

deformati, *Cic.* Indurata flammis robora, *Stat.* Ambuſtulatus, *Plaut.* Semicrematus, *Ovid.*

Adytum vid. *Sacrarium.*

Ædificare] Excitare ædificium, *Sen.* Fabrefacere vel fabrè facere, *Liv.* Architectari. Condere urbem. Texere Baſilicam. Exſtruere ſepulchrum, *Cic.* Subſtruere Capitolium, *Liv.* Conſtruere ædificium, navim, *Cic.* Struere, *Hor.* Moliri portam, *Tac.* Conficere porticum, *Cic. Plin.*

Ædificandi ars] Architectura, *Cic.* Architectonice, *Quint.* Machinalis ſcientia, *Plin.* Ars Mechanica Archimedis, *Firm.*

Ædificator] Architector, *Plaut.* Officinator, qui exſtruit. Architectus, qui deſignat, *Philard.* Machinator. *Liv.* Mechanicus, *Suet.* Fabricarum peritus. *Vopiſc.* Ædifex, *Tertull.*

Ædificatio] Fabricatio rei alicujus. Molitio, *Cic.* Molimentum, *Liv.* Structio cùm fundamenta ad ſtructuram jaciuntur, *Col.* vid. *Exſtructio.*

Ædificium] Fabrica. Opus, *Cic.* Pendent opera interrupta, minæque murorum, *Virg.* ſtructura ſurgens, *Lucan.*

Ædificium magnæ molis aliquod] Semiramidis murus.

Ædilis] Fabricarum tribunus, *Amm.* Tutelarius, *Plin.* Curator ſartorum tectorum.

Ædilitas] *ædilitium munus*] Cura ædium, *Var.* Ædilatus, *Feſt.* Ædilitatus, *Sipont.*

Æditimus] Æditimus, *Var.* Hierodulus. Neocorus, *Firm.* (Sacriſtianus minimè Latinè dicitur) Cuſtos ſacrarum ædium, *Er.*

Æger] Invalidus. Obnoxius. Morbidus. Morboſus. Cauſariæ in animo partes, quibus adhibenda curatio eſt, *Sen.* Vitioſæ oves, *Col.* Corpus malè affectum, *Liv.* Sanitatis dubiæ.

Ægrè facere alicui] Facere omnia ut incommodet, *Ter.* Quod eum remordeat. *Id.* Ultrò malè facere. Lædendi ſtudio facere.

Ægrè ferre] Acerbè ferre. *Cic.* Malè me id habet, *Ter.* Indignè ferre, *Plin.* Iniquiſſimè ferre, *Suet.* Ingratè ferre, *Tacit.* Indignanter ferre, *Amm.* Iniquâ mente ferre, *Ovid.*

Digitized by Google

Ægrè mihi eſt aliquid, *Plin.* Graviter hoc audio, *Ter.* Ægrè eſt aliquid animo meo, *Plaut.* Subiraſcor. Sub-moleſtè fero. Duriùs accipere hoc mihi viſus eſt, quàm vellem. Eſt mihi id ſtomacho. Ex hâc re moleſtiâ affectus ſum, *Cic.*

Ægreſcere] Tentari aliquâ valetudine, *Cic.* Mentis vitio læſa figura eſt, *Ovid.* Facit amor maciem, *Id.* Conſternari anima, *Saluſt.* Frageſcit animus miſeriis, *Pacuv.* Commarcet miles, *Amm.* vide *Malè eſt mihi. Deficere viribus.*

Ægrotare] Morbo affici, urgeri, laborare, *Cic.* Morbus eum tenet, *Plaut.* Graviter ſe habet. Vis morbi vagatur, *Liv.* Conflictari morbo. Malè eſt mihi. Morbo tentari, *Cic.* In morbo cubat, *Plaut.* Afflictari morbo, *Liv.* Conflictari iniquâ valetudine, *Plin.* Laborare aliquo morbo, in morbo eſſe, *Cic.* Minùs commodâ valetudine uti, *Cæſ.* Jacere, *Cic.*

Æmulari] Æmulatus agere, *Tacit.* Æmulationem inſenſam exercere, *Id.* Decertare cum aliquo contentione dicendi, *Cic.* Cùm omnes certatim, aliuſque alio graviùs atque ornatiùs de ſalute meâ dixiſſent, *Cic.* Æmulari cum aliquo, *Liv.* Alter alteri non cedit, Altera ad alterius invidiam facit. Certare illos credas. Splendorem eorum æmulatio excitat.

Æmulatio] Æmulatus, *Tacit.* Certamen, *Cic.* Ambitioſa æmulatio, livida, *Bud.*

Æmulus] Æmulator Catonis, *Cic.* Æmulus ejuſdem Muſæ, *Gell.* Sæpe nomen ejus, quem imitamur, nobis attribuitur, ad exprimendum æmulandi ſtudium. Ut apud *Quint.* Brutius Antoniaſter dicitur, imitator Antonii. Philotimus Fulviniaſter, Fulvinii, &c. Terent. Paraſitaſter à paraſito.

Ænigma] Nodus. Nodoſa quæſtio, *Macrob*, Perobſcura quæſtio, *Cic.* Apologus. Apologatio. *Quint.* Griphus, *Gell.* (à reti intricato, ὁ γρῖφος dicto) Gloſſa: Lingua ſecretior, *Quint.* Scirpi, Sirpi, *Gell.* Flexiloqua & obſcura oracula, *Cic.* Bæotia ænigmata, i.e. Sphingis.

Æqualis, æquè tantus] Æqui par, *Auſon.* Geminus, *Cic.* Æquilaterus angulus, *Firm.* Mei loci & ordinis, *Ter.* Æquiparabilis, *Plaut.* Similis. Ex æquo. Æqualis amore, ſtaturâ

Æquus,

Digitized by Google

Æquus, *Ter*. Æquabilis. Par ſtudium, momentum. Pares in amore & æquales, *Cic.*

Æqualis ætate] Synephebus. Coævus, *Cic.* Ætate pares, *Plaut.* Idem ætatis, *Tacit.* ejuſdem ætatis. Parili ætate homo, *Ovid.*

Æqualis ætati alicujus] Conjunctus ætati, *Cic.* Synchronos, *Var.* Contemporaneus, *Sipont.* Æquævus, *Virg.* Coætaneus, *Port. Lat.* Suppar ætati. (Qui eodem tempore vixit, ſed junior) *Cic.*

Æqualitas] Æquilibritas. Æqualis tributio, Iſonomia, *Cic.* Æquipollentia. Æquilatatio, *Vitruv.* Æquitas portionum. *Sen.* Æquabilitas juris, *Cic.* Æquiparatio, & Parilitas, *Gell.* Paritas. Aſſimilis ratio, *Lucr.*

Æqualiter] Ex æquo partiri, *Tacit.* Ex pari coëunt, *Quint.* Nihilo plus, minus, *Ter.* Æque ambo pares, *Plaut.* Æquâ lance.

Æquare, æquum facere] Ad æqualitatem redigere, *Plin.* Coërcere incrementa, *Col.* Complanare, *Vlp.* Ad planum reducere. Explere cicatrices. Emarginare ulcera, *Plin.* vid. *Coæquare.*

Æquè ac] Æquè ac ſi collega ejus. Æquè atque ea, *Cic.* Æquè quaſi, *Vlp.* Quaſi ſi. Tantidem eſt quaſi ſi, *Plaut.* Non aliter quàm ſi. *Vlp.* Æquè ut, *Cic.* Adæquè ut, quaſi, ſi, *Plaut.* Non ſecus ac ſi, *Cic.* Haud ſecus atque, *Saluſt.* Haud ſecus quàm ſi, *Liv.* Pariter ac ſi hoſtes adeſſent, *Saluſt.* Pariter atque, *Gell.* Pariter ac, *Liv.* Pariter ut, *Plaut.* Perinde ac, *Cæſ.* Perinde ac ſi, *Cic.* Perinde atque, *Id.* Perinde atque ſi, *Vlp.* Perinde quàm, *Suet.* Perinde veluti, *Iuſt.* Perinde uti ego, *Plaut.* Perinde ut, *Cic.* Perinde prout, *Plin.* Proinde ac, *Plaut.* *Var.* *Cic.* Proinde atque, *Pomp.* Proinde quaſi, *Cic.* Proinde ut, *Feſt.* Non minus atque, *Catul.* Nihilominus quaſi, *Liv.* *Varr.* Non magis quàm ſi, *Virg.* Similiter ac, atque. Similiter ut, *Cic.* Simili ratione, *Col.* Similiter item ut coquus, *Plaut.* Juxtà ac meus frater eſſes. Nihil aliter ac. Itidem fui, ut *Cic.* Juxta rem mecum tenes, *Plaut.* Itidem quaſi, *Plaut.* Non minus, quàm ſi. Non aliter ac, atque, *Cic.*

Æquilibrium] Pondus æquum, *Pallad.* Æquatum examen, *Virg.* Æquali examine dividere, *Plin.*

Æquinoctium] Æquidiale & æquinoctiale, (ſcil. tempus) *Feſt.* Nodus anni. Fretus anni, *Lucr.*

Æquatio. vid. *Exæquatio.*

Æquator] Æquinoctialis circulus, *Plin.* Æqui dies, *Architr.*

Æquipollere] Æquivalere, *Sipont.* Reſpondere majoribus ſuis, *Cic.*

Æquum iniquum] Fas & nefas.

Ex æquo & bono] De plano aliquid cognoſcere, arbitrari, cenſere. Æquitatem habe, ſerva. Æquitate utere. Remiſſo, non ſummo jure contende. Ne ad ſumma & inimiciſſima jura decurras, *Cic.* Ne quid iniquum exigas, incœptes. Ne quid præter æquum & bonum. Æquum bonumque ora.

Æquum eſt] vid. Fas eſt.

Aër] Aëres, *Lucr.* Cœlum, craſſum, tenue, in quo nubes, imbres, ventique coguntur. Cœli (cœleſtis) ſpiritus. Communis ſpiritus; & abſolutè, *Spiritus,* Animalis ſpirabiliſque natura circumfuſa undique, *Cic.* Æther. Æthra, *Virg.* Refocillator rerum. Arroſor rerum. Aura ætherea.

Aër ſalubris] Salubritas aëris, *Pallad.* Cœlum bonum habet ager, *Cic.* Temperatura cœli, *Var.* Temperies cœli, *Ovid.*

Aër inſalubris] Inimicus aër membris, homini, *Lucr.* Cujus peſtilens & gravis eſt ſpiratio, *Cic.* Gravitas cœli ac loci. Calamitoſum cœlum, *Cic.* Morbus cœli, *Virg.*

Aëreus] Æthereus, *Virg.* Ætherius.

Æramenta] Æri ficia, *Non. ex Varr.*

Ærana] Æris fodina, *Plin.*

Æraria officina] Æraria fornax, *Plin.*

Ærarium, loculamentum æris publici] Gaza, *Mela.* Ærarium ſanctius, *Cic.* Cimiliarchon, *Bud.* Gazophylacium, *Lucr.*

Ærarius faber] Faber æris. Flator æris, *Pomp.* Excuſor, *Quint.* Faber ærarius, *Plin.*

Æreus] Æneum vas, *Col.* Aheneus murus, *Hor.* Æri-

nas

nas compedes, *Var.* Mortarium Cyprium, ſeu cuprium, *Plin.* Cuprini clavi, *Pallad.*

Æratus] Inærata puppis, *Val. Argon.*

Ærosus] Ærifex, *Ovid. Plin.* Ærosus lapis, cum ære mixtus, *Plin.*

Ærugo] Æruca, *Vitruv.* Viride æris, *Philand.* Ærugo æris, *Plin.*

Ærumnæ] Ærumnulæ, *Plaut.* Furcæ, vel Furca, *Id.* Furcillæ viatorum, *Feſt.*

Æs] Ærumen, & Ærimen, *Feſt. Scal.* Cuprum, *Plin.* Rudus, & Ruduſculum, eſt æs infectum. At rudus eſt conflatum, *Feſt.*

Æs alienum, Solvere ære alieno] Verſuram facere. Verſurâ aliquid ſolvere, *Cic.*

Æſtas] Fervens æſtas, *Virg.* Æſtivi Soles. Formoſa meſſibus æſtas, *Poëtica ſunt.* Frugum maturatrix.

Æſtate] Mediâ, adultâ æſtate, *Col.* Per ætatem, *Col.*

Æſtimare] Conſtituere pretium. Spectare aliquem ex cenſu, *Cic.* Taxare tanti aliquid. Sumptus funeris arbitrantur pro facultatibus defuncti, *Vlp.* Judicare, *Ter.* Penſare amicos factis, *Liv.* Penſare unum ex alio, *Val. Max.* Ponderare. Exiſtimare alios ſuis moribus. Spectare aliquem ex vitâ. Deſcribere jura prætio, non æquitate. Metiri, *Er.* Vulgus amicitias utilitate probat, *Ovid.* Parvi pretii deputare, *Terent.*

Æſtimari] Eſſe in numero, *Cic.*

Nihil æſtimari] Eſſe nullo numero, *Id.*

Æſtimatio] Cenſio, *Feſt.* Æſtimia, *Id.* Taxatio latifundii, unionum, *Plin.*

Æſtuans] Æthna æſtuantior, *Er.* Flagras. Flagrantiſſimus ſol, *Plin.* Torridus aër, *Propert.* Torrentiſſimus axis, *Stat.* Æſtuoſus auſter, *Plin.* Æſtuoſiſſimum animal ſus, *Col.* Æſtifer ignis, *Cic.* Præfervida mundi declinatio. Præfervidus cœli ſtatus, *Col.* Refervens, *Plin.* Ardens, *Id.*

Æſtuare à ſole] Æſtu laborare, *Col.* Ferveſcere ſole, *Lucr.* Ardore ſolis torreri. Uri calore, *Cic.* Exæſtuare igne, *Lucr.* Æſtuare caloribus, *Col.*

Digitized by Google

Æſtuare ab aquis] Æſtuat mare, *Liv.* Fervet æquor, *Virg.* Effervefcit pontus, *Cic.* Turbat mare, *Var.* Subhorreſcit mare, *Siſin. Hom.*

Æſtus aëris à ſole] Ardor ſolis, *Cic.* Verbera radiorum ſolis. Fervor ſolis, *Lucr.* Æſtivus fervor, *Plin.* Excanduit radiis dies, *Amm.* Aſſus ſol, *Cic. Turneb.* Herbarum paralyſis.

Æſtus maris] Acceſſus & receſſus maris, *Cic.* Accrementum maris. Æſtus reciproci: creſcentes, *Plin.* Refluum mare, *Id.*

Ætatem mutare] Calceos mutare.

Ætas] Spacium ætatis. Tertiam hominum ætatem vivebat, *Cic.*

Æternare] In æternum durare, *Quint.* Immenſum vivere, *Tacit.* Infinito tempore ceſſare, *Cic.* Perpetuitare, *Enn.*

Æternitàs] Ævum ſempiternum. Infinitum ætatis tempus. Perennitas, *Cic.* Sempiternitas, *Cato.*

Æternitati conſecrare] Perpetuitatis honore mactare, *Arnob.* Æternare aliquem, *Hor.*

Æternò, & æternùm] In perpetuum, *Cic.* In tempus ſempiternum. In omne ævum. In omne tempus, *Cic.* Perpetuò, *Ter.* Infinito tempore, *Cic.*

Ab æterno] Ab omni æternitate. A ſempiternis ſeculorum ætatibus, *Cic.* Ab infinitâ innumerabilium ſeculorum multitudine, *Id.*

Æternus] Eâ exſtructione, quæ ſit ad memoriam æternitatis. Ab omni æternitate vivens. Ex omni æternitate fluens fatum. Perennis fama. Sempiternus mundus, *Cic.* Æviternus, *Enn.* Perpetuus, *Lucr.* Mulio perpetuarius, *Sen.*

Æthiops] Incocti corpora Mauri, *Sil.* Tincti colore noctis, *Petron.* Quibus in corpore color eſt noctis, *Apul.*

Æthiopia] Mauritania, *Cic.*

Ævum] Ævitas, *Var.* Seculum, *Cic.* In longum durare ævum, *Ovid.* Ætas, *Cic.* undeni decies anni, *Hor.*

Affabilis] Benignus vir, *Cic.* Liquidiuſculus, quàm ventus Favonius, *Plaut.* Civiliſſimus in colloquiis, *Spart. Quint.* Omnibus affabilem ſe eſſe vult. Philologus in omni ſermone,

mone, *Cic.* Liquidus homo, *Cic. Plaut.* Comis vir, *Cic.* Commodus conviva, *Plaut.* Blanda lingua, *Cic.*

Affabilitas] Benigna oratio, *Cic.* Charientiſſimus, *Donat.* Comitas, Philologia, *Cic.*

Affabiliter] Affabiliſſimè dicebat, *Gell.* Placidè accepta oratio, *Liv.* Indulgenter loqui, *Cic.* Comiter appellare aliquem, *Liv.* Benedicè alliciebas ad te, *Plaut.*

Affabre] vid. Artificialiter.

Affectare, ſolicitè quærere] Adſpirare ad magiſtrum, *Vlp.* in ſummum ambitionis eniti. In conſummutationem dignitatis erepere, *Sen.* Ultimo animo contendere, *Cic.* Captare laudem. Venari gloriam. Accerſere ſibi malum. Aucupari famam, *Er.*

Affectare] *affectatè agere*] Ambitioſiùs agere aliquid, *Cic.* Affectator ſum nimius, *Quint.* Et gratiam rei nimiâ cooptatione conſumpſimus, *Fab.* i.e. affectatione nimiâ.

Affectate] Ambitiosè agere, *Cic.* Putidè loqui, *Sen.* Putidè literas exprimere, *Cic.* Jactanter, *Tacit.* Certatim, *Quint.* Ad certamen, *Vitruv.* Noli jactantiùs mœrere Germanicum.

Affectatio] Ambitioſus declamandi ſudor, *Quint.* Ambitioſa diligentia, *Vlp.* Contentioſa ſimultas. Livida æmulatio.

Affectatus, oppoſitus ingenio] Ambitioſæ amicitiæ declamationes, *Cic.* Putida oratio, *Id.* Adpetita, vel appetita verba, *Ter.* Adulatio quæſitior. Compoſita dicta, *Acci.* Imaginarius, *Liv.* Quæſitus, *Tacit.* Aſcitus ornatus. Aſcititius decor, *Er.*

Affectuoſus] Patheticus, *Macrob.* Tragicus orator, *Cic.*

Affectus] Affectio animi. Mentis motus. Animi impetus. Pathos. Divina mentis incitatio, *Cic.* Irritatio animorum naturalis, *Sen.*

Affectum moderare] Ama tanquam oſurus. Oderis tanquam amaturus.

Affectus præſens fallax] Animo dolenti nihil oportet credere.

Afferre, ſecum ferre] Apportare nuncium, *Ter.* Importare adjumenta, incommoda, *Cic.* Conciliare. Conflare. Comparare.

Digitized by Google

rare. Creare. Procreare. Conſciſcere. Conficere alicui malum, *Cic.*

Afferre nihil Symbola] Immunem venire.

Afficere animum mœrore vel gaudio] Percûlit me timor, *Cic.* Invaſit me dolor, *Ter.* Occupat animos terror, *Cæſ.* Percuſſit me pulchritudo iſtius rei, *Sen.* Percepit me odium vitæ, *Lucr.* Commovet me deſiderium. Movet me aliquid, *Cic.* Percutit animum, *Lucr.*

Affigere] Figere clavo aliquid, *Cic.* Offigantur ei (in cruce) bis pedes, bis brachia, *Plaut.*

Affinitatem jungere cum aliquo] Devincire ſe affinitate, *Cic.* Innecti alicui per affinitatem, *Tacit.* Congermaneſcere cum aliquo, *Dar.*

Affirmare] Ajere. Aſſerere. Aſſeverare firmiſſimè. Omni aſſeveratione affirmare. Arbitrari (verbum teſtis jurati) *Cic.* Pro comperto afferre, *Liv.* Inſtare factum, *Ter.*

Neque affirmare, neque negare] In medio aliquid relinquere, *Cic.* Quod diſcrepat, in medio ſit, *Suet.* In medium relinquere, *Gell.* Nihil ſtatuere. Sed de hoc ut tu videris. Viderint iſta viri boni, *Cic.* Tu videris. Tuum judicium eſto. Nihil definire, *Id.*

Afflare] Afflare ore, *Ovid.* Afflari ore alicujus. Adflare calidum vaporem, *Lucr.* Adhalare. Inhalare. Inſpirare, *Gell.* Necare afflatu aliquem.

Afflatus] Inhalatus oris, *Apul.*

Afflatus divinus] Vid. *Inſpiratio divina, Cic.*

Afflictio & Afflictatio] Ægritudo cum vexatione corporis, *Cic.* Calamitas. Cruciatus animi. Cruciamentum. Ærumna. Angor. Ægritudo premens. Aculeus & ſcrupulus ſolicitudinum. Stimulus doloris. Tormentum ſuſpicionis. Anxietudo prona ad luctum & mœrores, Ipſaque ſemper ſe ſolicitans, *Cic.* Cordolium, *Plaut.* Manes patimur quiſque ſuos, *Virg.*

Afflictus] Fractus animus calamitate. Ægritudine debilitatus. Omniſque ſpe ſalutis orbatus. Vexatus contumeliis. Jactatus injuriis. Malè, graviter affectus. Æger, & animo confectus angoribus. Proſtratus. Mœrore profligatus. Lacrymis

Digitized by Google

crymis ac mœrore perditus, *Cic.* Miſer animi, animo, &, ab animo, ex animo, *Plaut.* Æger animi, *Liv.* Animo, *Plin.* Ab animo, *Plaut.* Laſſus animi, *Id.*

Affligere] Afflictare ſeſe; aliquem. Afficere corpus calamitate. Conficere angore. Vexat eum conſcientia ſcelerum, Republicâ divexatâ, *Cic.* Habere aliquem miſerrimum omnibus moleſtis. Tentare hominis ſolitudinem, Infirmitatem. Exercere. Suffocare, *Cic.* Cruciare. Excarnificare, *Ter.* Macerare, *Sen.* Ærumna me exercitum habet, *Plaut.*

Affligi] Tabeſcere calamitate. Vid. *Angi.*

Affluere, fluendo pervenire] Bis affluunt, biſque remeant, *Plin.* Adnare oris terræ, *Virg.*

Affulgere] Illuceſcere. Vox & authoritas Conſulis in tantis tenebris illuxit, Reſplenduit, *Cic.* Refulſit ſol. *Ovid.* Exſplenduerunt in puero dotes animi & corporis, *Suet.* Infulgere, *Plaut.*

Agaricum] Fungus larignum, & aliarum arborum, *Plin. Matthiol.*

Agaſo] Agitator aſelli, *Virg.* Stimulator, *Cic.* Aſinarius, *Caſaub.*

Age!] Age licemini! *Plaut.* Age, age, *Cic. Ter.* Agedum procedat, *Liv.* Agedum conferte, *Cic.* Vos age! *Val. Argon.* Vos agedum! *Propert.* Eja, *Ter.* Eja age, *Virg.* Agite pugnis, *Plaut.* Agite dum, ite mecum, *Liv.* Pergite, agite, *Virg.* Age ſis ergo, *Cic.* Perge in virum, *Plaut.* Fac honeſtis ſtudiis incumbas, *Eraſ.*

Age ſtrenue] Vires tuas explica. Virtutem omnem excita.

Agat quiſque ſua] Colo quod aptaſti, ipſi tibi nendum eſt. Fabri fabrilia tractent. In ſuo regno quiſque ſit. Quam quiſque novit artem, in eâ ſe exerceat.

Agendo diſcimus agere] Dicendo dicere diſcunt. Errando non errari diſcitur. Ex libro miſer gubernator. Fabricando fabricamur.

Agere inutile quid] Actum agere. Aciem cædere, ferire, Vid. *Inutiliter aliquid agere.*

Age, quod cæpiſti, perage] Domum cùm cœpiſti, ne derelinquas imperfectam. In curſu eſſe.

Agere

Digitized by Google

Agere ſic res, quomodo patiuntur ſe agi] Conto navigare.

Agere ſtulta] Nebulas diverberare. Vid. *Inutiliter.*

Agere ſibi contraria] Calidum & frigidum ex eodem ore efflare.

Ager] Agellus, *Cic.* Aratio, *Cic.* Aratiuncula. *Plaut.*

Agilis] *Liv.* Velox, *Plin.* Citus, *Virg.* Citiſſimus, *Plaut.* Citatus. Citatiſſimus. Concitatus, *Liv.* Concitatiſſimus, *Quint.* Præceler. Prævelox, *Plin.* Pernix, *Lucr. Plin.* Præpes, *Cic.* Incitus. Incitatus & Incitatiſſimus, *Id.* Volucer, & volucris. Rapidus equus, *Ovid.* Prærapidus, *Sil.* Mobilis, *Lucr.* Mens mirè mobilis. Effuſus curſus, *Liv.* Expromptus, *Ter.* Levipes, *Var.* Pegaſeo fertur volatu, Ocyor. Ocyſſimus, *Plin.* Volaticus impetus, *Cic.* Ales, *ad nom. Sil.*

Agitare perpetuo] Eſſe in jugi agitatione.

Agnatus] Frater cognatione. Patruelis, *Cic.*

Agnoſcere ſeipſum] In ſe deſcendere.

Agnus] Agnellus, *Plaut.* Agnus tener, *Virg.* Lactens, *Ovid.* Novella agna, *Id.* Avilla, *Feſt.*

Agrarius] Lex agraria, *Liv.* Agroſus homo, *Var.* Glebarius bos, *Id.* Arvales fratres. Sacerdotes pro frugibus arvorum. Sacra procurantes apud Ethnicos.

Agreſtis] Silveſtris herba (oppoſita hortenſi), *Plin.* Fera vitis, *Silen. Turneb. Scal.* Agreſtis arbor, *Cic.* Campeſter & campeſtris, *Cic.* Agrios, Græcâ voce ſæpe utitur *Plinius.*

Agricola] Arator, *Cic.* Agricultor. Cultor agrorum, *Liv.* Cultor terræ, *Cic. Liv.* Colonus, *Cic. Virg.* Moderator aratri, *Lucr.* Politor (ſcil. agrorum) *Cato Vlp.* Subarator, *Plin.* Sulcator, *Silius* tranſtulit aliò. Obſtetricator terræ. Fœnerator Deo. Imporcitor, *Feſt.*

Agricolaris] Georgicus. Colonius, *Col.* Agricolare opus, *Pallad.* Aratricus, *Varr.* Aratrica corona.

Agricultura] Agriculturâ nil dulcius, *Cic.* Doctores agricolationis non cognovi, *Col.* Agricultio, *Cic.* Ars agriculturæ, *Varr.* Ruſticationis ſcientia.

Ah!] Aha, *Plaut.* Eheu, *Cic.* Hei, heu, Atat, *Ter.* Prò *vel* Proh, *Ovid.* vid. *Heu Miſerum.*

Ajunt] Traditur, *Cic. Liv.* Fertur, *Cic. Virg.* Produnt. Prodi-

Proditur. Refertur. Pronunciatur. Narrant ſolvi metum. *Plin.* Memorant. Fama fert, *Liv.* Nunciatur, Dicitur. Ferunt. Perhibent. Perhibentur fuiſſe. Jactatur vulgò. Multus ſermo eſt. Prædicant. Increbuit ſermo nonnullorum. Percrebuit ſermone omnium. Perferuntur ſermones. Perfertur ſermone. Sermo monet. Sermo eſt, *Cic.* Sunt quidam authores *Liv.* Diſperſus ſine authore ſermo *Quint.* Sermo promanaverat, *Sen.* Sunt, qui authores ſint, *Liv.*

Ala] Alæ, *Virg.* Pennæ. Pinnæ apum, inſectorum. Membranaceæ pinnæ veſpertilionum. Cruſta, tutela pennis ſcarabæorum, *Plin.* Remigium alarum.

Alabaſtrites] Lapis ex marmoris genere, *Plin.* Onyx, *Id.*

Alacer] Promptus & alacris animus ad aliquid. Vegetus ad. Ardens & erectus ad, *Cic.* Accinctus, *Petron.* Strenuus, *Col.* Strenuiſſimi milites, *Col. Plin.* Impiger, *Plaut.* Gnavus, *Ovid.* Navus, *Cic.* Excitatus, *Id.* Benignus, *Cic.* Altè cinctus. Curſu valet.

Alacritas] Navitas. Impigritas, *Cic.* Vigor ineſt juventæ, *Liv.* Alacris animus. Animi incitatio & alacritas innata hominibus, *Cæſ.* Strenuitas, *Ovid.*

Alacriter] Alacrè compellare, *Plaut.* Promptiſſimè, *Plin.* Acri ac prompto ore ac vultu. Studiosè. Non gravatè. Benignè aliquid polliceri. Benigniſſimè communicare. Prolixè, libenter, celeriter facere. Strenuè accepi tuas literas. Officiosè parere. Pleno gradu ingredi. Ingenti alacritate ſublatus clamor, *Liv.* Proſequi ſedulò faciebat, *Ter.* Pro ſe quiſque omnes per æqua, & iniqua loca pervadant, *Liv.* Non ingratè, *Plin.* Calet res. Actuosè agere, *Cic.*

Alapa] Colaphus, *Spart.* Plaga incuſſa colapho. Os hominis palmâ excuſſiſſima pulſat, *Petron.* (Alapa fit palmâ :/: explicatâ manu: Colaphus digitis in pugnum compreſſis.)

Alaris, ad alas ſpectans] Alariæ cohortes, *Liv.* Alaris, *Tacit.*

Alatus] Pennatus equus, *Plin.* Penniger, *Cic.* Pinnatus Cupido, *Id.* Aliger amor. Aligerum agmen, *Virg.* Alifer currus,

Digitized by Google

currus, *Ovid.* Alipes equus, *Virg.* Ales equus, *Ovid.* Pegaſus ales, *Hor.* Pennipes, *Catul.* Præpes victoria, *Auſon.* i. e. pennata.) (Priſci enim victoriam pinxere pennatam.) Pterotos calix, *Plin.* :/: anſatus.

Alauda] Non criſtata, *Aldrovand. Geſner.*

Albare] Dealbare, *Cic.* Inalbare, *Apul.* Incretare, *Petron.* Candidare, *Pompon.* Candificare, *Nav.* Candefacere, *Plaut.*

Albedo] Albitudo, *Plaut.* Albor, *Var.* Candor nivis, *Virg.*

Albere] Albicare, *Plin.* Inalbere, *Apul.* Candicare, *Plin.* Candet ebur, *Catul.* Caneſcit flos, *Plin.* Canet herba gelu, *Sil.*

Albidus] Albidulus, *Pallad.* Exalbidus. Subalbidus, *Plin.* Subalbicans, *Var.* Albineus color equi, *Pallad.*

Alburnum] Adeps arboris. Caro arboris. Pulpa arboris, *Plin.*

Alea] Sonat alea fritillis, *Mart.* Teſſera, *Cic.* Jacere teſſeras. Numeri eburni, *Ovid.* Lepuſculi. Jacula, *Iſid.*

Aleator] Aleo, *Feſt.* Deditiſſimus aleæ, *Suet.* Aleâ ludendi artifex, *Plutar.* Teſſerarius, *Amm.* Effuſus in luſum.

Alembicum] Æolipyla, *Vitruv.* (ἡ αἰολιπύλη, quaſi venti porta, *Philord. Cardan.*) Veſica metallica, *Matthiol.* Clibanus, *Bud.* Turbo, *Iun.* Meta furnaria, *Id.* Nola vitrea. Conceptaculum, *Cardan.* Diploma, *Caſ. Iun.* Balneum maris, *Offic.* Balneum Mariæ, *Cardan.* & *Matthio.*

Alere] Nutrire, *Ovid.* Pax nutrit Cererem. Suſtentare, *Cic.* Suſtineo milites piſce, *Liv.* Educat aliquem ager, *Martial.* Alere & majus facere aliquid, *Cic.* Alere facundiam, vires augere eloquentiæ, *Quint.* Memoriam, ingeniumque aſſidua exercitatio alit. Corporis vires labor modicus alit. Lenis alit flammas, grandior aura necat, *Ovid.*

Aleſcere] Aleſcendo roborari, *Var.* Adoleſcere, *Tacit.*

Alga] Fucus marinus. Alga marina, *Plin.* Theriaca maris, *Plin.*

Algere] vid. Frigere.

Aliàs] Sed de hoc aliàs, *Cic.* (Alteràs, pro aliàs, *Feſt.* priſcum)

Digitized by Google

priſcum) Alio die, tempore, congreſſu. Aliâ, vel alterâ vice, *Liv. Hor.*

Aliàs-aliàs] Aliquando quidem. Aliquando verò. Modò huc, modò illuc. Modò unum, tum autem plures Deos dicere. Aliàs beatus, aliàs miſer, *Cic.* Interdum relinquere, concludere aliàs. Nonnunquam. Aliquando. Interdum, *Cic.* Interim interim, *Quint.*

Alibi] Aliubi, *Plin.* Rubus in Ida non aliàs naſcitur, *Id.* Alibi gentium & Civitatum, *Apul.*

Alicubi] Nonnuſquam, *Plin.* Eſt ubi, *Hor.*

Aliena vitia videns, non ſua] In alienis vitiis oculatus, in propriis Tireſiâ cæcior. Alienas obſervans papulas, ipſe ulceribus obſitus. Aliorum medicus, ipſè vulneribus ſcatet, *Er.* Cùm tua pervideas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitiis tam cernis acutùm? *Hor.*

Alieni arbitrii] Ab alieno pendet ſuffragio, *Sen.* Arbitrio carens ſuo. Semiliber, *Cic.*

In Aliena ſe ingerere] Falcem in alienam meſſem mittere. In alieno choro pedem ponere. Ne ſutor ultra crepidam, *Er. Adag.*

Alienis uti pro ſuis] Petere ex alieno littore gemmas.

Alienus] Alienum, *Subſt. Saluſt.* Externa cauſa, *Cic.* Exter honos, *Stat.* Extrarius canis, *Suet.* Extraneus hæres, *Id.*

Alibilis, vim alendi habens] Alibile lac. *Var.* Altilis ſanguis. Robuſtus cibus. Firmior ex frumento potio, quò firmius ipſum frumentum fuit. Valentiſſimum voco, in quo plurimum eſt nutrimenti, *Celſ.*

Alimentum] Alimonium apum, mel, *Varr.* Annona lactis, *Id.* Res frumentaria, *Cic.* Copiæ. *Val. Max.* Victus, *Virg. Hor.* Sal, elementum neceſſarium, i. e. alimentum, *Plin.* Omni frugalitate abſumptâ, *Apul.* i. e. frugibus, victu. Cibaria. Commeatus, *Cic.* Utenſilia, quæ apes in alvearia congerunt, *Col.* Utenſile non naſcitur, *Var.* i. e. eduliæ, *Bud.* ex *Liv.* Utenſilia, ex quibus alitur hominum genus, *Col* Pabulum, *Lucr.* Paſtus, *Cic.* Eſca, *Liv.*

Alimentis opus eſt] Aurâ victitare non licet.

Alimen-

Digitized by Google

Alimentarius] Victualis, *Apul.*

Alimonia in certum tempus admenſa] Diurnum, *Sen.* Diarium, *Mart.* Cibus diurnus, *Claud.* Juſta, *orum. Colum.* Demenſum, *Plaut.* Sportula, (pro cibo in ſportulam imponi ſolito) *Mart.* Viſceratio populo data. id eſt, Carnis diſtributio facta, *Cic. Sipont.*

Aliò] Aliò transferre, *Cic.* Aliorſum, Alioverſum, *Plaut.* Altrorſus, & Alterorſus diſcludere, *Apul.*

Alioqui] Aliò clarus, *Tacit.* Alias res eſt impensè improbus, *Plaut. Vitruv.* Cætera egregiùm ſecutus, *Liv.* Cætera, *Hor.* Cæterùm. Cæteroqui. De cætero, *Cic.* Reliquum, *Plaut.* Vir aliàs doctiſſimus, *Macrob.*

Aliquandiu] Aliquantiſper, *Plaut.* Pauliſper, *Cic.* Paululum, *Ter.* Ad tempus: *Cic.* Ad breve, & ad breviſſimum tempus. Ad punctum temporis. Parumper, *Cic.* Nunc te marmoreum *pro tempore* fecimus, *Virg.* Paulò ampliùs. Tantiſper. Perpuſillum, *Cic.*

Aliquando] Quandoque. Quandocunque. Aliquando tandem. Nonnunquam, interdum, *Cic.* Quondam etiam victis redit in præcordia virtus, *Virg.* Eſt quando, (ſicut, eſt ubi, eſt cur, eſt unde) *Cic.* Eſt cùm, *Lucr.* Si fortè, ſi quando, &c. Temporis progreſſu, *Cic.*

Aliquantum] Paululum, Aliquantulum æris, *Cic.* Non nihil, *Id.* Haud nihil, *Liv.* Aliquammultum, *Apul.* Nonnihil, *Vopiſc.* Aliquantillum, *Plin.* Non ita multum, *Cic.* Aliquid feſſus, *Plin.* Hillum, hilum, *En.* C. Aliquo multum, *Apul.*

Aliquantò] Paulò ampliùs. Paulum immutatus, *Cic.* Nec nimio plus, *Lucr.* Non ita multò pòſt, *Liv.* Non ita diu pòſt. Nec ita longo intervallo venit, *Cic.* Non nimio pòſt, *Lucr.* Exiguò pòſt, *Plin.*

Aliquid] Quidpiam, vel Quippiam, *Ter.* Quicquam, *Cic.* Quicque. *Quint.* Ne quid, *Hor.* Neque nihil, neque omnia.

Aliquid, cum Emphaſi] Eſt quiddam, *Cic.* Aliquid eſt, *Plaut.* Quod certè eſt, *Virg.* Scilicet aliquid magnum eſt. Haud nihil.

Aliquis] Quis, *Plin. Iun.* Aperite quis, *Plaut. Ter.* Quiſquam.

quam. Si ullus me vocabit, *Ter.* Nonnullus, *Cic.* Quiſquam omnium, *Id.* Quiſquam unus, *Liv.* Quô quiſque eſt ingenioſior, *Cic.* Nemo; Contigit tibi, quod haud ſcio an nemini, id eſt, alicui, *Cic.* Si quis me quæret, inde vocato te aliqui, id eſt, *aliquis*, *Plaut.* Eſt qui, *Hor.* Unus aliquis. Quodpiam, aliquod membrum, *Cic.* Quiſpiam. Neſcio quis, *Plaut.*

Aliquorſum] Aliquò militatum profugiet, *Ter.* Si deducta eſt uſquam gentium, *Plaut.* Nec uſquam diſcedebam, *Cic.* Iturane es quopiam? *Ter.* Quoquam. Uſpiam, *Cic.*

Aliquot] Aliquos viginti dies, *Plaut.* Aliquammulti, *Cic.* Aliquotfariam, *Var.* Sex aut ſeptem, *Ter. Horat.* (Numerus certus, pro incerto, ſed proportiones habente. Nam pro aliquòt centenis, dicunt Latini ſexcenti, ſex aut ſeptem centuriæ &c. vel ſexies aut ſepties deni, centeni.) Aliquantis diebus refrigerentur, pro aliquot, *Pallad.*

Aliquoties] Semel atque iterum.

Aliquouſque] Uſque eò, quò opus erit, *Cic.* Eâtenus, quâ, *Col.* Eâtenus quoad licebit. Quatenus fieri poterit, *Er.*

Aliter] Secus ac, *Cic.* Secius, *Var. Tacit.* Fingere alia omnia, *Saluſt.* Diverſè, *Gell.* Alio pacto, *Plaut.* Aliuta, pro aliter, *Feſt. Plaut.*

Aliter quàm] Secus quam, *Cic.* Secus ac, atque. Aliter ac, atque, *Id.* Aliorſum, atque ego feci, accepit, *Ter.* Aliter olim & nunc, *Var.* Contrà ac liceret. Contrà atque oporteret. Contrà quàm fas erat, *Cic.* Adverſum quod me obſecravit, *Plaut.*

Aliter atque aliter] vid. Diverſè.

Aliunde] Aliunde accerſitus. Foris aſſumere, *Cic.* Peregrè accire, *Liv.*

Alius] Alius es multò quam ſoles. Præter te neminem habeo reliquum, *Cic.* Et cætera ejuſdem generis, *Id.* Alia his, *Plaut.*

Alia aliis conveniunt] Alia alios delectant. Equus quadrigis, aratro bos.

Alii alios inſtruere poſſumus] Ferrum ferro acuitur.

Digitized by Google

Alius modi] Non alius eſſem, atque nunc ſum, *Saluſt.* Multùm mutatus ab illo, *Virg.* Multùm diſtat ab illo, qui, *Cic.* Alimodi, *Feſt.* Alter, *Horat.* Te ſpeculo videris alterum, *Lamb.*

Allatrare] vide *Oblatrare.*

Allegare ſcil. *exempla*] Citare authores, *Liv.* Cito Senatum Philoſophorum. Recitare alicujus teſtimonium. Proferre legem, *Cic.* Laudo teſtem Jovem, *Plaut.* Afferre rationem. Producere authores, teſtes, *Cic.*

Allegatio] Prolatio exemplorum, *Cic.*

Allegoria] Ambages allegoricæ, *Arnob.* Allegoricum genus, *Id.*

Allevare] In altum tollere. Vidi multos, quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus allevarentur, *Quint.*

Alleviare] Levius reddere, *Er.*

Allicere] Allectare, *Col.* Captare aliquem aliquo emolumento, *Cic.* Solicitare ad ſe aves, *Plin.* Invitare, *Cic.* Præclara ingenia gloriâ invitantur. Allicefacere, *Suet.* Admulcere illecebris ciborum aliquem. Devocare cœlo ſidera, *Hor.* Delicere, *Non.* Trahere mentes artificio, *Plin.* Inceſcare homines, *Ter.*

Allidere] Illidere foribus caput, *Suet.* Offenſare capita, *Liv.* Fligere, *Lucr.* Adſtringere parieti, ſaxo, *Stat.*

Alligare] Deligare, *Cic. Plaut.* Adalligare aliquid brachio, *Plin.* Religare aliquid ad currum, *Cic.* Jugo ramus illigatur, *Col.* Superilligare, *Plin.* Annectere, Adſtringere, *Cic.* Stringam te ad carnarium. Devinciam ad taurum, *Plaut.* Deſtinare aliquid loro ad anſulam, *Apul.* Areæ catenis deſtinandæ firmiter, *Vitruv.* Adjugare palmites. Injungere, *Col.*

Allium] Alum, eſt allium ſponte naſcens in arvis, *Plin.* Allietum, *Vlp. Col. Plin.*

Alloqui aliquem] Appellare. Compellare. Affari, *Cic.* Adire aliquem blandis verbis. Tecum ago. Tibi dico, *Plaut.* Adorat populum cauſidicus, *Apul.* Reus orat ad. Sermones dare. Laceſſere.

Allocutio] Alloquium, *Plin.* Compellare, *Cic.* Affatus alicujus, *Virg.* Affamen, *Apul.* *Al-*

Digitized by Google

Alphabeta] vid. *Abecede.*

Alphabetarius puer] Syllabarius. Hieron. Elementarius, *Sen.*

Alphabeticus ordo] Elementorum ſerie diſpoſitus. Alphabeti ordine textus, *Seneca verò dicit:* Digerere in literas. pro Alphabeti ordine conſcribere.

Altare] vid. *Ara.*

Altè] Altè extollere, *Cic.* Altiùs efferre caput. Excelſius ſcandere. Sublimitate volitare, *Cæſ.* Sublimè putreſcere, *Cic.*

Altercari] Altercari cum aliquo, *Cic.* Dum hujuſmodi altercârunt ſermonem. Alternant ſecum, *Apul.* Altercabilem conferre ſermonem, *Arnob.* Conflictari verbis, *Cic.* Serram ducere cum aliquo. Quàm diu per hanc lineam ſerram contentionis reciprocabimus? Contendere voce, verbis, *Ter.* Funem contentionis ducere, *Hieron.* Velitari verbis, *Turpil.* Labris inter ſe velitari, *Afran.* vid. *Contendere.*

Altercatio] Concertatio verborum, *Amm.* Eſtque benevolorum: Jurgium inimicorum.

Alternare, per vices agere] Alternare vices, *Ovid.* Alternis agere. Alternatis nervis, vicibus, redire, *Plin.* Variare otium labore, laborem otio, *Plin. Iun.* Exercere, variare vices, *Virg.* Ducite ſorte vices, *Prop.* Mutitamus, vel Mutitamur. Mutuamus, vel mutuamur irâ, *Plaut.* Alternatione tractare, *Macrob.*

Alternatim] Alternis annis, diebus, vicibus: & abſolutè, Vicibus, *Plin.* & *abſol.* Alternis. Alternis Catones, alternis Vatinii, *Sen.* Viciſſim terra floret: Deinde horret, *Cic.* Per vices, *Plin.* Inque vicem, *Virg.*

Alternatio] Vices loquendi, *Quint.* Gratâ vice veris & Favonii, *Hor.* Viciſſitudines laboris & voluptatis: dierum ac noctium, *Cic.*

Alternus] Alterna requies, *Ovid.* Alternata ſeries, *Sen.* Alternans aqua, *Prop.* Alternis vicibus, vel alternâ vice contingens, faciens. Viciſſitudinem habens. Viciſſim reſpondens. Amœbæum carmen, *Feſt.* Succeſſio per vices.

Digitized by Google

Alteruter] Alter vel alteruter, *Abſol.* vel Alteruter veſtrûm, *Cic.* Alter è duobus, *Quint.* Si uter velit, *Cic.*

Altilis, paſſivè] Altilis gallina, *Plin.* Saginatus, opimus bos, *Var.* Cellaris columbus, *Col.* Paſcualis, *Douza.* Paſtus aper, *Mart.* Fartilis anſer, *Plin.* Corpora pingueſcere coacta, *Sen.* Fertus, *Perſ.* (Altilia, ſunt animalia, quæ incluſa aluntur, *Var.*)

Altitudo] Proceritas arborum, Excelſitas, *Cic.* Celſitudo corporis, *Paterculus.* Sublimitas cellæ, *Col.* Sublime. Aſpice hoc ſublime cadens, *Col.* Celſa montium, *Amm.* In cœlo ſum, *Cic.* Celſum.

Altiſſimum quid] Cœlo tenus altum.

Alta captare] Humum vitando nubes & inania captare, *Adag.*

Altiora captu ne quæſiveris] Quæ ſupra nos, nihil ad nos.

Alta ſunt præcipitia] Plus habent ponderis ad ruinam, quæ ſunt cæteris altiora.

Altus] Præaltus. Celſus vertex montis, *Cic.* Excelſus mons, *Plin.* Præcelſus locus, *Cic.* Procerus, *Cic.* Elevatus, *Capitol.* Conſpicuus, *Quint.* Coloſſeus, *Suet.* Sublimis vertex ſaxi, *Cic.* Prolixa arbor, *Var.* Sublimè fixus, *Cic.* Celſum caput, *Sen.*

Altus tonus in Muſica] Symphoniæ pars puberum voce canenda. Symphoniæ pars, ſupremâ virili voce cani ſolita.

Altiſta] Occentorem vocat *Iun.* Qui Altum canit.

Alvear] Alveare, *Col.* Alvearium, *Var.* Alveus, *Plin.* Congregatio apum mellificantium, *Val.*

Alvearium] Locus qui multos habet apum alveos, *Er.* Vid. Apiarium.

Alveolus] Tabula laterunculària, *Sen.* Latruncularia, *Pincian.* Alveus luſorius. Alveolum, *Plin.* Abacus, *Macrob.* Abaco & latrunculis conterunt diem.

Alveus in navi] Alveus, *Saluſt. Liv.* Carina, *Cic. Virg.* Tropis, *Martial.*

Alveus, cavum terræ, per quod flumen decurrit] Nilus ſe condit alveo, *Virg.* Pleno fluit alveo, *Quint.* Foſſa gurgitibus abundans, *Cic.*

Alu-

Digitized by Google

Alumen] Stypteria, *Ulp*. Trichitis. Chalcitis, *Plin*. Lapis ſciſſilis, *Celſ*. Strongyle, *Plin*. Inertioris aluminis genus. Melinum optimum, à Melo inſulâ, *Plin*.

Aluminatus] Exaluminatus, *Plin*.

Alumnus] Altus alieno ſumptu, *Var*. Merendarius, *Sen*. Nutrimenta, quæ in exitium ſuæ patriæ converterentur, digna, *Val. M*. De filiis Annibalis.

Alvus] vid. *Venter*.

Alvus cita] Alvus liquida, *Celſ*. Profluvium alvi, *Col*. Reſolutio alvi, *Celſ*. Lienteria, *Id*. Diarrhœa. Præceps alvi exinanitio *Plin*. Cœliacus morbus *Celſ*. Rheumatiſmus ventris, *Plin*. Proluvies alvi, *Lucr*. Pantices, *Feſt*. Fluxus ventris, *Sipont*. Laxamentum ventris comitatum timorem, *Macrob*. Facilis uterus.

Alvus dura] *Hor*. Alvus adſtrictior. Venter ſuppreſſus, *Celſ*.

Alvi cauſâ aliquid dare alicui] Decoctum ad catapotia, ſolvendæ alvi gratiâ, *Plin*.

Alvum bonam facit] Alvum aliquid movet, ciet, *Plin*. *Cato*. Purgat, ſolvit alvum, *Plin*.

Alvum dejicere] Purgari per alvum, *Plin*. Perpurgat ſe cervæ herbulâ, *Cic*. Alvum clyſmo trahere, *Scribon*. Perluit ſe Ibis, *Plin*. Ducere, Subducere, Movere alvum, *Celſ*. Ciere, Inanire alvum, *Plin*. vid. *Exinanitio alvi*.

Amabilis à primo conſpectu] In oſtio formoſus.

Amabilis] Gratioſus apud omnes. *Cic*. Inſpirans tacitum amorem, *Claud*. Jactans è toto pectore amorem, *Lucr*. Omnes attrahens, ut Magnes lapis ferrum, vel Cæcias nubem.

Amabilitas] Amantia, *Plaut*. Venus. Venuſtas. Lepor, Illecebra, in bonam partem, *Cic*.

Amanter] Peramanter. Amantiſſimè, *Cic*. Non ingratè nominare aliquem, *Plin*. Favorabiliter, *Quint*. Amabiliter, *Hor*.

Amanuenſis] Amanuenſis, *Suet*. Ab Epiſtolis, *Id*. A Commentariis, *Hier*. Commentarienſis, *Aſcon*. Librarius, *Cic*. Literæ librarii manu. Librarius ad manum, *Levin*. Librariolus,

Digitized by Google

riolus, *Cic.* Scriptor & lector alicujus. Domeſticarum rerum ſcriptores, *Cic.* Scriba Regis, *Liv.* Servus à manu, *Suet.*

Amare] Amore amare. Amare oculitus, *Cic.* In oculis gerere. In ſinu habere. Teneri alicujus amore, *Ovid.* Amore proſequi, amplecti. Habere amorem in, erga, aliquem. Amplexari. Carum habere. In manibus habere. Fovere. Diligere. Colere, *Cic.* Complecti charitate, *Liv.* Piare, id eſt, piè amare, *Non.* In charitate eſt apud me, *Liv.* Reſidet in me amor erga te, *Cic.* Oculi mei habitant in aliquo, *Er.* Unicè te diligit. Amat effuſiſſimè. Chariſſimum habet. Admirandâ quadam charitate proſequitur. Animo toto te complectitur. Oculis atque animo fert hominem. Ex animo tibi benè vult, benè cupit. Te habet in deliciis, oblectamentis, *Er.* Affectus eſt illi, *Suet.* Pronus, *Id.* Omnia exoſculatur. Amantiſſimus eſt tui. Effuſiſſime te diligit, *Er.*

Amare perditè aliquem] Vide deamare.

Amans aliquid, non benè judicat] Nævos non videt amor, quia oculis captus.

Amari tutius, quàm metui] Amor optimum ſatellitium, *Lud. Viv.*

Amareſcere] Inamareſcere, *Hor.* Amarorem concipere, ex Græco, Amaricari, *Apoc.* 10. 10.

Amarior, quàm dulcior] Plus aloës, quàm mellis habet.

Amaror] Amaritudo, *Plin.* Amarities, *Catul.* Amaritas, *Vitr.* Virus, *Cic. Plin.*

Amarus] Amaricans, *Gaz.* Triſtis ſuccus, *Virg.* Triſte abſinthium, *Ovid. Gelli.* Amarulentus. Sardois herbis amarior. Helleboro amarior, *Er.*

Amator] Tuus non tantùm amicus, ſed amator. Inflammatus amore in patriam, *Cic.* Dilector, *Apul.* Cultor Minervæ, *Hor.* Cupidus. Cupidiſſimus. Studioſus, ſtudioſiſſimus mei, *Cic.* Saucius amore.

Ambages] Circuitu ad aliquid pervenire, *Quint.* Nihil circuitione uſus es, *Ter.* Anfractus, vel amfractus orationis, *Cic.* Ambago viarum, *Prud.* Mæander, vel Mæandrus, *Col.* Mæandri more, i.e. flexuosè. (A fluvio hujus nominis

Digitized by Google

minis flexuoſo.) Quos tu Mæandros, quas flexiones quæſiſti? Flexio viarum, *Cic.*

Ambedere] Ambadedere, *Plaut.* Capra ambadedit aliquid, *Virg.* *Ammianus* vocat Urſas ſævas hominum ambeſtrices. Abedere, *Tacit.* Obedere, *Sipont.* Adedere, *Liv.* Adeſa exta, *Virg.* Ambeſt (unius tantum tertiæ perſonæ apud *Feſt.*) Dudum circumrodo quod devorandum eſt, *Cic.*

Ambeſus] Ambeſæ menſæ, *Virg.* Adeſus, *Liv.* Obeſus, i. e. Circumroſus, *Næv. apud Gell.* Exeſæ literæ, *Cic.* Semeſa oſſa, *Virg.*

Ambidexter] Æquimanus, *Auſon. Iſid.* Utrâque manu (pede) ceu dextrâ utens.

Ambiſiniſter] Ambilævus, *Henr. Steph.* Âmbifariam lævus, *Cal. Rhodius.*

Ambifariam] Ambiformiter, *Arnob.* Utroque vel alterutro modo.

Ambigere] Vid. Dubitare.

Ambigua ſententia] Æquales calculi.

Ambiguitas, vid. Dubietas.

Ambiguus, vid. Dubius.

Ambire, (1) *circa aliquid ire*] Ambit terram Oceanus, *Ovid.* Circumire aliquid, *Caſ. Liv.* Circuitu ad aliquid pervenire, *Quint.* Circumcingere. Cingere, *Ovid.* Oberrare, *Perſ.* Circinare auras, *Ovid.*

Ambire (2) *idem quod affectare in ſe honores*] Contendere Magiſtratus. Inſervire honoribus, *Cic.* Deſervire honoribus, *Plin. Iun.*

Ambitio (1) *circumcirca itio*] Ambitus ſtellarum rotundi, *Cic.* Æther terram circumſpectu amplectitur, *Id.* Circumrotundatio, *Vitruv.* Ignominiæ cinctus indagine, *Bud.* Circuitus ſolis. Circumvectus. Circumvectio. Converſio ſolis annua, *Cic.* Orbita lunæ minor, quàm ſolis, *Virg.* Ambitudo, *Apul.* Obitus civitatum multarum, *Id.*

Ambitio (2)] Honorum cupiditas, *Cic.* Ambitus, *Quint.* Prenſatio :/: petitio conſulatus &c. Occurſatio & blanditio popularis, *Cic.* Affectati honoris crimen, *Feſt.*

Ambitioſus in honoribus petendis] Ambitor, *Lampr.*

Digitized by Google

Ambitioſus in geſtibus] Pompæ plenus, *Cic.* Affectatus, *Plin. Iun.* Affectator, *Quint.* Putidus orator, *Cic.* Candidâ veſte indutus. Heroſtrato ambitioſior, *Er.*

Ambo] Uterque, *Cic.* (Ambo dicitur de iis, qui uno tempore aut ſimul quid faciunt. Uterque de iis, qui diverſo tempore & ſeparatim.) Alter uterque, *Plin.* Utrumvis, *Plato.*

Ambroſia] Deorum cibus. Ambroſiæ dapes, *Mart.* Ambroſius ſuccus, *Col.*

Ambulacrum] Ambulatio, *Vitruv.* Tecto ambulatiunculâ addenda eſt, *Cic.* Deambulatorium, *Iul. Cap. Sipont.* Spatia Academiæ, in quibus Philoſophi docentes deambulant, *Xyſt. Cic.* Inambulatio ſubdialis, *Plin.* Peridromus, *Vitruv.*

(1) *Ambulare*] In-ambulare. Incedere. Graſſari, *Plaut.* Uſurpare pedibus aliquid, *Id.*

(2) *Ambulatio*] Ambulatus, *Arnob.* Inceſſus, *Cic.* Quis noſter itus ac reditus, *Pallad.* Ambulatiuncula, *Cic.* Inambulatio, *Id.* Deambulatio, *Ter.* Obambulatio hominum, ad *Heren.*

(3) *Ambula-torius, & -tilis*] Ambulatoriæ porticus, *Hirt.* Circumforaneæ domus, *Apul.* Confixilis machina, *Id.* Subliciæ turres, *Id.* Pegma, *Sen. Suet.*

Amburere, Ambuſtus] vid. Adurere.

Amens, Amentem eſſe] Animi impos, *Plaut.* Qui non eſt ſani animi. *Donat.* Malè ſanus, *Cic.* Animo parum valet, *Saluſt.* Non conſtat alicui animus, *Sen.* Ubi ſum, ibi non ſum; ubi non ſum, ibi eſt animus meus, *Plaut.* Qui animum ſuum in poteſtate non habet, *Feſt.* Neque mens, neque vox, neque lingua conſiſtit, *Cic.* Demens. Dementiſſimus. Excors. Vecors. Vecordiſſimus. Delirus. Inſanus. Permotus mente, Veſanus, *Cic.* Vacerra, *Feſt.* Vacerroſus, *Suet.* Captus corde, *Plaut.* Captus animo, *Sen.* Captus animi, *Tacit.* Captus mente, *Cic.* Exiit è poteſtate, *Id.*

Amentia] Dementia. Inſanitas, & Ægritudo animi. Defectio à recta ratione; Totâ mente & ratione, *Cic.* Vecordia,

Digitized by Google

cordia, *Saluſt.* Valetudo mentis, *Suet.* Alienatio mentis, *Plin.* Impotentia mentis, *Suet.*

Amicè] vid. *Familiariter.*

Amicire] Amiciebat ſe, dum ſalutatur, *Suet.* Tunicare, *Var.* Circumamicire, *Pſal.* 44. Incingi laurum. Incingi pictis veſtibus, *Ovid.*

Amicitia] Amicities, *Lucr.* Neceſſitudo amicitiæ cum aliquo. Vinculum amoris, conjunctionis. Neceſſitas, *Cic.* Conjunctio gratiæ cum aliquo, *Id.* Gratia mihi cum illo magna eſt, *Id.* Factio, *Cato ap. Soſip.* Nodus amicitiæ, *Cic.*

Amicitiæ ſpecimen, pericula] Amicus certus in re incertâ cernitur, *Ennius.*

Amicorum unus animus] Idem velle, & idem nolle, ea demum firma amicitia, *Saluſt.* Amicorum communia omnia, *Ter. Cic. Eurip. Ariſt.*

Amicitiam ſibi parare] Amicitias aliquorum ſibi adjungere, Comparare, Conciliare, Connectere, Conglutinare. Applicare ſe ad amicitiam alicujus. Conjungere cum aliquo neceſſitudinem. Inire ſummam gratiam cum omnibus bonis. Recipere in neceſſitudinem. Adjungere ad neceſſitudinem ſuam aliquem, *Cic.* Venire in amicitiam alicujus. Accipere in amicitiam aliquem, *Liv.* Devovere ſe alicujus amicitiæ, *Caſ.*

Amicitiam habere cum aliquo] Uti aliquo familiariter. Eſt mihi cum illo arctiſſima neceſſitudo. Sum illi ſummâ familiaritate conjunctus. Sum illi amicus. Summa mihi cum illo familiaritas intercedit. Multus mihi cum homine quondam uſus fuit. Mutua quædam benevolentia jampridem inter nos eſt, *Er.*

Amicitiam dimittere] Amicitias diſſuere, diluere, deponere, præcidere, diſſociare, divellere. Removere ſe ab amicitiâ alicujus, *Cic.* Nodum amicitiæ tollere. Venire ad inimicitias. Dirimere, dirumpere ſocietatem. Disjungere ſe ab amicitia alicujus. Disjungere aliquem à ſe, & ſe ab aliquo, *Ter.* Remittere amicitiam, *Liv.* Refugere ab inſtitutâ conſuetudine. Nuncium remittere. Facere divortium. Multam ſalutem dicere. Valere, & plaudere dicere, *Cic.*

Digitized by Google

Amicus] Amicus tuus antiquiſſimus. Neceſſarius, *Cic.* Perneceſſarius, *Id.* Tuus, pro amico. Unus de Tuis. Abes à Tuis. Habet mecum conjunctionem gratiæ. Conjunctiſſimi inter ſe. Studioſiſſimus mei, ſuus, *Cic.* Studioſa cohors, *Hor.* Summus, (ſubaudi amicus) *Ter.* Amiculus, *Cic.* Amicabilis, *Plaut.* Amicitior, pro amicior, *Apul.* Achates, fidus comes Æneæ. Conjunctus amicitiâ, gratiâ, officiis.

Amicus inſincerus] Amicus ollæ, menſæ. Amicos multos habet felicitas. Fervet olla, fervet quoque amicitia. Diffugiunt cadis cum fæce ſiccatis amici, *Hor.* Felicium multi ſunt amici, inopis nullus. Menſa amicorum procreatrix.

Amicus non eſt adulator] Amicus Plato, Amicus Ariſtoteles; ſed magis amica veritas. Non potes eodem amico & adulatore uti.

Amicus alter ego] Cum amico non certandum æmulatione.

Amicus eligendus circumſpectè] Quem diligas, delige. Nulli temerè manum imponito, *Pythag.*

Amicus non lædendus] Injuria ſolvit amorem.

Amicus præſtat pecuniæ] Papæ! quanto ſatiùs eſt amicis, quam pecuniis abundare, *Er.*

Amici ſunt rari] Amicus fidus rara poſſeſſio. Amicus eſto, neque nullis, neque multis.

Amicos plures admittere convenit] Deus unus, amici plures.

Amicum ama] Amicus cum vitiis ferendus. Amici vitia noveris, non oderis. Qui me amat, amat & canem meum,

Amictus] Amicimen, *Apul.* Cultus, *Liv.* Inducula. *Plaut.* Habitus, *Quint.* Apparatus cultuſque viſendus, *Cic.* Tyrios induta paratûs, *Ovid.* Encomboma, *Varr.*

Amiſsio] Amiſſus *Corn. Nep.* Orbitas luminis, *Plin.* Orbatio, *Sen.* Perditio, *Id.* Tædia exquiſita perditione, potatu, vel portatu, *Turneb.* Legit. Perditio nepotatu.

Amita] Patris mei ſoror, *Feſt.*

Amittere] Perdere gratiam, *Cic.* Deperdere honeſtatem, vel, de honeſtate aliquid. Naufragium facere alicujus rei, *Cic.* Pereo à re. Res mea perit, *Plaut.* Orbari, amico. Facere

Digitized by Google

cere jacturam equi pretioſi. *Cic.* Miſerum iſtud verbum eſt habuiſſe, & nihil habere, *Plaut.* Excidere uxore, *Ter.* Excidit è manibus victoria, *Cic.*

Amittere aliquid per incuriam] Avolat pullus de nido.

Amittere fidem] Decoquere fidem.

Amittere meliora, deterioribus retentis] Nucleum amiſiſſe, putamina retinere, miſerum eſt, *Plaut.*

Amitinus] Fratris vel ſororis filii vel filiæ, *Non.* Matruelis, *Vlp.* Sobrinus, *Cic.* Conſobrinus, *Id.*

Amnis] Vid. *Fluvius.*

Amœnè] Amœniter, *Gell.* Ampliſſimè habitare, *Plin. Iun.* Suaverubens, *Virg.*

Amœnitas] Apricitatis inclytæ regia, *Plin.* Genialitas, *Amm.* Hilaritas, *Cic.*

Amœnus] Apricum pratum, *Hor.* Aprici montium receſſus, *Plin.* Feſtivus locus, *Plaut.* Luculentum ambulacrum, *Plaut.* Floridus color, *Plin.* Geniale rus, *Ovid.* Læta paſcua, *Horat.* Arbor gratioſæ umbræ. Eſt illi gratia, *Plin.* Diſtinctus vario lepore, *Lucr.*

Amor] Pietas erga Deos, parentes, patriam, propinquos. Perquàm ſanguine conjunctis, patriæque benevolis officium & diligens cultus tribuitur, *Cic.* Affectio, *Plin.* Affectus parentis, *Quint.*

Amor diffuſivus] Qui amat me, amat & canem meum.

Amor ſeipſum prodit] Tuſſis amorque non celatur.

Amor res ſpontanea] Amari non extorquebis; ſed elicies amore & officiis!

Amor artifex] Muſicam docet amor.

Amor cœcus] Amor cœcus eſt, naves non videt.

Quiſquis amat ranam, ranam putat eſſe Dianam.
Quiſquis amat cervam, cervam putat eſſe Minervam.

Amor ſui omnibus ineſt]

Eſt amor & rerum cunctis tutela ſuarum.

Athenienſem Athenis laudare haud difficile.

Amorem tuum non meretur] Indignus tuo amore. Indignus quem ames. Indignus, ut abs te diligatur. Indignus abs te amari.

Amo-

Digitized by Google

Amovere] Dimovere laborem. Propulſare famem,ſuſpicionem. Removere ſe à ſuſpicione, *Cic.* Submovere, *Col.* Ablegare, *Cic.* Segregare à ſe culpam. Semovere, *Plaut.* Amoliri periculum. Arcere faſcinum, *Feſt.*

Amphibium] Anceps beſtia, in utrâque ſede vivens, *Cic.* Duplicis vitæ animans, *Col.* Amphibius, a, um, *Id.* Quæ & terreſtria & aquatilia pabula deſiderant, *Id.* Vibium animal, *Stat.*

Amphora Romana] Menſura duas urnas capiens, *Varr.* Quadrantal, & Cubus, *Ian.* Cybium, *Feſt.* Trimodium, *Plaut.* Semimedimnus, *Agricol. Philand. Henr. Steph.*

Amplè] Sublatè ampléque dicere. Ampliſſimè, Magnificentiſſimè. Honorificè. Honorificentius. Honorificentiſſimè. Elatè. Rhetoricè & tragice aliquid ornare. Auguſtè. Magnificè, *Cic.* Generosè, *Hor.* Tragicum ſpirare, *Id.* Ampliter, *Plaut.* Amplificè, *Catul.*

Amplecti] Amplexari aliquem, *Cic.* Amplexantur inter ſe, *Plaut.* Jungi amplexu mutuo, *Plin.* Amplexu tenere aliquem, *Lucr.* Ruere in amplexus alicujus, *Sen.* Complectere. Complecti inter ſe. Complexu recipere. Complexu jungi, *Cic.* Ire in amplexus, *Ovid.* Venire in colla, *Prop.* Mutare brachia alterno amplexu, *Id.* Involare in collum, *Afran. apud Non.*

Ampliare] Amplificare Remp. *Cic.* Proferre imperium, *Tacit.* Proferre in immenſum aliquid, *Sen.* Propagare laudem, *Cic.* Acceſſionem ædibus adjungere.

Amplificare orationem] Dilatare, Exaggerare rem oratione. Diffuſiùs & latiùs aliquid dicere. In majus ferre, *Claud.* Fundere ſe latiùs, *Cic.* Magnificare, *Gell.* Longiùs proſequi, *Cic.* Latiùs proſequi, *Quint.* Altiùs proſequi, *Plin.* Longiùs excurrit oratio, *Cic.* Exſpatiari, *Quint.* Infinitè fertur, ut flumen, oratio, *Cic.* Amplificatio. Vid. *Dilatatio.*

Amplitudo] Vaſtitas, laxitas terræ, viarum, *Col.* Superficies areæ. Capacitas, *Cic.* Laxamentum, *Id.* Apertum, *Lucr.*

Ampliùs] Ultrà, *Cic.* Porrò, *Lucr.* Porrectiùs, *Amm.*

Amplus] Vid. *Latus. Magnificus.*

Ampulla] Guttus, *Mart.* Guttulus, *Plaut.* Nimbus vitreus, *Mart.* *Am-*

Digitized by Google

Amputare] Vid. *Abſcindere.*

Amuletum] Religioſum geſtamen amoliendis periculis, *Plin. Sipont.* Præbia, *Feſt.* Remedia in collis puerorum, *Scal.* Ligaturis curare, *Fab. Vict.* Samothracius annulus *Iſid.*

Amurca] Magma, *Plin.* Fraces, *Vitr.* Sanies, *Cat.* Retrimenta, *Plin.* Cerda, Fæx olei, *Plin.*

Amuſsis] Linea, *Vitruv.* Album, *Sen. Epiſt.* 59 Rubrica, *Perſ. Stat.* Amuſſium, *Bernar. Bald. in Vitruv.*

Amygdalum] Nux Græca, *Coſ. Plin.* Nux Thaſia, *Plin. Macrob.*

An?] Nunquid? *Ter.* Nunquidnam non novi? *Id.* Anne? *Cic.* Num furis? *Hor.* Ecquid attendis? *Cic.* Vid. *Ne, Enclitic.*

Ana libras, Drachmas] Singulas libras, vel uncias binas, ternas, vel ſingulorum tres uncias.

Analecta] Reliquiæ menſarum. Collectanea, *Cic.* Vid. *Reliquiæ.*

Analogia] Proportio, *Var.* Comparatio, *Cic.*

Analyſis] Reſolutio, *Gell.* Examinatio, *Arnob.*

Anaphora] Repetitio, *Cic.* Epanaphora aliis.

Anas] Anaticula, *Plaut.* Quaſſagipennæ & Tremipedæ, Anatum epitheta apud *Varr.* (quòd quaſſis agantur pennis, & tremant pedibus.) Tetrinnit anas.

Anathema] Vid. *Exſecratus, & atio.*

Anatociſmus, uſura ſupra uſuram] Uſuræ in ſingulos annos renovatio. Fœnoris anniverſaria renovatio, *Bud.* & *Cic. apud quem* eſt, Renovatio ſingulorum annorum l. 6. ad Att. de uſurâ. Mergentes ſortem uſuræ, *Liv.* Uſuræ uſurarum, ex Græco, Fœnorum fœnora. Fœnoris penſiuncula.

Anatomia] Inciſio membrorum, *Celſ.* Ars anatomica, *Henr. Steph.* Laniena Hippocratica. (Prudentius paulò aliter ſumit pro medicinâ, quæ urit vel ſecat.)

Anatomicus] Proſector, *Tert.* Diſſectionis corporum peritus, *Henr. Steph.* Medici, qui iſta aperta & patefacta viderunt, (ſcil. vias ad oculos, aures) *Cic.* Qui homines incidit, *Celſ.*

Anceps]

Digitized by Google

Anceps] (1) Ambiguum ferrum, *Eurip. in Hippol.* In utramque partem valet, *Cic.* Bipennis :/: ſecuris, *Var.*
(2) Idem quod *Dubius.*

Anchora] Ancora, *Virg.* Uncus, *Val. Argon.* Servaculum apud *Ulp. anchoram interpretatur Hotoman.*

Anchorale] Anchorarius funis, *Cæſ.* Camelus, *Rhodius.*

Ancilla] Miniſtra. Famula. Pediſſequa, *Cic.* Scandaligerulæ. Flabelliferæ. Veſtiſpicæ. Ciſtellatrices, *Plaut.*

Ancillula] Quaſillariæ, *Petron.* (quæ quaſillos & calathos, lanæ & penſis aptos, geſtant, *Paſſerat.*)

Ancus] Qui juſto breviorem habet cubitum.

Andabatæ] Celetizontes, *Plin.* Homines in tenebris vel clauſis oculis, vel operto capite, equis aut curribus concurrentes, *Turneb.*

Anfractus] Flexus itineris, *Cic.* Mæander, *Id.* Flexuræ vicorum, *Suet.* Flexus labyrintheus, *Catul.* Inverſura adituum theatri, *Vitruv.* Cornua maris, *Ovid.* Curvor, *Var.*

Angelus] *Ciceroni* Dæmon ſeu Lar. Nuntii Deorum, *Hor.* Nuntius Dei, *Minut. Felic.* Cœleſtes mentes, *Ovid.* Genios etiam multi vocant; ſed meliùs, Cœleſtes animos, mentes beatas, corporibus ſemper vacantes. Mentes ab omni concretione mortali ſegregatas.

Angelus cuſtos] *Priſcis Ethnicis* Genius alicujus, *Ter.* Genius familiaris, *Marcel. Empir.* Lar familiaris, *Cic.* Actorum & cogitatorum teſtis, *Apul.* Pædagogus à Deo datus, *Sen.* Cuſtos vitæ, *Plaut.* angelus Tutelaris.

Angelica, radix] Panaces angelicum. Coſtos niger. Radix Sancti Spiritûs. *Sirin. Offic.* Panax Heracleum, *Iun.*

Angi corpore vel animo] Angi curis, *Cic.* Angor faucis occupat, *Plin.* Conſici angoribus. Torqueri. Exedit me cura. Ægritudo lacerato exeſt, conficit animum meum. Eſt mihi unguis in ulcere, *Cic.* Cruciari, Pungi, Exerceri, Laborare hoſtibus domeſticis. Suffocari, *Cic.* Coquit me hoc, *Id.* Mordet me id, *Ter.* Remordent me peccata, *Lucr.* Urit me dolor. Uror doloribus, *Ovid.* Cordolium eſt mihi. Cor ſtimulis foditur. Miſerum me habet miſeris modis, *Plaut.* Fodicat mihi animum, *Id.* Eſt (edit) me animi exercitus,

Afran.

Digitized by Google

Afran. Suffocat me aliquid. Conflictari moleſtiis. Hæc me refricant, *Cic.* Vid. *Solicitum eſſe.*

Angor] Vid. *Afflictio.*

Angiportus, & um) Limes, *Liv.* Extra latos vicos urbis ſemita tranſverſa, *Bud.* Laura, *Suid.*

Angiportus impervius] Angiportum non pervium, *Ter.* Fundulæ, *Varro* (à fundo quia exitum habent, *Turneb.*)

Angina] Angor faucium hominis, *Plin.* Synanche, *es, Celſ.* (propriè *ſuum* angor.)

Angularis] In flexu viæ ſita domus. In flexu vici eminens. Angularius, *Procul. IC.*

Angulus] (1 Interne) Verſura porticûs, *Vitruv.*

(2) *Externè*] Angulus intimus, *Ovid.* Lateris angulus, qui ad orientem ſpectat, *Cic.*

Anguſtia] Anguſtitas, *Accibec. Non.* Anguſta viarum, *Virgil.* Via anguſta ædium, urbis. Coarctatio, *Liv.* Contractura columnarum, *Vitruv.*

Anguſtare] Coarctare, *Liv.* Coanguſtare, *Var.* In anguſtum claudere, concludere, deducere, *Cic.* In anguſtum cogere, *Ter.* In anguſtias compellere, Coarctare, *Cic.* Introrſus agere, *Sen.* Coactare, *Lucr.* Coërcere, *Cic.* Addenſere, *Virg.*

Anguſtari] Artè accubare, *Plaut.* Urgeri anguſtiis, *Cic.* Inter cuneos mihi accubare videor, *Plaut.* In puteo conſtringi. In anguſto eſſe. In anguſtum includi. Conſtipari in locum unum tantus numerus nequit, *Cic.*

Anguſtè] Vid. *Arctè.*

Anguſtus] Arctum theatrum, *Hor.* Arctus annulus, *Amm.* Per anguſtum fretum, *Cic.* Prætenuis pons. Contractus, *Col. Confer Arctus.*

Anguis] Serpens, *Plin.* Python, *Ovid.* Coluber, *Virg.*

Anguinus] Anguineus, *Cic.* Anguigena, & Serpentigena, *Ovid.*

Anhelare propr.] Boves anhelant, *Ovid.* Crebras auras reducere, *Lucr.* Vix ſufferre anhelitum, *Plaut.* Vehementer & crebrò ſpirare, morbi teſtimonium, *Celſ.* Ducit anhelitum ex curſurâ, *Plaut.* Ilia ducere, *Plaut.* Ilia trahere,

Digitized by Google

re, *Plin.* Spiritum difficulter reddere, *Celſ.* Spiritus eſt gravis. Interclufus ſpiritus arctè meat, *Id.* Raris turbatus vocibus hiſco, *Virg.* Circumgemit urſus ovile, *Hor.*

Anhelitus] Creber anhelitus, *Virg.* Spiritus gravis, *Celſ.* Anhelatio, *Plin.* Dyſpnœa, *Celſ. Plin.* Peripneumonia, *Celſ.* Difficultas ſpirandi, *Id.* Anguſtiæ ſpiritûs. Anguſtus ſpiritus, *Cic.* Suſpirium, *Sen.* Cavitatum pulmonis anguſtia. Ob humorem ingeſtum, vel ulcus, tuber enatum, *Ger.*

Anhelus] Anhelator, *Plin.* Anhelatus, *Cic.* Ilia trahens jumentum, *Id.* Ilia ducens, *Horat.* Dyſpnœicus. Suſpirioſus. Peripneumonicus. Pulmonarius, *Plin.*


Auditur aliquid novi] *Cic*. Affertur nuntius. Nuntii literæque celebrant. Conſtanti famâ atque ſermone omnium celebratum eſt. Perfertur nunciis, literis, ſermone omnium. Percrebuit vox, intonuit. Increbuit, increpuit aliquid. Eſt & nonnullus odor dictaturæ. Emanat fama, *Cic*. Sermo permanaverat quòd, *Sen*. Ea res in compitis agitatur, *Liv*. Apparet, *i.e. auditur*. Sonitûs ungularum *appareant*, *Plaut*. Sentite ſonorem, *Id*. Ad nos vix tenuis rerum perlabitur aura. *Virg*.

Audivi obſcurè] In ſtrepitu exaudiiſſe videor, *Cic*. Inſidet imis auribus. Quaſi per nebulam audivi, *Plaut*.

Audire benè, vel malè ſc. *de ſe*] Secundiore famâ eſſe, *Suet*. Minùs commodè audit, *Cic*. Vid. *Infamis* & *Sermones*.

Auditio] Auſcultatus, *Apul*. Acroaſis, *Varro*.

Auditor] Auſcultator. Concionatorius populus, *Cic*. Auritus populus, *Plaut*. Humanum genus eſt avidum auricularum (i.e. auditorum) *Lucr*.

Auditorium] Acroaterium. Vid. *Schola*.

Auditus gravis] Audiendi ſenſus hebes, *Cic*. Gravitas, Tarditas aurium, *Plin*. Gravitas audiendi, *Id*.

Ave] Vid. *Salve*.

Avellana] Corylus edura, *Virg*. Nux coryli, Pontica, Præneſtrina, Præneſtica, calva, *Macrob*.

Avere] Ardere cupiditate incredibili. Cupiditate incendi. Cupere ardenter. Cupide appetere. Diſcupere. Prægeſtire. Anhelare. Inhiare. Efferri ſtudio. Æſtuare. Mori deſiderio, *Cic*. Perfixus ſum deſiderio, *Lucr*. Imminet exitio vir conjugis, *Ovid*.

Aver-

Digitized by Google

Avertere] Expiare. Detorquere, *Cic.* Averruncare, *Pacuv.*

Aufugere] Vid. *Profugere.*

Augere] Facere ſibi acceſſionem magnam. Afferre incrementum. Locupletare. Cumulare, *Cic.* Exaugere. Auctare, *Plaut.* Augmentare theſauros, *Firm.* Adauctare, *Acci.* Auctitare, *Tacit.* Augmen addere. Augmine donare, *Lucr.* Geminare, Ingeminare, *Ovid.* In majus ferre. Prohibere. Multiplicare æs alienum, *Cæſ.* Dare pabula morbo, *Ovid.*

Augeſcere] Affluunt opes, copiæ, *Liv.* Sumunt augmina noctes, *Lucr.* Gliſcit invidia, *Tac.* Creſcit dies, *Lucr.* Ingeminant curæ, *Virg.*

Augmentum] Acceſſio honoris. Adjunctio virtutis, *Cic.* Auctus aquarum, *Plin.* Augmen noctium, *Lucr.* Accretio lunæ. Incrementum rerum, *Liv.*

Augur] Pullarius. Interpres auguriorum. Qui avium cantum intelligunt: magiſque ex alieno jecore ſapiunt, quam ſuo, *Pacuv.*

Augurari] Augurare. Augurium agere. Auſpicari. Auſpicium agere, gerere, capere, *Cic.* Auſpicium mittere, facere, *Liv.*

Augurium] Auguratio. Auguratus. Prædictio augurum, *Cic.* Auſpicium, *Id. Plaut.* Tripudium pullorum, *Cic.* Soliſtimum tripudium, *Id.*

Avidè] Cupidè. Ardenter. Sitienter. Ad inſaniam concupiſcere, *Cic.* Flagranter. Flagrantiſſimè, *Tac.* Cupidiſſimè, *Cæſ.* Effusè diligere, *Plin.* Effuſis habenis, *Val. Max.*

Aviditas] Vid. *Cupiditas.*

Avidus laudis] Laudis avarus. Avens gloriæ. Cupiens famæ. Famelicus gloriæ. Famam ſitit. Eſurientiſſimus laudis. Mira gloriæ fames habet hominem. Ambit honores. Nullius rei, quàm gloriæ ambitioſior. Appetens honoris, *Er.*

Avis] Ales, *Plin.* Volucris, *Virg.* Cantatrices aves, *Var.* Præpetes, *Feſt.*

Avius] Vid. *Invius.*

Aula] Ædes aulicæ, *Lamprid.* Domus aulica, *Spartian.* *IC.* Vid. *Area.*

Auli-

Digitized by Google

Aulicus] Aulico faſtigio ornatus, *Iul. Cap*. Aulam lambens, *Lipſ.*

Aulici miſeri] Aulica vita ſplendida miſeria.

Aulici impii] Exeat ex aulâ, qui volet eſſe pius.

Aulicorum honor inconſtans] Aulici ſunt calculis Arithmeticis ſimiles; qui pro collocantis arbitrio, aliàs centum millia, aliàs teruncium valent.

Aura] Ventulus, *Ter.* Aurarum leves animæ, *Lucr.* Flatus leniſſimus, molliſſimus. Fluxus aëris placidus & æquabilis, *Plin.*

Aurâ victitare] Vento paſci. Vento vivere. Rore paſci.

Auratus] Vid. *Deauratus.*

Aurifaber] Aurifex, *Cic.* Faber auri, *Hor.* Argenti cælator, *Plin.*

Aurifodina] Auraria, *Tacit.* Arrugia, *Plin.*

Auriga] Aurigandi arte clarus, *Suet.* Reſtiarius, *Front.* Bigarum agitator, *Apul.* Fex terræ, *Lud. Viv.* Vector, *Cic.*

Aurigari] Suſtinere currum equoſque, *Cic.* Vecturam facere, *Quint.* Factitare vecturam, *Gell.* Vecturis vivere, *Var.* Vellaturam facere, *Id.*

Auris] Auricula, *Cic.*

In aurem dicere] Ad aurem referre. Admonere ad aurem. Obloqui alicui, *Cic.* Sufflare aliquid alicui, *Amm.* Stillare in aurem aliquid, *Iuv.* Garrire in aurem, *Mart.*

Aurora] Aurora prima, Craſtina, Lutea, *Virg.* Mater, Matuta, *Feſt.* Eos, *Ovid.*

Aurum] Metallorum ſol. Intus mera puritas, foris merum pretium.

Auſcultare] Aurium operam dare, *Cic.* Vid. *Attendere.*

Auſpicatus] Vid. Felicitatem ferens.

Auſteri mores à ſolitudine ſunt] Auſteritas ſolitudinis ſocia & comes.

Authenticus] Vid. *Fide dignus.*

Autographum] Idiographum, *Gell.* Meâ manu ſcripſi. Manus mea, tua, ſua, *Cic.*

Automatum] Automataria, *Vlp.* Pegmata per ſe ſurgentia.

Autum-

Digitized by Google

Autumnus] Tempeſtas autumna, *Plin.* Autumnitas, *Cic.* Horreum anni. Autumnat ſemper in Italiâ, *Plin.* i. e. *autumnus eſt.*

Auxiliari] Ferre opem. Opitulari. Subvenire. Succurrere alicui. Subſidio alicui venire, currere. Lapſo dexteram porrigere, *Cic.* Suppetiàs ferre, offerre alicui, *Plaut.* Tempore adveni tibi ſuppetias, *Id.* Afferre alicui opem, auxilium, *Ter.* Suppetias alicui ire, ferre, mittere, *Cæſ.* Auxilio alicui eſſe, *Ter.* Item, Adeſſe alicui, *Cic.* Suffragari alicujus cupiditati, Afferre alicui auram favoris, *Id.* Adſtipulari alicui, *Plin.*

Auxiliator] Adſtipulator, *Cic.* Adſcriptor dignitatis meæ. Suffragator, *Id.* Secundanus. Secundarum partium, *Cic.* Secundarum, (*Abſol.*) Tertiarum partium, *Id.* Non aſſertor gloriæ ejus, ſed auctor. Adminiculator, *Gell.* Cooperator, *Apul.*

Auxilium] Adjutorium, *Cic.* Cauſæ adjuvantes. Adjuvantia cauſarum. Adminiculum. Præſidium. Subſidium. Momentum, *Id.* Suppetiæ, *Cæſ.* Suppetiatus, *Non.* Ops, *Hor.* Opera. Inſtrumentum virtutis, *Cic.* Levius reddunt onus multæ manus. Levamen, *Sipont.*

Auxilium inſpiratum] Deus ex improviſo apparens. Deus ex machina.

Auxilium inſufficiens] Lunæ radiis non matureſcit botrus.

Auxilium eſt neceſſarium in magnis]. Ope opus eſt ad opus. Levius reddunt opus manus multæ.

Auxilium implorare] Suppetiatum inclamare, *Apul.* Quiritare, *Var.* Fidem alicujus implorare, *Cic. Ter. Cæſ.* Hominum fidem obteſtari, *Liv.*

Auxilium militare] Supplementum, *Cic.* Auxiliarius miles. Auxiliariæ cohortes, *Id.* Subſidiaria cohors, *Liv.* Auxiliaria manus, *Volcat.* Subitarii milites, *Liv.* Ferentarius, *Var.* Adſcenſi, *Veget.*

Axioma] Vid. *Sententia.*

Axis] Verticulum, *Var.*

Axis cæleſtis] Vertex, cardo cœlorum, *Vitruv.* Centrum cœli, *Plin.*

Bacchari

Digitized by Google

B.

BAcchari] Bacchanal exercere. Bacchanal facitis in cellâ vinariâ, *Plaut.* Bacchanalia vivere, *Iuv.* In illâ vitâ turpiſſimè perbacchatus es, *Cic.* Furere & Bacchari, *Id.* Temulento agmine commeſſabundus inceſſit. Commeſſantium modo agere, *Liv.* Parentare luxuriæ, *Sen.* Effundi in luxum, epulas, nocturnos cœtus, *Tacit.* Luſtris perire, *Lucr.* Luculentè habere diem, *Plaut.* Tuburcinari de ſuo, ſi quid domi ſit, *Id.* Profuſiſſimè celebrare dies feſtos, *Suet.* Popinari, *Iul. Capit.* Luculentè habere diem, *Plaut.*

Bacchanalia] Liberalia. Dionyſia, *Cic.* Hilaria, *Bud.* Agonalia, *Ovid.* Jus luxuriæ publicæ datum eſt. Exuenda eſt toga, dum hilariùs in voluptates omnis turba procumbit, *Sen.* Floralia, *Henr. Steph.* Pridie cinerum, *Cic.*

Baculus] Scipio, *Liv.* Pedum, *Virg.*

Bajulare] Attollere humeris. Subigere feretro, *Virg.* Succollare aliquid. Vecturas corpore factitare, *Plin.*

Bajulus] Phalangarius, & Palangarius, *Non.* Ciſtifer, *Mart.* Vectiarius, *Vitruv.* Clitellarius homo, *Plin.* Gerulus, *Hor.* Portitor, *Stat.* Vecturas corpore factitans, *Gell.* Doſſuarius, *Var.*

Balæna] Cetus, *Plaut.* Cete immania, *Virg.* Cetos, *Celſ.* Bellua marina, *Feſt.* Bellua Ponti, *Horat.*

Balare] Balitare, *Plaut.* Belare, *Var.* Blacterare arietum eſt, *Auth. Philon.*

Balbus] Atypus, *Gell.* Qui inexplanatâ eſt linguâ, *Plin.* Pſellus, *Cæl.* Bambalio, *Cic.* Titubans linguâ, *Ovid.* Infractâ loquelâ vox. Traulus, *Cæl. Rhod.* Os balbum pueri, *Hor.* vid. *Hæſitans.*

Balbuties] Titubantia linguæ, *Macrob.* Nodus linguæ & ſpiritûs vinculum, *Gell.* Debilitas linguæ, *Mart.* vid. *Hæſitatio.*

Balbutire] Fringultire. Tertiatò & quartatò dicere verba, *Sen.* Infringere linguam, *Lucr.* Vid. *Hæſitare.*

Balbutire datâ operâ, ut delicati quidam] Verbis ſonat plorabile

rabile quiddam, ultra nequitiam fractis, *Claud.* Supplantare verba palato, *Perſ.* Balba feris annoſo verba palato, *Hor.* Frangere vocem, *Quint.* Blanda atque infracta loquela, *Lucr.* Ut mulſa loquitur! *Plaut.* Nimium lepidè fabulata eſt. Veneris mera eſt oratio, *Id.* Eliquare vocem, *Perſ.* Balbutientem linguam in dimidiata verba moderari, *Hieron.* Ad muliebres blanditias vocem extenuare, *Sen.*

Balneum] Caldarium, *Sen.* Lavatrina, *Var.* Latrinum, *Id.* Lavacrum, *Gell.*

Balnea] Balneæ publicæ, *Cic.* Res quadrantaria, *Sen.* (quia ibi quadrante lavabantur) Sudatoria cella. Balineæ, *Plaut.* Nymphæum, *Plin.* Nymphæa, *Id.*

Baptiſmus] Salutare lavacrum. Salutaris aqua, ablutio. Sancta tinctura.

Baptizare] Tingere, *Cypr.* Intingere, *Tert.* Sacro baptiſmate abluere. Sacro lavacro tingere.

Baptiſterium] Fons ſacer, *Paul.*

Barba] Barbitium, *Apul.* Honor ætatis. Ornamentum viri. Virilis prærogativa.

Barbarè] Cyclopum more.

Barbarus] Cyclops. Cyclopica vita, agreſtis, *Cic.* Incultus & horridus vir. Inconditus. Barbarus moribus, *Id.* Ferox. In craſſo aëre natus, *Hor.* Abnormis ruſticus, *Id.* Ruſticitati quàm deliciis propior, *Plin.* Barbaricis moribus, *Apul.* Vid. *Incultus.*

Barbatus] Barbatulus, *Cic.* Barbiger, *Lucr.* Multibarbus, *Apul.* Tectus lanugine malas, *Ovid.* Tu, qui ſtas cum hirquinâ barbâ, *Plaut.* Homo barbâ promiſsâ, *Liv.* Summiſsâ, *Suet.* Homo maximâ barbâ, *Cic.*

Bardus] Bos, tardum pecus. Ad clitellas natus. Tardus & indocilis. Tardus & indocilis. Tardo ingenio, *Cic.* Retuſum ingenium, hebes. Plumbeus homo, *Id.* Bæotica auris. Bæoticum ingenium, *Non.* Obeſæ navis, *Hor.* Iners ingenium, *Ovid.*

Baſilica] Palatium, *Mart.* Regia, *Virg.* Auguſtale, *Quint.* Prætorium, *Ioh.* 18.

Baſis] Spira, *Vitruv.* Stylobata, *Var.* Scamilli, *Vitruv.* Stereobatæ, *Id.*

Digitized by Google

Beaſti me] Reddidiſti me mihi, *Cic.* Reddidiſti mihi animum, *Id.*

Beatitudo] Secretis malis omnibus cumulata bonorum complexio, *Cic.* Deorum felicitas, Vita, *Ter.*

Nemo Beatiſſimus] Nihil ab omni parte beatum.

Beatus ſum] In cœlo ſum. Deus ſum.

Belgium] Gallia Belgica, *Hirt.* Celtica, *Plin.*

Bellaria] Menſæ ſecundæ. Tragemata, Pemmata, *Gell.* Epiphonemata, *Rhod.* Mactea, *Suet.* Trogalia, *Caſſian.* Coluthea, *Plaut.*

Bellator] Belligerator. Præliator, *Tac.* Pugnator, *Liv.* Ares, *Plaut.*

Bellicoſus] Bellicoſa civitas, natio, *Liv.* Pugnax Centurio, *Cic.* Pugnaciſſimæ legiones, *Sen.* Belliger, *Mart. Stat.* Spectatus bello, *Tacit.* Præſtans bellis, *Sil.* Omnibus belli dotibus eminentiſſimus ſui ſeculi, *Paterc.* Bello durus, egregius, intractabilis, *Virg.* *Militiæ* gnarus, acer, impiger, *Tacit.* Bello bonus, *Saluſt.* Sciens pugnæ, *Horat.* Belli potens, *Enn.* Belloſus, *Cæcil.* Armipotens, *Stat.* Armiſonus, *Claud.* Martialis. Sub Martis ſtellâ natus, *Sipont.* Marte bellacior, ſeu pugnacior, *Er.*

Bellicus] Militaris, *Cic.* Caſtrenſis ratio, *Id.* Militarius. Præliaris, *Plaut.* Pugnatorius, *Suet.* Martius miles, *Ovid.* Bellatorius ſtylus, *Plin.* Belliger labor, *Valer.* Bellifera Italia, *Claud.* Bellicrepa ſaltatio, *Feſt.* Ars duellica, *Plaut.*

Bellum] Arma, *Cic.* Bellica res, *Id.* Mars, *Virg.*

Bellum domeſticum] Bellum civile, inteſtinum, *Cic.*

Bellum parare] Ad ſaga ire. Ad arma ire, Venire. Saga ſumere, parare, *Cic.* Moliri bellum. Capere arma, *Cæſ.* Eſſe in armis, *Cic.*

Bellum ſuſcitare] Bellum canere. Claſſicum canere. Bellum commovere, conflare. Laceſſere aliquem bello, *Cic.* Facere bellum patriæ, *Tacit.* Intendere bellum in aliquem. Concitare alicui bellum, *Liv.*

Bellum res innovat] Bellum omnium pater.

Benè, approbando dictum aut factum] Macte, *Cic.* Præclarè. Sapienter. Maturè. Expeditè. Verſutè. divinè. Bellè. Feſtivè.

Digitized by Google

ſtivè. Non poteſt meliùs, *Id.* Optimum eſt, *Plaut.* Et rectè & vera dicis, *Id.* Benè habet, *Liv.* Effœtè. Graviter. Citò. Euge. Beatè, *Mart.* Laudo fortunas tuas, *Plaut.* Rectè factum. Rectè ſanè. Rectum eſt, *Er.* Factum puta, *Ter.*

Benè eſſe] Delectatus eſt, ac libenter fuit. Rectè ei eſt. Benè habet, *Cic.* Benè ſumus. Meliùs mihi hoc anno non fuit domi. Nuſquam fui benè (pro meliùs) minore diſpendio, *Plaut.* Benè agitat, *Gell.*

Benè mihi eſt] Commodè hìc ſum. Vos iſthìc commodiſſimè ſpero eſſe, *Cic.* Commoda mihi hic eſt ſedes.

Benè tibi eſt? Maneto.] Domi manere oportet bellè fortunatum.

Benè eſt] Benè res habet. Benè ſeſe res habet. Optimè eſt. Benè tibi habent principia. Optimo in loco res eſt, *Er.*

Benè eſſe non ſemper poteſt] Ipſa dies quandoque parens, quandoque noverca.

Benè ſit ad votum] Jupiter plue mel.

Bene & citò] Non quàm diu, ſed quàm benè. Sat citò, ſi ſat benè.

Benè ſibi conſuluit] Benè de ſe meruit, *Sen.* Bonum conſilium cœpiſti. Optimo conſilio uſus es. Nimium ſcis ſapere.

Bene-dicere] Dicere bona verba alicui, *Ter.*

Benedicere Deo] Deum cum laudibus & gratiis venerari, *Tacit.* Deus benedictionibus celebretur, *Apul.*

Benefacere] Benè mereri de aliquo, *Cic.* Beneficia dare, non fœnerari debemus, *Sen.* Rectè facere alicui, *Plaut.* Benigne facere alicui, *Ter.* Meritus erga me quod vellem, *Id.* Beneficium apud aliquem ponere. Conferre in aliquem, *Cic.* Figere beneficium clavo trabali.

Benefacere malè facturis] Luporum catulos alere. Serpentem in ſinu fovere.

Benefactor] Beatificus Deus, *Apul.* Benè meritus de aliquo, *Cic.* Is fundus eſt mihi, *Plaut.* Rex meus, *Plaut. Hor.*

Beneficium] Benefactum. Gratia. Promeritum, *Cic.* Officium, *Cic.*

Beneficium non erit irrecompenſatum] Sere beneficium, ut metere poſſis.

Bene-

Digitized by Google

Beneficium exhibere] Devincire ſibi aliquem officiis, *Cic.* Demereri aliquem beneficio, *Liv.* Facere beneficii ſui aliquid. Vid. *Benefacere.*

Beneficium provocat gratiam] Gratia ducit gratiam.

Beneficium cum detrimento alterius] Nudato Petro, Paulum tegere.

Beneficium imperfectum] Panis ſine ſale.

Beneficium ſit promptum] Qui citò dat, bis dat.

Beneficium citò dare] Manu brevi dare, *Vlp.* Qui citò dat, bis dat.

Beneficium ſpontaneum] Bis datur, quod ultrò offertur.

Beneficium inſidioſum] Panis lapidoſus, hamatus.

Beneficia conferre in diſsitos, prateritis proximis] Fluvius, quæ procul abſunt, irrigat, proxima præterit.

Beneficiarius] Beneficium accipere, libertatem vendere eſt. Beneficii ſui Centuriones, *Suet.*

Benè meritus] In beneficiis. Ad ærarium delatus.

Benè valet] Rectè ei eſt, *Cic.*

Benevolè] Placido vultu, *Prop.* Placidâ mente, *Ovid.* Secundis auribus accipere, *Liv.*

Benevolentia] Favor. Gratia, *Cic.* Aura popularis, *Id.* Voluntas veſtra ſi ad Poëtam acceſſerit, *Ter.*

Benevolus] Benevolus animus. Affectio amicabilis, *Vlp.*

Benignè] Benigniſſimè communicare cum aliquo, *Cic.* Cum bonâ gratiâ. Amabiliter in aliquem cogitare, *Id.* Benigniter patrocinari, *Non.*

Benignitas] Benefica voluntas, *Cic.* Vid. *Clementia. Liberalitas.*

Benignus, vid. *Affabilis, Liberalis.*

Bibax] Magnitudine poculorum bibendo, totam Aſiam ſuperavit, *Cic.* Vindemia huic non ſatis eſt ſoli, *Plaut.*

Bibendo reſpondere] Bibere more Græco, *Cic.* Bibere optimâ fide, *Plin.* Bibere ad numeros, *Ovid.*

Bibere] Sumere meracius, *Cic.* Accipere, bibere potionem, *Quint.* Bibere pocula, *Tibul.* Onerare gulam potione, *Plaut.* Haurire poculum, *Liv.* Potionem, *Plin.* Sumere

Digitized by Google

mere Bacchi hauſtus, *Ovid.* Ducere pocula, *Propert.* Ducere ſextarium, *Iuv.* Bibere hauſtum, vid. *Hauſtim.*

Bibere in orbem] Dare cantharum circùm, *Plaut.* Ab ſummo bibere, *Id.* Curſoria potatio ut primùm labiis contigerat, *Apul.*

Bibere largiter] Ductim invergere in ſe liquores, *Plaut.* Ingurgito in me merum avariter, faucibus plenis, *Id.* Pluet credo hodie, bibit arcus, *Id.* Vid. *Hauſtim.*

Bibere pro ſalute] Da puer auguriis Murænæ, i. e. pro ſalute, *Hor.* Benè mihi, benè vobis, benè amicis. Benè qui non invidet mihi, & ei, qui hoc gaudet, gaudeo, *Plaut.* Annoſque precantur quot ſumunt cyathos, *Ovid.* In alienum honorem intemperantem eſſe, *Sen.*

Bibulus] Arenis ſitientior. Spongiâ bibacior. Cornu ſiccior. Pumice aridior. Uvis paſſis aridior. Thracibus bibacior. Hirundine bibacior, *Er.*

Biblia] Sacri libri, *Dionyſ.* Codex ſacer. Oracula divina.

Bibliopegus] Compactor librorum. Concinnator librorum. Glutinator, *Cic.*

Bibliopola] Librarius, *Gell.*

Bibliopolium] Taberna libraria, *Cic.* Libraria, *Gell.*

Bibliotheca] *Cicero* Amaltheam appellat libris inſtructam, ad Attic. 1. Mutum concilium. Congregatio demortuorum ſapientum. Pharmacopœum animi.

In Bibliothecâ verſari] Converſari cum mortuis.

Bibliotheca ſine uſu] Murium condimentum, pulveris receptaculum, Libri ſine lectore. Tinearum habitaculum.

Biceps] Bifrons, *Virg.* Anceps Janus, *Ovid.*

Bicorpor] Bicorporeus, *Firm.* Bimembris, *Ovid.* Biformatus, *Cic.* Ambiguus infans, *Suet.*

Bidens] Bipalum, *Var.* Paſtinum. Capreolus. (*Bicorne ferrum,* quo terra commovetur.) *Col.*

Bifera arbor] Bifera ficus, *Col.* Gemellæ vites. Bis utilis pomis arbor, *Virg.*

Bilis] Cos ingeniorum. Iræ ſuſceptaculum.

Bimus] Biennis, *Plin.* Bimulus, *Cat.* Bidens ovis, *Gell.*

Bipartiri] Bifariam diſpertiri, *Plaut.* Dividere æqualiter

in

Digitized by Google

in duas partes, *Cic.* Tribuere in duas partes, *Id.* Bicipitem civitatem fecit, *Var.* Dimidium facere, *Ter.*

Bis coctus panis] vid. *Panis bis coctus.*

Bis peccare] Impingere ad eundem lapidem, vel, offendere ad &c.

Bis peccare non licet] Iteranti culpam venia non datur. Bis idem peccare, non eſt viri ſapientis.

Bivium] Compitum, *Cic.* Divortium viarum, *Tacit.*

Blæſus] Traulus. Inexplanatâ linguâ, *Rhodig.*

Blandè] Perblandè, *Mart.* Leniter agere, *Liv.* Molliter facere aliquid. Lenè, *Mart.* Molli articulô, *Quint.* Suaviter reſpondere, *Cic.*

Blandiloquus] Blandiloquens, *Macrob.* Blandiloquentulus. Blandidicus. Delinificus, *Plaut.*

Blanditiæ] Mollitudo humanitatis. Mollitia animi. Illecebræ. Lenocinium, *Cic.* Dulcedo, *Gell.* Hoc placamento blandiuntur terræ, *Sen.* Blandimentum, *Plin.* Blanditus, *Liv.* Blandities, *Apul.*

Blandiri] Leniter arridere. Molli brachio, molliter facere. Delinire animum alicujus blanditiis, *Cic.* Demulcere caput. Dulce promere ex pectore. Loqui dicta mulſa, *Plaut.* Blanditer alloqui, *Id.* Oblinire. Mollire animos dictis, *Virg.* Mulcere, *Plin.* Addere blanditias, *Ovid.* Alludere alicui, *Sen.* Jactare popello caudam.

Blandiri tibi noli] Suffenus aut Mœvus tibi non ſis. (Uterque fuit Poëta ineptus, & tamen ſui admirator maximus.)

Blandum malum] Mellitum venenum.

Blandus] Perblandus homo, *Cic.* Animula blandula, *Spart.* Agnâ mollior, *Mart.* Thaide blandior, *Er.*

Blandus ſermo] Oratio ad gratiam & lenocinium elaborata, *Creſſot.* Oratio vinula, venuſtula. In melle ſunt ſitæ linguæ veſtræ, atque orationes, lacteque Corolla felle & aceto lita. Libidinoſa eloquentia, *Quint.* Oratio papavere ac ſeſamo ſparſa, & ex mellitis verborum contexta globulis, *Muret.* Melleum laqueum, vocat *Diog.* Verba byſſina, *Rhodig.* Suavitas decocta orationis, *Cic.*

Blaſphemia] Verba impia in Deos dicta, *Tibul.* Impietas

Digitized by Google

tas verborum, ex *Græc. Chryſoſt.* Sacrilega obtrectatio, *Bud.*

Blaſphemare] Impia in Deum verba profundere, jacere. Divinum numen verbo, linguâ ſceleſtâ violare. Exſecrari cælites. Devotare cœlites. Tu Diis nec recte dicis, *Plaut.*

Blaſphemus] Probroſi in Deum Divoſque maledicti reus vel convictus, *Bud.*

Blaterare] Nugari, *Cic.* Ineptire, *Ter.* Centones alicui farcire, *Plaut.* Nugalia proferre alicui, *Gell.* Deblaterare. Deblacterare, *Feſt.* Vid. *Nugari.*

Blatero, onis] Nugator, *Cic. Plaut.* Futilis homo, *Cic.* Nugivendus, *Plaut.* Nugator graphicus, *Id.* Ridiculum caput, *Ter.* Nugo, *Apul.* Balatro, *Hor.* Homo ineptitudinis cumulatiſſimus, *Cæcil.*

Boare, vid. *Mugire.*

Boarius] Bubulus, *Plin.* Bovillus, *Id.*

Bona, vid. *Facultates.*

Bona exhauſta alicujus] Adeſæ fortunæ, *Tacit.* Attritæ opes, *Liv.* Comminutæ & depreſſæ opes. Diminuta prædia, *Cic.* Extenuatiſſimæ copiæ. Infracta res, *Cic.* Lacinata bona, *Catul.* Acciſæ res, *Liv.*

Bona res ſine uſu] Lucerna ſub modio.

Bona res uſui expoſita] Lucerna ſuper candelabro.

Bona mixta malis] Nihil tam mali, cui non boni quidpiam adjunctum. Sunt bona mixta malis; ſunt mala mixta bonis. Omnis commoditas ſua fert incommoda ſecum. Malum nullum ſine aliquo bono.

Boni conſulere] Accipere amicè, æquo animo, *Cic.*

Bona cauſæ fiducia mihi eſt] Arbitrum quemvis cedo.

Bona cauſa malè agendo perditur] Bona nomina fiunt mala, ſi nunquam interpelles.

Bonum laudat ſeipſum] Vino vendibili non opus eſt hederâ. Merx bona reperit emptorem facilè, etiamſi in abſtruſo ſita ſit, *Plaut.*

Bonum non facilè faſtiditur] Bis aut ter quod pulchrum.

Bonum ſpontaneum] Boni ad bonorum convivia ultro accedunt.

Digitized by Google

Bonum præſens, & cumulatum] Horna meſſis, *Plaut.*

Bonum conſilium utile] Benè conſulta bonos eventus pariunt.

Bonarum rerum habenda ratio] Generoſus frutex fulciendus.

Boni ſunt obſequioſi] Generoſus equus umbrâ quoque regitur. Imperium facile eſt in bonos.

Bonis benè ſit] Animi tranquillitas virtutis præmium. Bona cum bonis navigatio. Boni principii bonus finis. Bonitas mirum vitæ miraculum. Bonum fuiſſe te non pœniteat.

Bonis parcendum] Peccat in publica commoda, Viros publicè utiles qui lædit.

Bonis nocet, qui parcit malis] Clementia in malos, crudelitas in bonos eſt.

Bonus] Bellus, *Cic.* Perbonus. Probatiſſimus vir. Summâ bonitate præditus. Frugi homo, *Id.* Probus, *Ter.* Optimis proximus. Bonæ frugis homo, *Gell.* Homo de meliori notâ, melioris notæ, *Cic.* Quibus de meliore luto finxit præcordia Titan, *Iuv.* Bonos viros omnia decent. Bonum manere, difficile eſt.

Non adeo bonus] Meliora, quàm deterrima hæc ſunt.

Bonus dies, vel, bonam diem precor] Felix tibi illuceſcat hæc dies. Matutinum Ave porto tibi, *Mart* Bonum manè, ſicut clarum manè, *Perſ.* Sis felix, *Catul. Virg.*

Bos] Tardum pecus, *Tib.* Bucerum pecus, *Feſt.* Grex magnus, *Virg.*

Botrus] Botryon, *Mart.* Racemus, *Virg.* Uva, *Col.* Corymbus, *Virg.* Bumaſtus, *Plin.* Vinum pendens, *Cat.*

Brabium] Præmium victori, *Virg.* Palmarium, *Vlp.*

Brachiatus] Anſatus incedit.

Braxator] Cereviſiarius. Factor cereviſiæ.

Breve gaudium] Ignis ex arundine conflatus.

Breviarium] Hypomnemata. Commentarius, *Cic.* Recenſio, *Id.*

Brevis, ratione longitudinis] Breve curriculum. Compendiaria via. Curta ſententia. Capitalis ſcriptor, (qui capita rerum ſcribit) Preſſus, *Cic.* Breviariæ rationes, *Scæv.* Parcus ſomnus, *Plin.* Pigmæo brevior, *Er.*

Digitized by Google

Brevis, ratione profunditatis] Breves undæ. Brevia, *Virg.* Brevia dorſuoſa, *Amm.* Brevitas fluminis, *Solin.* Humilis foſſa, *Virg.* Vid. *Vadum.*

Brevis, ratione durationis] Perexiguum tempus, *Cic.* Brevis ævi, *Sal.* Momentaneus, *Sipont.* Momentarius, *Lamp.* Oligochronius, *Firmic.*

Brevitas] Contractio, *Cic,* Compendium viæ, orationis, *Plaut.* Exiguitas temporis, *Liv.*

Breviter] Perbreviter, Strictim dicere. Breviter. Compreſſiùs loqui. Cum brevitate. Preſsè, *Cic.* Summatim, *Var.* Paucis, *Lucr.* Tribus verbis, *Plaut.* Capitulatim, per capita, *Plin.* Circumciſè, *Macrob.*

Breviter agere] Compendiis ſcribendi uti. Notis verba ſubſequi. Compendiariò te ducam, *Suet.* Minore finire pomœrio.

Breviter loqui] Uno verbo complectar. Strictim dicam. Quid multa? Ne multa. Ne multis. Ne plura. Ne agam de ſingulis. Ne longiùs abeam. Quid quæris? ſummam faciam. Ad ſummam, ſummatim exponam. Ne longus ſim. Breviter perſtringam, *Cic.* Summa ſequar faſtigia rerum, *Virg.* Uno faſce complecti, *Plin.* Nihil opus eſt verbis. Rem in pauca conferam, *Plaut.* Ut ad pauca redeam, *Ter.* Mirâ verborum parſimoniâ perſtringere aliquid. Pauciſſimis loqui verbis. Ut ſemel dicam. Ut finiam, *Er.*

Brevi poſt] In brevi, *Cic.* Perbrevi. Propediem. Paucis diebus interpoſitis, *Id.* Cis paucos dies. Cis paucas tempeſtates, *Plaut.* Vid. *Exiguum tempus.*

Breviloquentia] Laconiſmus, *Cic.* Contracta & adſtricta eloquentia, *Cic.* Compendium dicendi, *Quint.*

Breviloquentia grata] In re apertâ piget eſſe prolixum.

Breviloquentia, Sapientis character] Intelligenti pauca. Pauciloquus, ſed eruditus.

Brutus] Vid. *Stupidus.*

Bubo] Strix nocturna, *Lucr.* Noctiluges, i.e. Bubones, *Feſt.*

Bubulcus] Bubſequa, *Sidon.* Jugarius, *Col.* Buſequa, *Apul.*

Bubu-

Digitized by Google

Bubulus] Bubulum lac, *Col.* Bovillus, *Plin.* Boarium forum, *Feſt.*

Bucca] Rictus, Roſtrum, *de homine, Plaut.*

Bucco] Buccis fluentibus homo, *Cic.* Bucculentus, *Plaut.* Macticus, *Feſt.* Vid. *Tubicen.*

Buccina] Cornu, *Var.* Triton, Buccini concha excavata, perforata ſonat, *Higin.* Tuba, *in variis uſibus, Sen. Quint.* Claſſicum, *(extra bellum) Liv.* Claſſico ad concionem vocat.

Buccinare] Inflare buccinam, *Var.* Canere tubâ, *Virg.* Dare ſignum tubâ, *Cæſ.* Occanere tubas, cornua, *Tac.* Implere cornu bombis, *Perſ.* Terribilem ſonitum ære canoro increpuit, *Virg.* Stridulum aërem elidere lituis. Concipere claſſica cornu, *Lucan.* Æneatorum occentu ſigno dato, *Ammian.* Occinere, *Diomed.*

Buccinator] Cornicen, *Iuv.* Cornuarius, *Feſt.* Flator, *Id.* Tubicen, *Sen.* Liticen, *Enn. Non.* Æneator, *Suet.* Claſſicines, *Varr.* Incentor tubarum, *Ammian.*

Bulimea] Canina appetentia, *Gorr.* Milvina orexis, *ex Plaut. Camer.* Magna fames, *Gell.* Phagedæna, *Plin.* Milvina appetentia, *Turneb.*

Bulla] (1) Sufflatio bullantium aquarum, *Plin.*
(2) *Libris affixus globus*] Umbilicus librorum, *Hor. Martial.*

Bullire] Effervefcunt aquæ, *Col.*

Bullire deſiit] Deſiit ſpumare, *Plin.*

Bura] Dentale, *Virg.* Dens aratri, *Var.* Buris, *Virg.* Curvum aratri, *Var.*

Butyrum] Spuma lactis, *Plin.*

C.

C*Acare*] Vid. *Oletare.*

Cachinnari] Riſu crepare, *Cic.* Craſſum ridere, *Perſ.* Diſſilire riſu, *Sen.* Majore cachinno concuti. Pulmonem riſu agitare, *Iuv.* Ridere ore Catuli Gallicani, *Catul.* Emori riſu.

Digitized by Google

Cachinnus] Cachinnatio. Riſus maximus, mirus, *Cic.* Effuſus, *Claud.* Exſertus, Liberalis cachinnus. Latiſſimo cachinno ad uſque inteſtinorum dolorem redactus, *Apul.*

Cacodæmon] Genius ater. Genius ſalax, *Hor.* Genius ſiniſter, *Perſ.* Orcus, *Cic.* Vejovis, *Id.* Læva numina, *Virg.* Satan, & Satanas, *ap.* *S.S. ſcriptores.*

Cacumen] Columen mentis, *Catul.* Apex montis, *Sil.* Supercilium montis, *Liv.* Vertex, *Virg.* Jugum, *Cæſ.*

Cadaver] Corpus animâ caſſum, *Lucr.* Mortuale & Morticinium, *Hier.* Funus, *Ter.* Reliquiæ hominis.

Cadere] Cadere deorſum, *Lucr.* Accidere ad terram, *Plaut.* Prolabi in caput, *Liv.* Pluit glans de ilice, *Virg.* Labitur lacryma, *Ovid.* Collabi, *Id.* Procidere, *Liv.* Concidere, *Liv.* Succidere, *Gell.*

Cadere præcipitem] Decidere in præceps, *Ovid.* Ire præcipitem de ponte in lutum per caput pedeſque, *Catul.* Abire præcipitem, *Sal.* Ferri præcipitem, *Cic.* Præcipitem ruere. cadere, *Virg.* Cadere pronum in pectus, *Ovid.* Præcipitare ſe de turri, *Liv.* In flumen, *Cæſ.* Præcipitant pondera, *Lucr.*

Caduca bona] Caduca hæreditas, *Cic.* Caducum, *Vlp.* Bona inteſtabilium, *Paul. IC.*

Caducarium jus] Caducaria lex, *Vlp.* Jus publici ærarii vel fiſci.

Caduceator] Caducifer, *Ovid.* Fecialis, *Var.* Legatus pacem petens, *Feſt.* Orator pacis petendæ, *Liv.* Orator fœderum, *Cic.* Pater-patratus, *Liv.*

Caduceum] Cerycium, *Rhod.* Supplicia, *Feſt.* Ramus oleæ, *Plaut.* (Virga Mercurii erat.)

Caducus] Vid. *Labilis.*

Caducus morbus] Morbus comitialis, *Plin.* Morbus major, *Celſ.* Morbus ſonticus, *Plin.* Divinus, *Apul.* Sacer. Herculeus, *Iun.* Lues ſacra, Deifica, *Aurel.* *Epilepſia.*

Cadurcum] Vas, quo aquam haurimus è puteo aut piſcinâ, jumento rotam verſante, *Vall.*

Cæcitas] Cæcitas Cyclopis, Tireſiæ, *Cic.* Orbitas luminis. Caligo oculorum, Scotomia, *Plin.*

Cæcutiens] Parum videns ſæpe offendit, Luſcioſus, *Vall.*

Cæcu-

Digitized by Google

Cæcutire] Cœcultare, *Feſt.* E duobus tria videns. In ſole caligare. Parum proſpicere. Tenebris craſſis circumfundi, *Cic.* Falli viſu. Caligo ob oculos obſiſtit, *Plin.*

Cæcus] Cœcior Ægyptiis, Tireſiâ, Talpâ, Ipsâ cœcitate cœcior, *Er.* Captus oculis. Non conſtat oculis. Orbus luminibus, *Plaut.*

Cædere hoſtem] Profligare copias, *Cic.* Facere, edere ſtragem, *Id.* Conficere hoſtes, *Id.* Proſternere aciem, *Liv.* Fundere exercitus. Sternere omnia ferro, *Id.*

Cædere exitialiter] Ad internecionem cædere. Occiſione occidere. Exſtinguere, *Cic.* Perdere ac delere omnes ad unum, *Id.* Internecione diſperdere, *Amm.* Degraſſari. Exitialem cladem inferre, *Stat.* Cæſar fulgurat Euphratem. Ne nuncius quidem relictus.

Cædua ſilva] Renaſcens. Regerminans. Reſtibilis, *Plin.*

Cælare] Incidere in æs aliquid. Formata in muliebrem figuram ſtatua, *Cic.* Animare aurum impreſſis figuris, *Stat. P.* Scalpere, *Cic.* Sculpere, *Hor.* Cælare in poculis aliquid, *Plin.* Exſcalpere, *Cat.* Exſculpere ex quercu, *Cic.* Fingere, Effingere fingendo, vel pingendo corpora, *Quint.*

Cælator] Cælator in ære, *Cic.* Excuſor in ære, *Quint.* *Scalptor. Plin.* Sculptor. Anaglyptes, *Sipont.* Statuarius, *Quint.* Cruſtarius, *Plin.* Faber æris, *Hor.* Eborarius, *in Cod.* Politor gemmarum, *Firm.* Fictor ſculptilium. Gemmarius, *in SS.*

Cælatura] Scalpturatus. Scalptura ſeu ſculptura. Sectura gemmarum, *Plin.* Anaglyptice, *Sipont.* Anaglyphice, *Cæl. Rhod.* Diaglyphice, *Id.* Ars polituræ, *Plin.*

Cælatum opus] Argumenta ex ebore confecta. Dolatus ex robore, *Cic.* Cælatura, *Plin.* Cælamen, *Ovid.* Sculptile opus, *Id.* Typi, *Cic.* Scriptiles formæ elementorum, inciſæ. Atria ſpirantia figmentis ſignorum, *Amm.* Ancæſa vaſa, *Feſt.* Columna res geſtas loquens, *Enni.* Phidiacæ artis opus. Phidiaco cælo formatum, *Mart.* Scalptus ex, *Cic.* Scalpturatus, *Plin.* Scaptus, *Varr.* Sigillatus, *Trebel.* Effigiatus, Sculptilis, *Amm.* Crater impreſſus ſignis, *Virg.*

Cæmentum] Lapis ordinarius, *Vitruv.* Lapis operarius, *Plin.* Saxum è monte revulſum, *Ovid.*

Cæmen-

Digitized by Google

Cæmentitius] Saxeus pons, *Lucan.* Lapidata templa, *Suet.* Vivo ſaxo ſedilia & oſtia, *Virgil.*

Cæſar] Auguſtus, *Suet.* Rector Imperii Romani, *Amm.* Princeps Principum Imperator, *Cic.*

Cæſus, Vid. *Verbero.*

Cæſio, Vid. *Sectura.*

Et Cætera] Reliqua ejuſmodi. Et ſimilia horum, *Cic.* Et alia hujus notæ, *Sen.* Aliaque ejus generis, *Plin.* Multaque præterea, *Lucr.* Cæteraque alia, & alia cætera, *Arnob.* Deinde quæ aſſolent. Et quæ ſequuntur. Itemque cæteri, vel cætera, *Cic.*

Calamarium] Theca calamaria. Theca pennaria, graphiaria, *Er.* ex *Vall.*

Calamiſtratus] Calamiſtratâ homo comâ, *Cic.* Vibratus. Cirriger, *Lucr.* Intonſus deliciarum causâ, *Iuv.*

Calamitas] Peſtis. Pernicies, *Cic.* Fortuna afflicta, adverſa, miſera, *Id.* Crux mala maxima, *Plaut.* Occaſio virtutis.

Calamitas extrema] Niobes mala. Via ad meliora calamitas. Sæpe mala ſors futuri boni occaſio.

Calamitatum cumulus] Moles mali, *Cic.* Theſaurus mali, *Plaut.* Abyſſus malorum, laborum. Abyſſus abyſſum invocat, *Pſal.* 42.

Calamitoſi omnium præda] Arbore dejectâ (cadente quercu) quivis ligna colligit.

Calamitoſus homo] Ærumnoſus, quem miſeriæ & ærumnæ omnes premunt, *Cic.* Equum Sejanum habet, ſolem averſum. Ventum adverſum habet. Calamitate calamitoſior, *Er.*

Calcaneum] Calx, *Cic.* Calcaneus, *Sipont.*

Calcar] Aculeus calcis, *Col.* Calx ferrata, *Sil.*

Calcari pungere] Adhibere calcaria, *Cic.* Concitare equum calcaribus, *Liv.* Calcari agitare quadrupedem, *Plaut.* Subdere calcar equo, *Ovid.* Auferre calcaribus equum. Ferratâ calce cruentat cornipedem, *Sil.*

Calcare] Calcatu ſolidare terram, *Pallad.* Recalcare terram. Supercalcare, *Col.* Proſubigere, *Virg.* Augutari pedibus, *Titin.* Depſere, Condepſere, *Cat.*

Calca-

Digitized by Google

Calcarius lapis] Lapis Thracius.

Calceamentum] Calceamen, *Plin.* Calceatus, *Suet.* Tegmina pedum, *Col.* Pedalia, *Feſt.* Soleâ objurgabere rubrâ, *Perſ.* Cothurnus, *calceus utrique pedi aptus, Serv.* Phæcaſium, *Heſych. Sen.*

Calceare ſe] Inducere calceum ſibi, vel pedi, *Cic.*

Calceare equos] Inducere ſoleas jumentis, *Plin.* Calceare ſoleâ equum, *Liv.*

Calcitrare] Petere pedibus, *Luc.* Adverſus ſtimulos calcare, *Ter.*

Calefacere] Concalefacere aliquem, *Cic.* Calefactare, *Hor.* Excalefacere algores, *Plin.* Incalefacere, *Ovid.* Fovere, *Cic.* Confovere oleas, *Cat.* Refovere, *Ovid.* Recalfacere, Recalefacere, *Ovid.* Fovere fomentis calidis, *Celſ.* Tepidare, *Plin.* Tepefacere, *Cic.* Temperare ignibus aquam, *Hor.* Vaporat ſol latus montis, *Lucr.*

Calefactio] Calefactus. Excalefactio, *Plin.* Focillatio, *Feſt.*

Calefieri] Concalefieri, *Varr.* Excalefieri, *Plin.* Percalefieri, *Lucr.* Ferveſcere, *Id.* Corpora concaleſcunt. Recaleſcunt motu, *Cic.* Tepeſcere, *Id.* Recalefieri, *Scrob.* Caleſcere flammâ. Percaleſcere, *Ovid.* Intepeſcere comæ radiis, *Id.*

Calendarium] Faſti. Libri computationem dierum continentes, *Serv.*

Calendæ] Neomenia, *Iſidor.*

Calidus] Tepens cinis, *Stat.* Formus, *Feſt.* Formidus, *Cato.* Vaporeus, *Arnob.* Vaporoſa balnea, *Apul.* Vaporifera fornax, *Stat.* Vaporatus, *Col.* Egelidus, *Ovid.*

Calet hîc] Caletur hîc maximè, *Plaut.* Eſt hîc caloris ſatis. Eſt nunc calor foris.

Caliendrum, capilli factitii] Capillamentum, *Suet.* Externi crines, *Prop.* Externo tincta colore caput, *Id.* Captivos miſcet Germania crines, *Ovid.* Captivis comis cultior, *Mart.* Comis uti emptis, *Id.* Appoſitis caput emutare capillis. Coma adulterina, *Bud.*

Caligare, Vid. *Cæcutire.*

Caligo, Vid. *Nebula. Tenebræ.*

Calix. Vid. *Poculum.*

Digitized by Google

Calleſcere :/: callos nanciſci] Concallere, *Cic.* Occalleſcere, *Plin.* Durari ad plagas, *Quint.* Induruit uſu corpus, *Ovid.* Duritiem contra ſenſum inducere, *Plin.*

Callidus] Recoctus homo, *Catul.* Exquiſitô judiciô, *Cic.* Emunctæ naris. Acutis naribus. Cernit acutùm, *Hor.* Habet ſal. *Ter.* Acetum acre habet in pectore, *Plaut.* Seſquiulyſſes, *Var.* Seſculyſſes, *Plin.* Rerum humanarum æſtimator callentiſſimus, *Bud.* Vetulus lupus, *de Annibale Lucil.*

Calor] Caldor, *Var.* Calidus vapor, *Lucr.* Æſtuantium diſſolutio ac diſtenſio.

Calorem efficiens] Calorificum vinum, *Sipont.* Concalefactoria, Excalefactoria vis. Calidum ſidus, *Ovid.* Calidarius, *Plin.* Vaporifera fornax, *Stat.*

Calumnia] Contumelia. Falſum crimen. Criminatio falſa. Maledictum conjectum in alicujus vitam, *Cic.* Dictum. Non me latet in quem dicta iſta jaculeris. Contorſi in eum dictum, quod illi perpetuò doleat, *Er.*

Calumniari] Maledicti loco, vel, In maledicto aliquid alicui objicere. Criminari odio factum aliquod, *Cic.* Crimen in aliquem confingere, *Feſt.* Inquinare famam alicujus, *Liv.* Inſimulare, *Feſt.* inſimulare aliquem falſum facinus, *Plaut.*

Calumniator] Inſimulator, *Apul.* Criminator. Delator, *Plin.* Quælibet in quemvis opprobria dicere ſævus, *Hor.*

Calvaria] Cælum capitis, *Plin.*

Calveſcere] Calvere, *Plin.* Calvefieri, *Var.*

Calvities] Calvitium, *Cic.* Lævitas capitis, *Sen.*

Calvus] Calvatus, *Cato.* Calvitio deformis, *Suet.* Calvaſter, *Sipont.* Calvena, *Cic.* Defloccatus ſenex, *Plaut.*

Calvus anteriore tantùm parte] Præcalvus, *Suet.* Recalvus, *Plaut.* Recalvaſter, *Valla.* Relicinia frons, *Apul.* Callidus fronte equus, *Iſid.* Lunatâ fronte, *Virg.*

Calx] Ferrumen cæmentorum, *Plin.* Coctus pulvis, *Stat.* Cæmentum, *S.S. Lit.*

Calx nondum macerata] Calx viva, *Iſid.* Recens, *Vitruv.*

Calx macerata] Calx tempore macerata & fermentata, *Philand.* Intrita, *Plin.* Trima, *Id.*

Calx exſtincta] Calx aquâ perfuſa, *Iſid.*

Cambi-

Digitized by Google

Cambire] Cambire aliquid cum aliquo, *Apul.*

Cambium, vid. *Collybus.*

Camelus] Dromas, *Liv.*

Camerare] Concamerare. Fornicare, *Plin.* Conformicare, *Vitruv.* Lacunare, *Ovid.* Caminare, *Plin.*

Caminus] Infumibulum, *Sipont.* Fumi ſpiraculum, *Id.* Nares fornaculæ, *Vitr.* Spiramentum exhalans flammam, *Ovid.*

Campana] Campanum æs, *Stat.* Æramentum ſonorum. Ærea pelvis, *Alciat.*

Campanarum agitator] Motor æramenti campani. Æris tinnuli pulſator. Tintinnaculus, *Plaut.* A campanis, *Bud.*

Campanam pulſare] Pulſare tintinnabulum, *Iuv.* Sonat æs, *Mart.* Titinnire, & Titinnare, *Item.* Tintinire, & Tintinnare, *Non. Scalig.* Pulſare æra tinnula. Percuſſu æris ſonum elicere.

Campus] Æquor campi, *Virg.* Planiſſimi campi area, *Ovid.* Immenſitates camporum. Immenſa camporum ſpatia, *Cic.*

Cancellare] Cancellos circumdare, *Cic.* Præfigere cancellos. Clathrare, *Col.* Objecti clathri caveæ, *Hor.*

Cancellaria] Diplomatica officina. Officina ſcribendorum & obſignandorum Diplomatum. Indulgentiæ Regiæ promptuarium. Juris æquitatiſque promptuarium, *Bud.* Tabularium, *Cic.* Archivum. Grammatophylacium. & Chartophylacium, *Bud.*

Cancellarius] A Libellis, *Suet.* Ab ore Principis, *Vrſin.* Proximus Libellorum, *Amm.* Scriniorum princeps, Cognitorum, Cauſarum ad Principem devolutarum, *Crom.* Magiſter memoriæ, *Meurſ.* Scriba Regis, *Liv.*

Cancellarii officium] Annuli cura, *Iuſtinian.* Regalis, aut Reip. Diplomatum ſcribendorum aut obſignandorum munus. Codicillaris magiſtratus, *Lamprid.*

Cancellatus] Clathratus, *Plin.* Cratitius, *Vitruv.* Feneſtratus, *Caſsiod.*

Cancelli] Cancri, *Apul.* Craticula, *Mart.* Interſeptum ligneum inſtar retis. Reticula, *Paulin.*

Cande-

Digitized by Google

Candela] Noctiluca, *Var.* Lugubrum, *Iſid.* Ancilla lucernæ, Cicindelæ, *Mart.* Aliis inſerviendo conſumor, *Hieroglyph.*

Candelabrum] Lychnuchus, *Suet.* Lychonpodas, *Lucil.*

Cadens] Prunitius torris, *Ovid.*

Candére, candentem eſſe] Scintillare, *Plin.*

Candidatus] Officioſiſſima candidatorum natio. Candidâ veſte indutus. Candidatus conſulatûs, *Cic. Plin.* Petitor, *Hor.* Competitor, *Suet.* Honoripeta, *Apul.*

Candidè] Sincerè. Ex fide bonâ agere. Apertè atque ingenuè fateri, *Cic.* Sincerâ fide agere, *Liv.* Aperto pectore. De ſummo pectore, *Plin. Iun.* vid. *Sincerè.*

Candidus] Niveus, *Virg.* Nivalis, *Id.* Eburneus, *Ovid.* Candidior nive, *Er.*

Candidus, Tranſl. vid. *Sincerus.*

Canere, vid. *Cantare.*

Caneſcere] Canet ætas, *Claud.* Incaneſco, *Virg.* Tempora mea cygneas imitantur plumas, *Ovid.* Sparguntur canæ per caput, *Id.* Canis ætas. Candeſcit annis, *Propert.*

Cani] Canities, *Cic.* Canitudo, *Plaut.* Senium, *Pompon.* Capitis nives, *Hor.*

Canicula, ſidus] Syrius, *Virg.*

Caniculares dies] Caprificiales dies, *Plin.*

Canis] Cuſtos, *Plaut.* Cuſtos hominis. Excubitor canis. Cuſtos mutus, *Id.*

Canis venaticus] Canis nare ſagaci, *Lucan.* Sagax, *Feſt.* Odorans ex veſtigiis ſagaciùs, *Cic.* Canis inquiſitor, *Plin.* Odora canum vis, *Virg.* Ichnobates, veſtigia ſequens, *Ovid.*

Caniſtrum] Sporta, *Vitr.* Cophinus, *Iuv.* Meſſoria corbis, *Priſc.* Scirpea, vel Sirpea, *Cato.* Ciſta viminea, *Plin.* Ex vimine texta, *Ovid.* Fiſcina ex viminibus, *Varr.*

Canon, vid. *Regula.*

Canonicus] Ampliſſimo ſacerdotio præditus, *Cic.* Sacerdos à conſiliis Epiſcoporum.

Cantare] Percrepat lucus cantu Symphoniæ. Perſonat vicinitas cantu vocum, *Cic.* Dare, Edere cantus. Fundere cantus gutture, *Id.* Canere voce, *Tibul.* Concanuerunt, *Apul.*

Can-

Digitized by Google

Cantitare, *Ter.* Incino ore varios modos, *Prop.* Vernant aviculæ, *Ovid.* Dant canoros modos, *Virg.* Modulari, *Id.*

Cantitat gallus] Favent faucibus galli noctis ſilentia, *Enn. Cic.* Cucurrit gallus, *Schot.*

Cantillare, ſubmiſsè canere] Adſonare, *Perſ.* Succinere, *Var.* Tu calamos inflare leves, *Virg.*

Cantare modulatè, vid. *Modulari.*

Cantharis] Impetigo. Parvus ſcarabæus, *Plin.*

Canus] Canoſus, *Flav.* Incanus, *Plaut.*

Capax eſt] Capiet nos domus. Unâ domo capiemur, *Cic.* Barathro capacior, *Er.*

Capere] Capere in manum, *Plaut.* Prehendere, *Petron.* Comprehendere aliquem, *Tacit.* Excipere, *Cic.*

Capi] Incidere in caſſes, *Ovid.*

Capilli] Coma, *Virg.* Frontis integumentum, *Athen.* Crines, *Tacit.* Capillitium inaffectatum, *Apul.*

Capilli factitii] vid. *Caliendrum.*

Capillis alienis ornatus] Calvus comatus. Graculus Æſopicus.

Capilli denſi] Silva horrida condi, *Iuv.*

Capilli decidui] Defluvium capitis, *Plin.* Alopecia, *Id.*

Capillis trahere aliquem] Comâ arripere aliquem. Capillo pertrahere in viam. Capillo me de curru deripuit, *Plin.*

Capiſtrum] Fiſcella, *Cato.* Reticulus denſus adjectus capiti, *Plin.* Camus, *Plaut.*

Capiſtrare] Præfigere ora ferratis capiſtris, *Virg.* Frænare ora capiſtris, *Ovid.* Incapiſtrare, *Apul.*

Capitalis cauſa] Res capitis eſt. Res capite agitur, *Plin.* Agitur caput. Cauſa capitis in jure verſatur. In judicium capitis vocatur. De capite ſuo cauſam dicere. Capitis certamen cum aliquo agere. Agitur alicujus ſalus. Cauſam capitis orare. *Cic.*

Capitis periculum ſubire] Capitale id eſt, *Cic.* Capital facinus, *Feſt.* Capital feceris, *Plaut.* Capitali noxa id habetur, *Liv.* Nunc crinibus capitique capitalem fraudem creas, *Plaut.*

Capitatio] Exactio capitum. Epicephalium, *Cic.* Tribu-

Digitized by Google

tum in ſingula capita imperatum, *Caſ.* Capitalis cenſus, *Iuſtin.* Æs capitarium. Tributorum collatio in capita, *Feſt.*

Capitaneus] Præfectus regius. Præfectus urbi, *Gell.* Præſes urbi, *Cic.*

Capitaneatus] Præfectura, *Cic.* Satrapia, *Plin.* Præſidatus, *Vopiſc.*

Capitatus] Capitulatus ſurculus, *Celſ.* Magni capitis braſſica, *Col.* Bulboſa, Bulbacea radix, *Plin.*

Capitellum] Capitulum, *Var.* Epiſtylium, *Vitruv.*

Capito] Tuditanus, *qui caput magnum, tuditis inſtar, habet*, Feſt.

Capo] Gallus ſpado, *Petron.* Gallus caſtratus, *Var.* Capus, *Id.*

Capra] Mater hœdorum, *Virg.* Barbigeræ pecudes capræ, *Lucr.*

Caprona] Crines propenduli, *Apul.* Ante-penduli, *Ovid.*

Captare] Appetere manibus aliquid, *Cic.* Aucupari verba alicujus, *Id.* Auribus aucupium facere. Captare aliquem loquentem, *Id.* Conſectari umbras falſæ gloriæ. Aucupari famam, *Plin.* Sequi gratiam Cæſaris, *Caſ.* Colligere gratiam, famam, *Er.* Prenſare aliquos, *Cic.*

Captator] Auceps ſermonis. Auceps auribus alienis. Venator cum auritis plagis, *Plaut.*

Captio, captiuncula] Aucupium. Tendicula, *Cic.* Præſtigiæ & captiones in oratione. Laqueus verborum, judiciorum, Legum, *Id.* Decipula fraudis, *Apul.*

Captioſus] Captioſum genus orationis, *Cic.* Captatrix, *Apul.* Capeatorius, *Paul. IC.*

Captivare] Onerare vinculis. Mandare vinculis, *Cic.* Capere vinculis aliquem, *Virg.* Capere bello, *Cic.* Abducere in ſervitutem, *Caſ.* Captivum ducere, *Claud.*

Captivari] Exceptus eſt, *Cic.* Capi ab hoſte, *Ovid.* Venit in manus, ſcil. *hoſtiles, Sal.* Potitus eſt hoſtium Rex, *Plaut.* Captus. (Subintellige vi hoſtium.)

Captivitas] Comprehenſio, *Cic.*

Captivus] Potitus hoſtium, *Plaut.* Captivitas, *Epheſ.* 4.

Captura] Captus piſcium, *Pompon. IC.* Piſcatus bonus obve-

Digitized by Google

obvenit, *Plaut.* Aucupium, pro re captâ, *Sen.* Piſcatio, *Non.*

Captus] Indagine cinctus, *Virg.*

Caput] Synciput, *Plaut.* Corporis arx.

Carbo] Pruna reſtincta.

Carbunculus] Apyrotus, *Plin.* Ignis lapideus, *Petron.* Ignis maris rubri, *Claud.*

Carcer] Cuſtodia. Vincula, *Cic.* Pœnalia clauſtra, *Amm.* Ferriterium, *quod ferrum ibi teratur*, *Plaut.* Ergaſtulum. Clauſtrum pœnale, *Amm.*

Carcerarius] Ergaſtularius, *Col.* Manceps carceris, *Bud.* Magiſter clauſtrorum, *Caßiodor.* Præfectus carceris, *Bud.* Phylaciſta, *Plaut.*

Carceres] Limen, *Virg.* Linea, *Tertul.*

Cardinalis] Cardinalis Antiſtes, *Sipont.* Summum Eccleſiæ conſilium. Supremus Eccleſiæ Senatus. Patres purpurati. Summum orbis Chriſtiani collegium : ita apud *Pontificios* audiunt. vid. *Principalis.*

Cardo januæ] Tacitis cardinibus, *Propert.* *Quia clausâ januâ tacent.*

Carduus] Lactuca aſinorum.

Carére] Nihil mihi ſuppetit, *Cic.* Non eſt copia, *Plaut.* Egeo pudoris, *Id.* Deficior lacte, *Col.* Vaco pecuniâ, *Liv.* Laborare re frumentariâ, *Saluſt.* Procul habere, *Id.*

Carere] Pectere ferreis hamis ſtuppam, *Plin.*

Caritas, vid. *Annonæ gravitas.*

Carmen, inſtrumentum] Ferreus hamus, *Plin.*

Carmen] Poëma, *Plaut.* Poëſis, *Horat.* Pictura tacita, Loquens, *Lemon.* Verſa facundia, *Apul.*

Carminare] *Plin.* Carmine trahere lanam, *Lucr.* Putare lanam, *Scal.*

Carnifex] Tortor. Spiculator, *Cic.* Exactor ſupplicii, *Liv.* Tintinnaculus, (à tinnitu plagarum, quas inferebat reo, vel tintinnabulis, quibus ornabat reum) *Plaut.*

Caro] Corpus, *Cic.* Lutum ſanguine maceratum.

Carpathus mons] Altiſſima juga montis Carpathi, *Iun.*

Carpentaria] Carpentaria fabrica, *Plin.*

Digitized by Google

Carpentarius] Plauſtrarius, *Lampr.* Traharius, *Sidon.* Rhedarius, & Vehicularius fabricator, *Capitol.*

Carpentum] Lectica, *Cic.* Pilentum, *Virg.* Hexaphorum, *Mart.* Octophorum, *Cic.*

Carpere] (1) Decerpere fructus, *Hor.* Legere poma ab arbore, *Tibul.* Deligere ficus, *Feſt.* Lectitare flores, *Arnob.* Vellere poma manu, *Tibul.* Stringere glandes, *Plin.* Cogere oleam, *Cato.*

Carpere (2) *ſugillare*]. Pervellere. Cerâ miniatâ notare, *Cic.* Sugillare opinionem alicujus, *Vlp.* Obtrectare legi, *Cic.* Obtrectare lautitiam alicujus. Vitilitigare aliquid, *Plinio.* Vellicare opus alicujus, *Var.* Notare carbone, *Horat.* Cavillari artem, *Quint.*

Carptim] Vellicatim, *Siſen.* Digitulis duobus primoribus ſumere aliquid, *Plaut.* Digitis eminulis modicum ſalis tangere, *Prud.* Tribus digitis prehendere, *Plin.*

Carptor] Improbator, *Apul.* Momus, *Cæl. Rhod.* Vitupero, *Gell.* Obſtrigillator, *Var.* Vitilitigator, *Plin.*

Carrum] Birotum vehiculum, *Non.*

Carus] Multorum nummorum. Durior annonâ. Malè empta domus. Pretioſus. Pretii magni, *Cic.* Maximo pretio, *Id.* Impenſo coëmptus, *Hor.* Habet pretium, *Plin.* Antecedit pretio aliquid, *Id.* Magno pretio, *Stat. Hor.* Magnô eſt, *Sen.* Multinummus aſinus, *Varr.* Nihil carius penſiuſque nobis eſt, *Gell.* Carus eſt auro contrà, *Plaut.* Poma veneunt contra aurum, *Id.*

Care vendere] Quàm plurimô vendere. Magnô vendere. Plure venit, *Cic.* Valdè carè æſtimare, *Id.* Grandi pecuniâ mercari, *Plaut.* Luculentè vendere, *Id.* Die vendere, *Cato.* Avarè ſtatuere pretium mercis, *Ter.*

Carè emere] Sumtuoſiùs emere. Immenſo mercari quid, *Plin.* Impenſo parare pretio, *Caſ.* Malè emere. Malè conciliatus, *Plaut.*

Caſa] Gurguſtium, *Cic.* Tugurium. Aggreſtum manus. Magalia, *Virg.* Mapalia, *Cato.* Taberna pauperum, *Hor.* De cannâ ſtraminibuſque domus, *Ovid.*

Caſeus] Caſeum, *Plaut.* Meta lectens, & lactis, *Mart.* Lac preſſum,

Digitized by Google

preſſum, *Virg.* Lac paſſum. Lactis coacti maſſa, *Ovid.* Caſeus manu preſſus, *Suet.*

Caßis] Rete, *Virg.* Plagæ, *Ovid.* Panthera, omnis generis feras capiens, *Cerda.* Tendicula, *Sipont.* Viſcum, *Id.*

Caſtigare] Arguere aliquem avaritiæ. Coërcere, *Cic.* Inceſſere monitis amaris, *Sili.* Concaſtigare, *Plaut.* Admonere monimentis bubulis, *Id.* Corripere peccatum, *Ovid.* Objurgare flagris, ferulis, *Suet.* Corrigere natum, *Ter.*

Caſtigaberis] Non hoc ſic abibit, *Ter.* Non inultum auferes, *Id.*

Caſtitas] Caſtimonia, *Cic.* Caſtus animus, *Id.* Caſtitudo, *Non.* Caſtus, ûs, *Var.* Soror ſobrietatis.

Caſtitas ſuſpecta] Foris Helena, Intus Hecuba.

Caſtra] Stativa, *Liv.* Sepimentum militare, *Varr.* Munitio. Operibus munitionibuſque cingere urbem, *Cic.* Caſtra ſtativa, *Id.*

Caſtra metari] Caſtra alicubi locare, ponere, habere, collocare caſtra, tabernaculum, *Cic.* Caſtra facere, *Caſ.* Carraginem facere, *Treb.*

Caſtrare] Virilitatem amputare, *Plin.* Privare parte virilitatis, *Feſt.* Genitalia incidere, *Id.* Privare ſexu, *Arnob.* vid. *Evirare.*

Caſtratio] Eviratio, *Sen.* Deteſtatio, *Apul.* Caſtratura, *Plin.*

Caſtratus] Exſectus, *Cic.* Excaſtratus caper, *Gell.* Eviratus, *Plaut.* Præciſus, *Lampr.*

Caſtrum] Caſtrum naturâ munitum, *Cic.* Burgus, *Veget.*

Caſtus] Purus. Integer, *Cic.* Abſtinentiſſimus Veneris. Abſtinentiſſimus rebus Venereis, *Col.* Perintegræ caſtitatis, *Gell.* Lucretiâ, Penelope caſtior. Veſtarum torô purior.

Caſus] (1) Prolapſio, Lapſio: Proclivitas ad lapſionem, *Cic.* Lapſus, *Sil.* Procidentia, *Plin.* Petitus terra, *Lucr.*

Caſus] (2) Pro fortuna accidentibus frangi. Caſus repentinus, *Cic.* Eventus, *Id.* Doleo vicem tuam, *Id.* Communem belli Martem, caſumque. Alea, *Id.* Humanam ſortem, *Ovid.* Fortunâ. Forte cecidit, *Ter.* Accidentiam naturæ morari, *Plin.* Fortuitus eventus, *Id.*

Digitized by Google

Caſibus omnes ſubjacemus] Accidere cuiquam poteſt, quod cuiquam accidit. Fors domina campi.

Caſûs inopinatò veniunt] Accidit in puncto, quod non ſperatur in anno.

Caſu aliquo delatus] Fatis adactus. Fatis imputandum.

Caſus conſcientiæ] Doctrina de finibus bonorum & malorum in re Chriſtianâ. Quæſtiones de conſcientiâ ex lege Chriſti moderandâ. Controverſiæ ad conſcientiam pertinentes. Fori interni quæſtiones. Ars exſolvens animos nodis religionum, *Lucr.*

Catalogus] Album, *Sen. Tacit.* Matricula, *Iun.*

Cataphractus] vid. *Armatus.*

Catapulta] Pilum, catapultarium, *Plaut.*

Catecheſis] Religionis capita, *Bud.* Imitatio in ſacris. Initia ſacra. Capita rerum de Deo credendarum. Inſtitutio ſacra. Initiamenta. Elementa, Rudimenta Chriſtiana. Schola de religionis Chriſtianæ rudimentis.

Catechizare] Docere rudimenta religionis. Elementa Chriſtiana tradere. Initiare ſacris Chriſtianis. Inſtituere præceptis Chriſtianis.

Caterva] Turba hominum, *Cic.* *Agmen*, grex hominum. Fluctus barbariæ. Unda, *Cic.* Globus armatorum, *Liv.* Turba confertiſſima, *Id.* Stipati hominum, *Plin.*

Catervatim] Gregatim, *Cic.* Acervatim ſe præcipitarunt, *Cæſ.* Uno grege, *Curt.* Globatim, *Amm.* Effuſoriè egreſſi. Undatim. Agminatim, *Id.* Conglobatim, *Liv.* Centuriatim currant, *Pompon.* Glomeratim excurrit, *Mart.* Confertim, *Liv.* Effusè fugere. Effuſiſſimis habenis, *Liv.* Profusè tundentibus in caſtra, *Virg.*

Cathedra] Suggeſtum, *Cic.* Suggeſtus, *Plin.* Ambo, *Var.* Concio, *Liv* Superior locus. Roſtra, *Cic.* Proroſtra, *Iſid.*

Catholicus] Univerſalis, *Cic.* OEcumenicus, *Sipont.*

Cavare aliquid] Cavatur in vaſa lapis, *Plin.* Excavant ripas hirundines, *Id.* Incavare aliquid cultro, *Col.* Concavati nidi, *Id.* Exſculpere foramen in ligno, *Cato.*

Cauda] Muſcarium, *Veget.* Peniculamentum canterii, *Arnob.* Penis, (à pendeo) *Afran.* Gubernaculum. Velamen pudendorum.

Caudex

Digitized by Google

Caudex arboris] Codex, ſtylus, *Col.* Crus arboris, *Id.* Ramorum mater, *Plin.* Truncus, *Cic.* Stipes, *Virg.* Uniſtirpia, *pl. Plin.*

Cave, rem malam] Etiam atque etiam vide quid agas, *Cic.* Tu videris, *Id.* Cave malo. Diſcaveas malo, *Plaut.* Ne tibi hercle haud longè eſt os ab infortunio, cave, *Id.* Diſperiſti, ni feceris, *Id.* Adverte ſis, *Var.* Vide ſis, *Perſ.* Vide quid agas. Fac ſis apud te, *Ter.*

Cave ab ignotis] A cane muto, & aquâ ſilenti cave tibi.

Cavendum eſt] Præcauto opus eſt.

Cavere] Cavere à veneno. Cavere malum, Cavere omnia, *Cic.* Subterfugere pericula. Refugere, *Id.* Cavere ſibi ab aliquo, *Ter.* Diſcavere malo, *Plaut.* Fugere, Vitare mala, *Er.*

Cavere alicui] Cavere hæredi. Tu mihi meiſque multa ſæpe caviſti, *Cic.* Damni infecti ſatisdare, promittere, *Id.* Excipere aliquid fœdere. Obligare ſe nexu, *Id.* Cavere alicui obſidibus, i.e. dando obſides, *Cæſ.* Cavere capiti, *Plin.* Cavere de evictione, *Ulp.* Excipere in emptionibus aliquid, *Var.* Autor ſum alicui, *Plaut.* Mancipio aliquid dare, vendere, *Plaut.* (i. e. periculum evictionis in ſe recipere.) Præſtare cautelam alicui, *Paul. IC.* Idoneos ſponſores dare, *Bud.*

Caverna] Specus, *Plin.* Spelunca, *Cic.* Antrum, *Virg.* Deſidiabulum, *Plaut.* Succeſſus terrarum, *Arnob.* Cavamen rupis, *Solin.*

Cavillari] De plauſtro loqui. Conſcindere aliquem. Authoritatem ſenatus in conſpectu populi concidere. Differre aliquem maledicendo, *Lucil.* Allatrare aliquem, *Mart.* Jocari in capitis alicujus lævitatem, In ſtaturam, *Sen.* Carpere inimico dente. Reſponſione inimica me laceſſivit, *Cic.* Frigidam ſuffundere, *Plaut.*

Cavillatio] Ludificatio ſenatûs, *Cic.* Ludibrium, *Ter.* Cavillatus, *Apul.* Dicteria, *Var. Mart.* Irridiculum. Ludus, *Plaut.* Dicacitas ſcurrilis & ſcenica, *Quint.* Naſus, *Mart.* Naſus Atticus, *Sen.* Cavillem, *Feſt.* Scomma, *Macrob.* Poſtica ſanna, *Perſ.* Ronchus, *Mart.*

Cavillator] Dicax. Scurra, *Cic.* Luſor, *Plaut.* Ludificator,

cator, *Id.* Deludam luſorem meum. Exagitator Rhetorum, *Plato. Cic.* Balatro. Suſpendens omnia naſo, *Hor.* Verna, *Mart.* Vernula, *Sen.* Puer ſubdolæ vernilitatis, *Plin.* Apinarius, *Trebell.* Rhinocerotis naſum habet, *Mart.*

Caula] Præſepe, *Virg.* Præſepes, *Cat.* Præſepia, *Sipont.* Catablum, clauſura animalium, Papia, vel as, *Gloſſ. Anaſtas. Meurſ.*

Caulescere] Caulem facere, *Col.* Erigi in caulem, *Pallad.* In articulum it ſeges, *Col* Coles agere, coliculum agere, *Id.* In cymam proſilit braſſica, *Id.*

Caupo] Tabernarius, *Cic.* Copa, *Virg.* Cupa, *Cic.* Caupona, de muliere, *Apul. Priſcian.*

Caupona] Taberna meritoria, *Sipont.* Meritorium, *Iuv.* Bacchanal, *Plaut.* Cauponula, *Cic.* Synœcium, *Petron.* Copona, *Feſto.* à copiis dicta.

Cauponari] Cauponam exercere, *Vlp.* Cauponariam artem exercere, *Iuſtin.*

Cauſa] Nomen, *Cic.* Ratio, *Ter.* Cauſula, *Cæſ.* Occaſio, *Plaut.* Elogium. Tres gladios Marti additô elogiô conſecravit, i. e. additâ causâ, *Suet.*

Cauſa capitis] Cauſa & contentio de capite. Capitis certamen, lis, cauſa Dimicatio capitis. Res capitalis, *Cic.* Actio criminoſa, vel civilis, *Bud.* Iudicium capitis. Diſcrimen ſalutis. Capitale facinus, *Cic.* Actio criminalis, & judicium criminale, *ICtis.*

Cauſa de homicidio] Judicium cædis, vid. *de Cæde.* De parricidio cauſa dicitur, *Cic.*

Cauſa diſsidii] Pomum diſſidii. Malum Eridis.

Cauſa certa & evidens] Omnibus judicibus vincit. Omnium calculis.

Cauſa facti diſsimulata, pòſt deprehenſa] Hinc illæ lacrymæ.

Cauſa tua nunc agitur] Ferrum tuum nunc in igni eſt. Comitia de tuo capite aguntur. De tuo corio luditur.

Causâ injudicatâ] Indictâ causâ, *Cic.*

Cauſam amittere] Cadere causâ in judicio. Perdere litem, *Cic.* Cecidiſſe lite, *Feſt.* Cadere formulâ, *Sen.* Excidere formulâ, *Suet.*

Cauſam

Digitized by Google

Cauſam fingere facile] Canem ut cædas facilè invenies fuſtem.

Nihil ſine causâ] Abſque Vulcano non fit incendium.

Cauſa ante effectum] Ignominiam protervia præcedit.

Qualis cauſa, talis effectus] Ad ſemen nata reſpondenti. Non imbellem feroces progenerant aquilæ columbam, *Hor.* Mali corvi, malum ovum. Non procul à proprio ſtipite poma cadunt. Hæc Arabia, hoc thus olet. Inanium inania conſilia.

Cauſam dicere (1)] Purgare ſe alicui de aliquo. Reſpondere de ſuo officio alicui. Evocare aliquem ad cauſam dicendam, *Cic.* Reddere alicui rationem, *Plaut.*

Cauſam dicere (2) i. e. *cauſam agere, vel habere orationem*] Agere orationem. Orationem ad populum habere. Habere orationem contra aliquem, *Quint.* Orationem dicere, recitare. Perorare cauſam aliquam. Dicere ad judices, apud judices, *Cic.* Orare cauſam, *Quint.*

Cauſari] Ætatem adferre, *Cic.* Cauſam fingere. Cauſam dicere neſcio quam, *Ter.* Prætexere culpam nomine conjugii, *Virg.* Obtentus eſt mihi hoc, *Sal.* Cauſam rei geſtæ afferre. Afferre impedimenta, *Er.* Ardea natandi neſcia, cauſatur aquas natatui non eſſe idoneas.

Cauſidicus, vid. *Advocatus.*

Cautè] Cautiùs. Cautiſſimè, *Cic.* Cautim, *Ter.* Cuſtoditè, *Plin.* Circumſpectè, *Quint.* Curiosè fodito, ne lædas, *Col.* Tanquam ſuper ſpinas incedere.

Cautè agendum ſemper] Abundare in cautela, non nocet. Præcautô opus eſt. Viſo, cautô opus eſt, *Plaut.* Oculatâ die eme, *Id.*

Cautela, vid. *Conditio.*

Cautio] Circumſpectio, *Cic.* Circumſpicientia. Circumſpectus, *Apul.* Obſervatio, *Cic.*

Cautus] Percautus, *Cic.* Conſideratus. Præacutus. Præcavens, animum intentum tanquam arcum habebat, *Cic.* Circumſpectiſſimus, *Suet.* Cautores ſui, *Amm.* Catus, *Plaut.* Album & nigrum novit.

Cavum] Cavus Leoninus, *Plaut.* Caula palati, *Lucr.*

Digitized by Google

Succeſſus, *Arnob.* Cavius, *Varr.* Lacuna, *Lucr.* Cavum terræ, *Virg.* Cavamen rupis, *Solin.* Receſſus ſpeluncæ, *Ovid.*

Cavus] Lacunoſus, *Cic.* Concavus, *Id.* Lacunatus torus nuclei, *Plin.* Loculoſus, *Id.* Conchata cauda pavonis, *Id.* Alveatus, *Cat.*

Cecidit, Vid. *Evenit.*

Cedens annis] Fugiens vinum, ætatem ferre non poteſt, *Cic.* Fugax, *Plin.* Intolerans, *Liv.* Intolerantiſſima laboris corpora. Impatiens hiemis, *Plin.* Vitrea fama, *Horat.*

Cedit benè] Succedit, *abſol. Cic.* Succedit ex ſententiâ. Procedit aliquid bene, proſperè, pulcherrimè, ex ſententiâ. Incipit res meliùs ire quàm putâram. Prorſus res ibat. Fluunt ad voluntatem noſtram res proſperæ. Reſpondet fortuna optatis meis, *Id.* Succedit cœptis, *Liv.* Procedunt conſilia, *Id.* Benè proſperéque hoc operis proceſſit mihi, *Plaut.* Benè vertit, *Ter.* Bellè, feliciter cecidit. Inclinat ſe fortuna ad aliquem. Nunc ſecundi ſunt venti, *Cic.* Habet res fortunam, *Liv.* Subſcripſit fortuna votis meis, *Col.* Omnibus feliciter hic locus ſe dedit, *Sen.* Provenit benè, *Plaut.* Vid. *Evenit.*

Cedere alicui] Decede peritis, *Hor.* Da locum melioribus, *Plaut.* Decedere loco, *Tac.* Dare tranſitum, *Plin. Iun.* Concedere, *Cic.* Concedere alicui primas partes. Deferre palmam. Faſces ſubmittere, *Id.* Arenâ cedere. Herbam porrigere. Lampada tradere. Cedere de jure ſuo. Decedere de jure, *Cic.*

Non cedere] Nemini concedere ne tantillum in aliquâ re, *Cic.* Negare, *Sen.* Certare cum aliquo vitiis, Vid. *Æmulari.*

Cedere authoritati] Deſcendere in partes alicujus, *Tac.* Venire in partes alicujus, *Liv.* Affigi alicui, tanquam magiſtro, *Cic.* Ire in ſententiam alicujus manibus pedibuſque, *Cic.* Vid. *Aſſentiri.*

Cedria] Cedrium, *Vitruv.* Oleum Cedrinum, *Plin.* Cedrius liquor, *Col.*

Celatè, Vid. *Abditè.*

Celare] Celare aliquem aliquid, de aliquâ re, *Cic.* Celare aliquid

Digitized by Google

aliquid alicui, *Ter.* Occultare conſilium, *Cic.* Tegere commiſſa, *Hor.* Habere aliquid tacitum, *Plaut.* Tacitè, *Lucr.* Continere audita, *Ter.* Velare aliquid, *Plin. Iun.* Obſcurè ferre aliquid, *Cic.* Occultè ferre, *Ter.* Habere aliquid occultum, *Saluſt.* Intra me futurum eſt, *Plin.* Tacitum tectumque habere aliquid, *Ter.* Strangulare aliquid alienum, *Petron.* Mihi in ſinu eſt, neque ego diſcingor, i. e. effutio, *Cic.*

Celebrare] (1) Celebrare diem religione debitâ, *Plin.* Agere diem feſtum, *Cic.*

(2) *Celebrare alicujus famam, &c.*] Prædicare alicujus virtutem. Prædicare de aliquo multa honorificè. Prædicare multis laudibus aliquem. Præconium alicui deferre, tribuere. Ornare gloriolæ inſignibus aliquem, *Cic.* In cœlum evehere aliquem, *Iuv.* Magnificare aliquem, *Plin.* Hominis alicujus memoriam ad immortalitatem conſecrare, *Cic.* Quos egregium nomen inſignes fecit, *Sen.* Facere alicui nomen, *Liv.* Nobilem facere, *Plin.*

Celebratio] Prædicatio, *Cic.* Diſpiciunt prædicationem nobilitatemque Philoſophi. Prædicatio de laude alicujus, *Id.*

Celebris] Ad ſidera uſque notus. Nomen ejus longè atque latè vagatur. Magno theatro ſpectatus, *Cic.* Volitat per ora virûm, *Id.* Magnum habet nomen, *Id.* Illuſtri laude celebratur, omniumque ſermone. Ad maximam laudem inſignis. Decantatur, Inclytus, *Id.* Per ora hominum magnificè incedit, *Saluſt.* Celebrata in vulgus laus ejus, *Tac.* Famoſus, *Id.* Eſt in ſermonibus, *Sen.* Memoratiſſimus, *Gell.* Cymbalum mundi. Famâ ſuper æthera notus, *Virg.*

Celer] Celere telum, *Val. Arg.* Celeris fœmina, *Ovid.* Perceler interitus, *Cic.* Vid. *Agilis.*

Celerare] Incitare celeritatem, *Cic.* Accelerare opus, *Stat.* Accelerare venire, *Amm.* Tollere moras, *Virg.* Admaturare aliquid, *Cæſ.* Celeritatem facere, *Plaut.* Addere celeritati, *Celſ.* Inſtare operi, *Virg.* Omni feſtinatione properare, *Cic.* Intendere mobilitatem, *Lucr.* Vid. *Feſtinare.*

Celeri-

Digitized by Google

Celeritas] Volubilitas linguæ, mobilitas, Velocitas corporis. Impigritas, *Cic.* Celeri ludo, *Var.* Pernicitas pedum, *Liv.* Agilitas navium, *Liv.* Celeritudo, *Caſ.*

Celeriter] Dictum factum, *Ter.* Citis quadrigis, *Apul.* Celeriuſculè. Velociter, Velociſſimè. Rapidè. Mobiliter, *Cic.* Perniciter, *Plin.* Ocyùs, *Ter.* Punctô temporis, *Lucr.* Caduciter ruentes aquæ, *Var.* Citatim contendit, *Hirt.* Sub manu, *Sen.* Pegaſeo volatu ferri, *Catul.* Tollunt ſe celeres, *Virg.* Tantâ citatione fertur, ut celeritas ejus quanta ſit, ne cogitari poſſit, *Cic.* Immiſſis habenis, *Lucr.* Citiùs cogitatô. Jovis qnadrigis. Apua vidit ignem, (vel Aphia ad ignem) Priùs, quàm aſparagi coquantur.

Cella vinaria] Horreum (vinarium) *Hor.* Taberna vinanaria, *Iun.* Apotheca, *Colum.*

Celſitas, Vid. *Altitudo.*

Cenſere] Statuere quanti ſit aliquid. Spectare aliquid ex cenſu, *Cic.* Penſare, *Val. M.* Deputare parvi pretii operam alicujus. Cenſuram facere. Cenſoriâ virgûlâ notare. Cerulâ miniatâ ſcripta alicujus notare. Notam ponere ad verſum, *Cic.* Recenſere, *Cauſab.* Cenſorem agere. Librum alicujus cenſorio animo examinare. Sumere cenſoris perſonam, vel animum, *Hor.* Cenſorium ſtylum, vel cenſoris ſtyli mucronem exacuere, *Cic.*

Cenſor] Judices ac cenſores poëmatum, *Quint.* Spectator formarum, *Ter.* Exiſtimator acerrimus. Exiſtimator alieni artificii. Arbiter, *Cic.* Ratio, arbitra eſt bonorum & malorum, *Sen.* Criticus, *Cic.* Judex, *Id.* Canon ſcriptorum, *Cic.* i. e. *Cenſor.*

Cenſor acutus] Ariſtarchus, Palæmon ſcriptorum, *Cic.* Ariſtophanis & Cleanthis lucerna.

Cenſor prudens] Cato ſui temporis. Cato rigidus.

Cenſor rigidus] Critici nimis Critici. Criticus antiquus judicaturus ſum, *Cic.* Magiſter veteris diſciplinæ & ſeveritatis. Cenſorius homo, *Id.*

Cenſura] Cenſorium judicium ac notatio. Cenſorius ſtylus. Mucro ſtyli cenſorii, *Cic.* Virga cenſoria, *Quint.*

Cenſuram incipere à ſeipſo, vel domeſticis] A lare ordiri. (A ritu

Digitized by Google

tu gentilium id ortum eſt, qui ſacrificiorum primitias. Lari domeſtico offerebant.)

Cenſus] Penſio. Penſiuncula, *Col.* Penſitatio, *Aſcon.* Cenſio populi, *Val. Max.* Æſtimatio cenſûs, *Cic.* Recenſus populi, *Suet.* Recenſio, *Cic.* Recenſitio, *Vlp.* Cenſitio, *Spart.* Profeſſio agrorum, *Cic.*

Cenſus, qui per ſocos ſolvitur] Cenſus colonicus. Colonarium, *Cic. Cæſ.* Columnarium. Oſtiarium, *Cæſ.* Pro agello tributum, *Apul.* Canon glebæ debitus, *Sidon.* Capitatio, *ICtus.*

Cento] Pannucia veſtis, *Victor.* Pannucium, *Id.* Peniculamenta, *Enn.* Mendicula veſtis, *Plaut.* Toga, quæ paſſa eſt furias & cornua tauri, *Mart.* Centunculus, *Apul.*

Centenarius] Ager centuriatus, *Feſt.* i. e. 100 civibus aſſignatus.

Centum] Centuria equitum, *Cic.* Centeni anni, *Plin.* Seculum, *Paul.*

Centuriare] Centuriatim diſtribuere, Deſcribere, *Cic.*

Cerdo] Unius cujuſdam operis homo, *Cic.* Vilis opificus. Mango, *Plin.* Veteramentarius, *Suet.* Rudiarius, *Feſt.* Interpolator, *Sipont. Iun.*

Cerebrum] Cerebellum. Vitalia capitis, *Plin.*

Cerebroſus, Vid. *Pertinax.*

Ceremonia] Mos ſolemnis ſacrorum, *Lucr.* Solennia ac juſta ludorum, *Cic.* Rites, *is*, *Stat.* Ritus, *Feſt.*

Ceremonialis] Ritualis, *Feſt.* Ceremonioſus, *Amm.*

Sine Ceremoniâ] Non ritè. Non ſervato ritu. Nihil more inſtitutoque. Omiſſis ceremoniis, *Cic.*

Cereviſia] Potus vini æmulus. Aqua tritico incocta. Potio ex tritico, *Vlp.* Vinum cereale. Potus è fruge, *Plin.* Fruges madida. Zythum, *Id.* Bacchus cerealis. Vinum hordeaceum. Triticeus Bacchus, cicerinus. Lympha cerealis. Humor ex hordeo aut frumento in ſimilitudinem corruptus, *Tacit.* Pocula vitea fermentô imitantur, *Virg.*

Cernere (1) *de frumento*] Incernere, *abſol. Vitr.* Subcernere cribro farinario, *Plin.* Excreti à farinâ furfures, *Plaut.* Decutere farinam, *Virg.* Decuſſa farina, *Perſ.* Caſtrare, *Plin.* Caſtrata ſiligo, *Id.* (2) *de*

(2) *de viſu*] Cernere acutum, *Hor.* Acerrimi viſûs ſum, *Plin.* Deprehendere aliquid viſu, *Val. Argon.* Terminare oculis campos, *Liv.* Si tantis intervallis ſpecies noſtra poteſt id animadvertere, *Vitru.*

Certamen] Decurſio, *Suet.* Ludicri concurſus, *Lipſ.* Ars ludicra armorum, *Cic.* Ludicrum certamen, *Sen.* Militia imaginaria, *Suet.* Haſtici ludi, *Suet.* Curules dimicationes, *Amm.* Certamen curule, *Lamp.*

Certamen imparium] Sus cum Minervâ certamen ſuſcipit.

Certamen claßicum, Vid. *Claßicum certamen.*

Certare (1) *rei certitudine pignore contendere*] Sponſionem facere cum aliquo, *Plin.* Sponſione contendere, *Macrob.* Deponere aliquid cum aliquo, *Virg.* Contendere pignore, *Catul.* Sacramentô contendere, *Cic.* i. e. *Depoſitis pignoribus, magnâ ſponſione litigare*) Sponſione aliquem laceſſere, *Cic.* Sponſionem facere cum aliquo de aliquâ re duobus millibus, *Id.* Dare pignus cum aliquo. Ponere aliquid pignori. Ni matris filia eſt, in meum nummum, in tuum talentum pignus da. Opponere pallium, *Plaut.* Dic quo pignore certes? *Virg.*

(2) *Armis vel verbis*] Decertare. Per diſceptationem contendere. Certare cum aliquo dicacitate, *Cic.* Certare minaciis, *Plaut.* Diſceptare armis, conditionibus, jure de aliquâ re. Conflictari judicio, *Cic.* Colluctari. Confligere, *Id.* Cernere de aliquâ re, *Plaut.* Leges inter ſe colliduntur. Quis te cum illo commiſit homine? Concertare. Conferre pedem. Conſerere manum. Congredi cum, *Vitruv.* Vid. *Diſceptare.*

Certatur de hoc] Id agitur. Hoc pugnatur. In eo cardo vertitur, *Cic.* In eo res vertitur. In eo ſpes civitatis vertitur, *Liv.* Ea res in diſcrimen adducitur. De hac re certamen eſt inter illos. Id in certamen adducitur, *Cic.* Certatur aliquâ re forô, *Hor.*

Certatim currere] Contendere occupare aliquid. Præcurrere. Antevertere alicui. Præripere alicui ne ſit primus. Occupare ſuffragium, *Curt.* Intercipere fortunam, regnum, &c. *Plin. Iun.* Antecapere pontem fluminis, *Tacit.*

Certè]

Digitized by Google

Certè] Quidem certè, *Cic.* Et ea certò eſt, Certè hercle, *Ter.* Revera, aut re verâ, *Cic.* Sanè. Sanè, quidem, *Cic. Ter.* Profectò, *Ter.* Planè. Planiſſimè. Veriſſimè. Næ, *Id.* Quidem. Equidem doleo, *Cic.* Enim me nominat, *Plaut. Ter.* Dii boni! *Sen.*

Certitudo] Fides promiſſi, teſtimoniorum, *Cic.* Conſtantia dictorum, *Id.*

Certò] Ad liquidum explorata veritas, *Liv.* Exploratè. Certô certius, *Vlp.* Nimirum, pro *certè.* Planè, *Ter.*

Certò ſcire] Tanquam digitos ungueſque tenere. Tanquam in ſpeculâ, Tanquam in tabulâ, Tanquam meum nomen novi.

Certò vincere] Vel Momô judice vincere.

Certum eſt] Certa fides, res, *Hor.* Certæ fidei res, *Plin.* Definitum, Conſtitutum, Deliberatum eſt. Liquet id inter nos. Controverſia non eſt. Conſtat inter omnes. Solidum eſt. Pro explorato eſt. Pro certo, pro facto habeo. Ex oraculo *Apollinis dictum puta.* Perſuaſiſſimum mihi eſt. Rectum eſt. Stat mihi. Stet nobis illud. Stat ſententia, *Cic.* Stabile eſt. Iſtud mihi exquiſitum eſt tam ſatis, quàm nunquam hoc invenies ſecus, *Plaut.* Satis acceptum, *Id.* Fecimus periculum. Extra dubitationis aleam poſitum eſt. Extra controverſiam eſt. In animo fixum eſt. Compertum eſt mihi. Comperi. Exploratum eſt mihi. Tua fides mihi ſatis explorata eſt, *Er.*

Certum, & indubitatum quid] Folium Sibyllæ. Ex tripode dicta.

Certum, vel certiorem aliquem facere] Significare aliquid alicui, vel de aliquâ re, *Cic.* Nunciare aliquid alicui. Renunciare alicui de aliquâ re; alicui aliquid. Denunciare alicui aliquid, de aliquâ re, *Id.* Deferre nuncium, *Id.* Internunciare, *Liv.* Perferre conſilium alicujus ad alium. Certius alicui aliquid facio, *Plaut.* Certum alicui facio ubi habitet quis, *Id.* Facere notum alicui, *Plin. Iun.* Notificare aliquid alicui, *Ovid.* Docere aliquem de aliquâ re literis, *Cic.* Manifeſtare, *Iuſtin.* Manifeſtum facere. Indicare, *Cicer.*

Digitized by Google

Certus] Certæ fidei, *Plin. Iun.* Exploratus, *Cic.* Locuples teſtis. Ratus. Fidelis ager, *Id.* Status fidei curſus, *Firm.* Stabilis quæſtus, *Cat.* Credulæ rates, (quibus tutô te credas,) *Sen.* Præſentiſſimum remedium, *Col.* Præſentaneum, *Plin.* Authenticus, *Vlp. Paul. IC.* Piſtrinum ſcribam in mundo, ſi id faxem, mihi, *Plaut.* i. e. certum. Teſtata dicere, *Cic.*

Certiſſimè] Certô certius.

Certus alicujus rei] Certus reliquendæ vitæ. Certus mori, *Sili.*

Cervical] Pulvinus, *Plin.* Culcitra plumea, *Cic.* (Ab inculcando,) Culcitella, ex *Plaut. Lipſ.* Culcitula, *Lucil.*

Cervicoſus] Duræ cervicis, *Er.* Vid. *Contumax.*

Cervix] Corpus à cervicibus demittere, *Cic.*

Ceruſſa] Pſimythium, *Plin.* Melinum, *Id.* Annulare, vel, Anulare, *Id.* Fucus ſplendens, *Tibul.* Medicamen faciei, *Iuv.* Lomentum, *Plin.* Sputum tenue, *Iuv.*

Caſpes, & ceſpes] Cutis terræ, *Plin.* Fruſtum terræ herbidum, ex *Græc.*

Ceſpitator, equus] Equus ſuffoſus. Cernicus, *Virg.*

Ceſſare] Abire inceptô, *Liv.* Facere intercapedinem ſcribendi, *Cic.* Deſerere ſuſceptum officium. Intermittere ſtudia. Interponere moram. Silent leges, *Id.* Pauſare. Pauſam facere. Conceſſare, *Plaut.* Quieſcebant edicere, *Gell.* Superſedere loqui, *Liv.* Ceſſator ſum, *Er.* Vid. *Deſinere.*

Ceſſatio] Intercapedo ſcribendi. Pauſa loquendi. Intermiſſio ab actione. Interſpiratio. Vacatio laboris, *Cic.* Conceſſatio. Requies forenſium negotiorum, *Col.* Intervallum. Silentium, *Liv.* Sine intermiſſu cantûs, *Plin.* Interſtitio & ceſſatio juris, *Gell.*

Ceſſator] Tardus. Segnis. Piger, *Cic.* Lentus gradus, *Val. Max.* Tardior, quàm corbita in tranquillo mari. Cum pedicis condidiciſti hoc graſſari gradu. Cochleam tarditate vincit. Tandem ſi podagroſis eſſet pedibus, jam rediiſſe oportuit. Formicinum gradum movet. Teſtudineus gradus. Pulmoneis qui eſſet pedibus, priùs veniſſet. Pulmo priùs veniſſet, *Plaut.* Veternoſus ſenex, *Ter.* Aſino pigrior, *Mart.*

Cete,

Digitized by Google

Cete, Vid. *Balæna*.

Ceu, Vid. *Tanquam*.

Chalybs] Nucleus, Acies ferri, *Plin.* Stomoma, *Matthiol.*

Chalybe firmare] Roborare chalybe, Trahere aciem, *Plin.* Acie ferrum temperare, *Id.*

Chaos] Confuſio temporum. Perturbatio vitæ. Conturbatio, Tempeſtas popularis. Fluctus concionum. Tenebræ Reip. Offuſa animis caligo. Procella. Turbidæ res. Turba, *Cic.* Vid. *Confuſio.*

Character] Signum pecori impreſſum, *Virg.* Quadrupedia charactere ſignari debent, *Col.* Stigmata ſaxorum, *Mart.*

Charitas] Pietas erga propinquos, &c. Patriæque benevolis officium, & diligens cultus, *Cic.* Affectus, *Quint.*

Charta] Scheda, *Mart.* Folium, *Iuv.*

Charta bibula] Tranſmittens literas, *Plin.*

Chartaria officina] Locum confecturæ chartarium, *Plin.*

Chartopæus] Chartarius, *Plin.* Chartopola. Chartoprates. Papyropola, *Bud.*

Charus] Hoc nihil charius, nihil antiquius habeo. Suavitatem filii apud me obtinet. Tanta eſt apud omnes tui charitas. Mellitus. In amore eſt mihi, *Cic.* Percharus alicui, *Tacit.* Oculiſſimus. Mellillus, *Plaut.* Oculis charior. Luce magis dilectus, *Er.* Quo nihil charius propenſiuſque quique æſtimantur, penduntur accuratè. Tota vita, *Plato.* Pro re cara, vitâ & animâ, *Ex Græc.* Ambobus oculis charior, *Catul.* Affectus pro his, qui magno affectu amantur, *Suet.*

Charybdis] Vorago, *Cic.* *Virg.* Gurges profundiſſimus, *Cicer.*

Chaſma] Nubium antrum, luciſque privata profunditas. Vaſtus hiatus, *Sen.* Cœli receſſus, *Id.* Chaſma & hiatus cœli, *Plin.* Hiatus terræ. Diſceſſus cœli, *Cic.* Chaſmatias, *Bud.* Labes, *Cic.*

Chaſmate perire] Haurire urbes terræ hiatibus, publicum malum eſt. Hiatus ſorbuit aliquid, *Plin.* Deſidere hiatu, *Val.* In ſubitam cavernam concidentis ſoli lapſus. Abduxit urbem, *Sen.* Dehiſcit alicui terra, *Virg.* Vid. *Deſidere.*

Digitized by Google

Chaſmaticus] Diſſipabilis & maximè cedens aër, *Cic.* Diffuſilis æther, *Lucr.*

Chiliarcha] Chiliarchus, *Bud.* Tribunus militiæ vel militaris, *Cic.* Legionarius dux. Præfectus alæ, *Suet.* Pro magiſtro equitum agens. Pro magiſtro equitum militem regens, *Amm.* Primipilus, *Cæſ. Liv.* Primopilus, *Manut.* Centurio primipili, *Liv.* Præſul militum, *Vopiſc.* Primipilarius, *Spart.*

Chimice] Chimica ars, *Card.* Alchimia, *Firm.* Argenti conficiendi ſcientia, *Col.* Chryſopœja, *Delrio*, Spagyria, *Paracelſ.*

Chimicus] Chimiſticæ facultatis magiſter, *Mattheol.* Chimiſta, *Scal.* Chryſopœjus, *Delrio.*

Chirographum] Cautio chirographi. Tabulis obſignatis mecum agis. Per ſingrapham credere, *Cic.* Cautio, *Abſol.* Tabulæ chirographi, & Tabulæ, *Abſol.* Ictis ex *Plaut.* Symbolus, *Plaut.*

Chirurgia] Iatraleptice, *Plin.* Unguentaria, *Dalecamp.*

Chirurgus] Vulnerarius, *Plin.* Iatraliptes, *Celſ.*

Choragus] Choroſtates. Chorodidaſcalus. Magiſter chori, *Bud.* Præſultor, *Cic. Liv.* Præſul, *Lucil.*

Chorda] Fides, *Cic.* Nervus, *id.* Nervia, *Var.* Filum, *Ovid.* Nervinus funis, *Veget.*

Chorea] Verſus, *Plaut.* Si iſthoc me verſu viceris, alio provocato. Saltatorius orbis, *Cic.* Ebrietatis comes, ſobrius nemo ſaltat. Chorus, *Virg.*

Choreas ducere] Choros exercere, agitare, *Virg.* Celebrare, *Sen.* Pedibus plaudere choreas. Indulgere choreis. In numerum ludunt Fauni, feræque, *Virg.* In numerum procedere, & mollia membra movere, *Lucr.* Orbes ſaltatorios vertere, *Arnob.* Saltare ad modos Tibicinis, *Quint.* Ad numeros ſe movere; non molliter ſe infringendo. Virilem in modum tripudiare, *Sen.* Saltitare, *Macrob.* Choros ducere, *Hor.* Saltare, *Cic.*

Chriſtianus] Chriſtianis ſacris imbutus. Qui Chriſto nomen dedit.

Chriſtianiſmus] Chriſtiana Reſpub. Res Chriſtiana.

Chriſtus] Unctus, *Lucr.* Horizon humanitatis & divinitatis.

tatis. Gigas geminæ ſubſtantiæ. Sequeſter Dei & hominum.

Chronicon] Chronica, *Plin.* Chronici libri, *Gell.* Annales, *Cic.* Annales, *Cic.* Annalium monumenta, *Id.*

Chronographia] Deſcriptio temporum, *Cic.*

Chronographus] Annalium ſcriptor, *Cic.* Chronologus.

Cibalis] Cibarius, *Macrob.* Eſcarius, *Plin.*

Cibare] Paſcere, *Virg.* Nutricari, *Cic.* De manu dare pabulum, i.e. domi paſcere, *Col.* Dapinare cibum alicui, *Plaut.*

Cibaria res] Edulium, *Varr.* Cibarium, *Sen.* Cibaria, *orum.* Annona macelli, *Cic.* Eſculentum, *Plin.* Commeatus & cibatus. Obſonatus, *Plaut.* Copiæ, *Val.* Edulitas, *Lamprid.*

Cibus] Cibatus hominis. Focula, *Plaut.* Eſca, *Cic.* Paſtus, *Plin.* Copiæ, *Apul.* Nutritia, *orum*, *Arnob.* Res cibi, pro cibo, *Bud.*

Cibus ſapidus] In menſarum honore eſt.

Cibus tenuis] Jejunium olet, *Adag.*

Cibus diurnus, vid. *Alimonia.*

Cicatricare] Seneſcunt vulnera, *Col.* Obducere cicatricem, *Cic.* Coit cicatrix, *Celſ.* Ducere cicatricem, *Liv.* Solidare nervos abſciſſos, *Plin.* Inducere citatricem vulneri, *Celſ.* Contrahit vulnerum cicatrices aliquid, *Plin.*

Cicatrix] Veſtigium plagæ, *Cic.* Obducta cicatrix, *Id.* Cicatricula, *Celſ.* Cæcum vulnus habes.

Ciconia] Concordia, *Juv.* Quæque ſalutato crepitat concordia nido, *Ovid.* Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro. Crotaliſtria. Avis hoſpita, peregrina. Pietatis cultrix. Exul hiemis. Titulus tepidi temporis, *Petron.*

Cicur] Manſuetus, *Cic.* Manſuefactus, *Plin.* Mitigatâ feritate beſtia. Mitigatum ferum pecus, *Col.* Manum patiens, *Virg.* Manſues urſa, *Apul.*

Cicurare] Traducere ex feritate ad manſuetudinem, *Cic.* Lenire leones, *Hor.* Manſuefacere, *Var.* Cicurem reddere, *Mart.* Pacare feras, *Claud.* Efferatam mitigare ſævitiem, *Val. Max.* vid. *Manſuefacere.*

Cicuratio] Tractatio belluarum, *Cic.*

Digitized by Google

Ciere] Agitare aliquid motibus, *Cic.* Conciere æſtum, *Lucr.* Solicitare aliquid de ſuis ſedibus, *Id.* Vegete aliquid motibus, *Var.*

Cilicium] Vela cilicia. Cilicina veſtis, *Plin.* Trichoria, *pl. Cal. Rhod.* Veſtis ex pilis confecta, *Hen. Steph.*

Cilo, vid. *Fronto.*

Cincinnatus, vid. *Calamiſtratus.*

Cincinnus] Cirrus, *Var.* Intorti capilli, *Mart.* Contortus crinis, *Sen.* Annuli comarum, *Mart.*

Cinefacere] In cinerem redigere, *Lucr.* In cinerem cremata purgamenta. Ad cinerem ambuſtus, *Plin.*

Cinereus] Cineraceus, *Plin.* Marinus color, *Col.* Leucopſeus, *Plin.*

Cingere] Præcingere, *Horat.* Succingere. Incingere, *Ovid.*

Cingere copiis, vid. *Obſidere.*

Cingula] Zonâ cinge uterum equi, *Claud.* Incingulum, *Non.*

Cingulum] Zona, *Mart.* Ceſtus, *Var.* Cinctus, *Plin.* Semicinctum (Zona ſemilata) *Petron.*

Cingulum bullatum] Balteus, *Virg.* Baltea, *pl. Liv.* Balteolus. Succingulum, *Iul. Cap.* Cingulum è corio bullatum, *Var.*

Ciniflo] Concinnator capillorum, *Col.* Cinerarius, *Val.*

Cinis] Lix, *cis*, (cinis foci) *Sipont.* Combuſtæ rei incombuſtibiles reliquiæ.

Cippus (1) *Lapis, cui appendebantur inſignia demortuorum*] Menſa ſuper tumulum. Summum ſepulchri, Collumellæ, *Cic.* Lapis memoriæ Othonis inſcriptus, *Suet.*

(2) *carceris genus*] Numella, Vinculum ligneum, caput & pedes ſtringens, *Non.* Area robuſta, *Feſt.* Codex robuſtus, *Plaut.* Soleæ ligneæ, *Cic.*

Circa] Circum tribus. Ob os. Cis Euphratem ad Caſtoris. (idem) *Cic.*

Circiter] Circiter tertiam vigiliam, *Apul.* Citra diem, *Suet.* Plus minus triginta, *Mart.* Quaſi ad quindecim, *Ter.* Inſtar quinque, *Col.* Aliquos viginti dies, i. e. circiter. Triduum non intereſt, *Plaut.* Circa vicies ſeſterciûm, *Suet.*

Ad quin-

Digitized by Google

Ad quindecim homines, *Cic.* Præterpropter, *Gell.* Facilè decem.

Circuire] Luſtrare, *Virg.* Obire provincias. Peragrare, *Id.* Obambulare urbem, *Plaut.* Circuitu ad aliquid pervenire, *Quint.*

Circuitio] Circuitio viarum, *Apul.* Ambages, *Virg.* Mæander, *Col.* Gyrus milvii in aëre, *Ovid.* vid. *Ambitio.*

Circulatio] Claudere, cingere indagine, *Plin. Iun.* vid. *Circumactio.*

Circulatim] In orbem, *Liv.* Orbiculatim, *Macrob.* Rotare aliquem more fundæ. In gyros ire coactus equus, *Ovid.* In turbinem verſari, *Sen.* Vertigine ambulat, *Iuv.* Zonatim, *Lucil.*

Circulator] Circumforaneus homo, *Gell. Suet.* Oſtentarius, *Macrob.* Nugivendus, *Plaut.* vid. *Impoſtor.*

Circulus] Sphæra, *Cic.* Rota ſolis, *Vitruv.* Orbis, *Cic.*

Circumcirca] Circumſecus, *Apul.* Omnia circà defecerunt, *Liv.*

Circumactio] Converſio annorum, menſium, *Cic.* Circumactus rotarum. Circulatio. Verſatio rotæ, *Vitr.* Verſura foliorum, *Var.* Vertigo rotarum, *Plin.* Converſus, *Macr.* Rotatio, *Diom.* Vid. *Revolutio.*

Circumagere] Æther ſtellas contorquet. Torſit in orbem Deus mundum, *Cic.* Verſare in orbem, *Id.* Rotare aliquid more fundæ, *Ovid.* Volvere orbem, *Liv.* Celeri volumine torquere, *Ovid.*

Circumcidere] Circum-ſecare, *Col.* Reſecare, Ponere ungues, *Horat.*

Circumciſio] Circumciſura membrorum. Circumcæſura, *Lucr.*

Circumciſus] Circumſectus, *Suet.* Apella, *Hor.* Curtus Judæus, *Id.* Recutitus, *Mart.*

Circumcurrere] Circumcurſare, *Ter.* Hâc, illac circumcurſa.

Circumdare] Circumdare aliquid, & alicui aliquid. Claudere, ex omni aditu clauſus. Intercludere fugam, aditum, viam. Circumcludere, *Cic.* Includere aliquem ſeptis, *Ovid.*

Digitized by Google

Circumire, circumvenire, circumſedere, circumretire, *Cic.* Circumfuſus conſul multitudine, & multitudo conſuli, circumvadere, circumſepire, circumjacere, vel circumjicere vallos. Succingere, ſeptus ab armis, *Liv.* Septus nebulâ, *Virg.* Obſident pericula, *Sen.* Percingere, *Col.* Circumcingere, *Sili.* Redimire, *Ovid.* Ambire, *Id.* Vallare armis, *Val. M.* Circumvallare, *Ter.* Circumfluere, *Var.* Circumgredi, *Tac.* Circumplecti, *Gell.* Obretire, *Lucr.*

Circumducere, ſtolidum] Naribus trahere. Ductare aliquem dolis, Fruſtra habere, *Plaut.* vid. *Contemnere.*

Circumfodere] Circumdare foſſulas arbori. Ablaqueare vineam, vites, *Col.* Excodicare vites, *Iſid.* Præducere foſſas, *Tacit.*

Circumfundere] Obſipare alicui aquulam. Offundere aquulam alicui, *Plaut.* Circumluere, *Liv.* Cingere amne, *Virg.*

Circumgelatus] Obductus gelu. Veſtitus gelu, *Claud.* vid. *Gelatus.*

Circumlinire] Oblinire, *Col.* Lutare. Delutare habitationem, *Cato.* Prælinire, *Gell.* Illinire crates parietum luto, *Plin.* Gypſare, *Petron.*

Circumloqui] Circuitione uti, *Ter.* Pluribus verbis explicare, quod paucioribus dici poteſt, *Quint.*

Circumlocutio] Periphraſis. Circuitus loquendi, *Quint.*

Circumluere] Cingit urbem fluvius, *Caſ.* Cingitur amni urbs, *Virg.*

Circummunire ſe] Induere ſe vallis, *Caſ.* vid. *Vallare.*

Circumponere] Circumaggerare, *Plin.* Opimare menſam agreſtibus, *Vopiſc.* Aggerare, *Plaut.* Suffarcinare, *Apul.*

Circumſepire, vid. *Sepire,*

Circumſpectè, vid. *Cautè.*

Circumſpectus] Capreâ oculatior. Oculatiſſimus. Oculatus ad omnia. Oculatus à fronte ſimul & occipitio. Oculatior Argo. Dormiens vigilat, *Er.*

Circumſpectè agendum] Gubernatorem prudentem nox terret.

Circumſpicere] Circumferre oculos, *Liv.* Circumaſpicere, *Plin.* Ad omnem ſtrepitum circumagenda cervix, *Sen.*

Retro-

Retroſpicere. Retorquere oculos. Referre aſpectum in curiam, *Cic.* Reflectere viſum, *Valer.*

Circumſtare] Circumſiſtere aliquem, *Cæſ.* Ingenti turbâ circumdatus, *Prop.* Circumfudêre Dianam Nymphæ. Turba latus cingit, *Ovid.* Rarâ muros cinxêre coronâ, *Virg.* Stipare, *Cic.* Circumſtipare, *Claud.*

Circumſuere] Obſuere, *Ovid.* Præſuere, *Plin.*

Circumtegere] Obtegere, *Cic.* Circumveſtitur arbor, *Plin.* Conveſtiuntur herbis prata, *Cic.*

Circumtexere] Obtexere, *Plin.* Sirpo dolia quaſſa, *Varr.* i. e. *Colliga.*

Circumvolvere] Circumplicare, *Cic.* Coronæ in modum circumdare, *Col.*

Circus] Orbis. Ambitus rotundus. Planities rotunda, *Cic.* Circumferentia, *Apul.* Corona, *Virg.* Circumflexus ambiens, *Plin.* Linea circumcurrens, *Quint.*

Citare aliquem] Vocare in jus, judicium. Accerſere aliquem capitis. Arceſſere judicio, in judicium. Perſequi aliquem judicio. Poſtulare de repetundis. Dare, & dicere diem alicui, *Cic.* Rapere in jus, *Plaut.* Convenire aliquem, *Vlp.* Convenire in jus, *Plaut.* Poſtulare repetundarum, *Suet.*

Citatio] Vocatio in jus, judicium, *Gell. Bud.*

Cithara] Chelys, *Sen.* Teſtudo, *Cic. Hor.* Cava teſtudo, *Virg.* Fides, *Feſt.* Barbitus, *Hor.* Barbitos, *Ovid.* Barbiton, *Auſon.* Cinyra, *Lorin.*

Citharœdus] Cithariſta, *Cic.* Chorocithariſta. Pſallocithariſta, *Suet.* Cithariſtria, *Ter.*

Citò] Citis quadrigis. Jovis quadrigis. Citiùs cogitari. Citiùs, quàm aſparagi coquantur. Dicto citiùs, *Liv.* Ventis remiſque, *Cic.* Dictum factum, *Ter.* Quàm ocyſſimè, *Id.* Quadrigis albis. Quàm primùm. vid. *Celeriter.*

Cito efficere] Manus Briarei injicere.

Citra] Abſque me, te, illo, &c. Sine rivali. Expers conſilii, *Cic.* Otioſus à metu. Seorſum animâ nec aures, nec pedes eſſe poteſt. Seorſum corpore toto nequit ullam rem deſpicere oculus, *Lucr.* Orbis pedum, *Id.* Defectus aliquâ

re, *Plin.* Viduata loca pruinis, *Virg.* Viduus pharetrâ, *Horat.*

Citra delictum] Clauſis oculis aliquid agere, *Ter.*

Citra laborem nihil fit] Lutum niſi tundatur, non fit teſta, *Abſque labore gravi non poſſunt multa parari.* Qui vitat molam, vitat & farinam.

Cives] Corpus Civitatis, *Liv.*

Civilis, Vid. *Moratus.*

Civilitas] Morum elegantia, *Tacit.* Morum ſuavitas, *Paterc.* Mores humaniſſimi, ſuaviſſimi, Commodi. Urbanitas, *Cic.* Mores gratiſſimi, modeſtiſſimi, *Id.*

Civis] Oppidanus, *Caeſ.* Urbanus, *Cic.* Municeps, *Iuv.* Civis adventitius.

Civis illegitimus] Furatus civitatem. Qui irrepſit in cenſum civitatis. Qui imprudenter ſurripuit civitatem, *Cic.* Peregrinitatis reus, *Suet.* Eſſe pro cive, qui non ſit civis, non licere ait, *Cic.*

Civitas] Aſtu, *τὸ ἄστυ, accuſ.* utitur, *Ter in aſtu venit.* Urbs, *Cic.* Municipium, *Plin.* Corpus civitatis, *Liv.*

Civitate donare] Adſcribere in civitatem, civitati. Compotem facere civitatis. Civitati recipere. Aſciſcere civem. Aliquem in civitate legibus conſtituere, *Cic.* Communicare cum aliquo civitatem, *Liv.*

Clades] Calamitas, *Cic.* Internecio. Occidio. Strages, *Liv.* Deletio exercitus ad unum, *Lucil.* Internecinum bellum, *Liv. Plin.* Populi fugia, *Macrob.*

Clam] Clam me. Me inſciente, *Plaut.* Inconſciis aliis, *Liv.* Clanculum patrem facere aliquid, *Ter.* Inſciô & inconſultô Dominô, *Varro.* In angulo. Sub tunicâ & ſinu, *Tertull.* Vid. *Occultè.*

Clamare] Tollere clamorem. Clamitare. Facere clamores. Clamorem edere. Voce contendere, *Cic.* Perſonant clamoribus tecta, *Plin.* Lacerat diem loquens, *Plaut.* Vocem tollere, *Lucr.* Attollere vocem, *Sen.* Tragœdias agere, excitare. Latrare. Bacchari, *Cic.* Vociferari, *Id.* Vociferare, *Var.*

Clamator] Proclamator, *Cic.* Stentore clamoſior. Stentorea vox, *Et.*

Digitized by Google

Clamor] Contentio vocis. Exclamatio acuta. Vociferatio, *Cic.* Vociferatus, *Plin.*

Clamitatio] *Plaut.* Intentio vocis, *Quint.* Jubilatio, *Apul.*

Clamoſus] Acutus & excitatus ſonus. Clamatorius, *Cic.* Clamoſus altercator, *Quint.* Argutus olor. Arguta fiſtula, *Virg.* Querulus, *Hor.* Tumultuoſus, *Plaut.* Orthium carmen, *Gell.* Subtiliſſima vox, *Id.* Ejulabilis plangor, *Apul.*

Clancularius] Umbraticus homo, *Plant.* Umbratica turba, *Sen.* Umbratilis vita. Clandeſtinum colloquium. Furtivum iter. Lucifugus, *Cic.* Timidus lucis, *Sen.*

Clarâ vocè] Voce contentâ, exſertâ, ſummâ, *Cic.* Vid. *Sonorè.*

Clarè] Liquidò, liquidius, dilucidè, perſpicuè, planè explicare aliquid. Explanatiùs luculentè, *Cic.* Illuſtriſſimè deſcribere. Demonſtrativè, *Macrob.* Expoſitè, *Gell.* Nudè, *Sipont.* Sole clariùs. Laternâ magis perlucidus, *Er.*

Clareſcere] Effulſit ſol in nubes. Dilucere, *Liv.* Elucidare lumen, *Cic.* Exſplendere, *Plin.*

Claritas] Candentia Lunæ. Prominentia in picturis. Eminentia, *Vitr.* Claror, *Plaut.* Fulgor, *Cic.* Claritudo, *Feſt.*

Clarus] Splendidus. Candidus candor. Purus aër, *Cic.* Claror merus. Luculentus dies, *Plaut.* Illuſtris nox. Prænitens Luna. Prælucidus candore lunæ circulus. Occulatiſſimus locus, *Plin.* Liquidum lumen. Liquidiſſima cœli tempeſtas, *Lucr.* Pura luna, *Celſ.* Veri luminis purpura, *Trebel.* Inſolatus dies, *Colum.* Oculata dies, *Plaut.* Lucida gemma, *Ovid.* Percandidus, *Celſ.*

Claſsicum certamen] Navalis pugna. Navale bellum, *Cic.* Navale prælium, *Plin.* Naumachia, *Mart.*

Claſsicum canere] Bellicum canere, *Cic.* Signum dare buccinâ, *Curt.* Inflare claſſicum, *Virg.* Convocatur claſſicô exercitus ad concionem, concrepantibus lituis. Proceſſui canere, *Amm.* Inſonant tubæ, *Lucan.* Claſſicum ſonat, *Seneca.*

Claſsis navium] Caſtra navalia, *Cæſ.* Navales copiæ, *Tacit.* Disjecta claſſis toto æquore, *Virg.*

Claudere] Adducere oſtium cellæ, *Petron.* Obſcrare oſtium.

Digitized by Google

ſtium. Objicere fores portæ, *Ter.* Obtrudere fores, *Plaut.* Operire oſtium, *Ter.* Occludere, Oppilare, *Cic.*

Claudicare] Alternum facere pedem, *Stat.*

Claudus utroque pede] Neutro pede utilis, *Plin.* Cleppus, *Scal.*

Clava] Sparus, *Saluſt. Virg.* Sparum, *Lucil.* Mateola, *Caton.*

Clavis] Dens. Reſerare fores dente, *Tibul.*

Clavis falſa] Clavis adultera, *Ovid.* Adulterina, *Taub.* Clavis Laconica, *Id. ex Plaut.*

Clauſtrum (1) i.e. *Sera*] Clauſtrum Januæ, *Catul.* Cloſtrum, *Cat. ant.* Serraculum *Palem. IC.* Cloſtellum, *Petron.*

Clauſtrum] (2) Cœnobium, *Gell.* Monaſterium, *Philon.* Aſceterium, *in Cod.*

Clauſtrum virginale] Parthenon. Gynæceum ſacrum, *Bud.* Sacrarum virginum collegium. Cœnobium virginum, *Iſid.*

Clauſula] Exitus. Determinatio orationis Epilogus. Peroratio. Extrema oratio, *Cic.* Coronis, *Mart.* Colophon, *Feſt.*

Clauſulam impono, Vid. *Abſolvere.*

Clauſus] Incluſus, Concluſus, *Cic.* Clauſa domorum, *Lucr.* Intracluſus, *Aggen.*

Clavus] Clavulus, *Var.* Claviculus, *Sipont.*

Clemens] Æquum & bonum amans, ſequens. Juſtus, *Ter.* Æqualem tenet juris rationem. Æquabilis in ſuos, *Tacit.* Æquabilem ſe præbet, *Cic.* Incruentus Princeps, *Amm.*

Clementer] Benevolè. Benignè. Benigniſſimè. Cum bonâ gratiâ. Amabiliter in aliquem cogitare, *Cic.* Indulgenter. Placidè, *Liv.* Indulgentiſſimè. Humanè, *Sen.* Dignanter, *Vopiſc.* Placido vultu, *Prop.*

Clementia] Facilitas. Placabilitas. Indulgentia. Lenitas. Manſuetudo imperii, Æquitas, *Cic.* Benignitas, *Plaut.* Semper-lenitas, *Terent.*

Clericus] Initiatus ſacris, *Iun.* Qui eſt in clero, *Tertul.*

Clerus, collegium Clericorum] Res Clerica & Eccleſiaſtica. Jus ſacroſancti capitis, *Bud.*

Cliens alicujus] Clienta, *Plaut.* Qui in fide & clientelâ eſt. *Cic.* Sub umbrâ alicujus diliteſcens. Commendatus in clientelam, *Cic.*

Clien-

Digitized by Google

Clientela] Clientela, *Cic.* Curatio, *Vlp.*

Clima] Ora, *Cic.* Inclinatio, *Vitr.* Declinatio, *Col.* Devergentia, *Gell.* Segmenta mundi, terrarum, *Plin.*

Clitellæ] Sagmata aſinorum, *Scal.*

Clitellarius equus] Dorſuarius, *Var.* Sarçinarius, *Caſ.* Sagmarius, *Rhod.*

Clivus] Jugum montis, *Virg.* Declivitas montis, *Sipont.* Pes montis, *Iun.* Radix montis, *Caſ.* Acclivitas, *Id.* Proclivitas. Proclive, *Cic.*

Cloaca publica] Forica, *Iuv.* Aumarium, *Petron.* Automatium, *Gotfred.*

Cloaca domeſtica] Latrina, *Apul.* Sella familiarica, *Var.* Sella familiæ, *Cat.* Quo ſaturi ire ſolent, *Plaut.* Seceſſus, *Iſid.* Culina, *Petr.* Cloacula, *Lampr.*

Clunes] Sedes, *Plin.* Poſtica pars corporis, *Lucil.* Poſticum, *Arnob.* Poſteriora, *Ovid.*

Clypeus] Umbo, *Liv.* Pectorale militum, *Plin.* Phalanx. Parma, *Caſ.*

Clyſter] Clyſmus acris, *Scrib.*

Clyſterum adhibere] Ab inferiore parte alvum evocare, *Celſ.* Cremorem in alvum inferiorem indere, *Id.* Clyſtere purgari, *Caſ.*

Coactio] Neceſſitas. Coactus, *Cic.* Adactio ad aliquid, *Liv.*

Coactus fecit] Vi ac neceſſitate, metu ac malo coactus, *Cic.* Expreſſit hoc neceſſitas patribus. Per ultimam neceſſitatem, *Liv.* Ex neceſſitate facere, *Id.*

Coadunare] Redigere in unum. Provinciæ aliquot uno imperio conjunctæ, *Cic.* Vid. *Adunatio.*

Coaquare] Adæquare virtutem cum fortunâ. Exæquare omnia. Paria in utramque partem reddere omnia. Infima ſummis paria facere, *Cic.* Componere dicta cum factis, *Saluſt.*

Coagmentare] Concorporare, *Plin.* Coadunare ſtatuæ brachium, Conſolidare, *Vlp.*

Coagulare] Cogere lac in duritiem. Contrahere lac, *Plin.* Congelare, *Col.*

Coagulari] Spiſſatur lac igni, *Plin.* Glaciat unguentum, *Id.*

Coit

Digitized by Google

Coit ſanguis, *Virg.* In denſitatem coit, *Plin.* Concreſcit, *Lucr.*

Coagulatum lac] Coactum lac, *Ovid.* Spiſſatum, *Plin.*

Coaleſcere] Implicantur inter radices, & unitatem faciunt, *Col.* Concorporari, *Plin.* Concreſcere, *Lucr.*

Coarctare] In arctum cogere. Claudere, *Cic.* Vid. *Anguſtare.*

Coaxare] Quoaxare. Quaxare, *Feſt.* Quaſſare, *Scal.*

Cochlea] Strombus pluviatilis, *Geſner.* Limax, *Plin.*

Cochleæ concha] Domus cochleæ. Calix cochleæ. Teſta limacis, *Plin.*

Cocles] Unoculus, *Plaut.* Monoculus, *Firm.* Luſcus, *Cic.* Defioculus, *Mart.* Oculum perſolum habet, *Id.* De cœlitum proſapiâ eſt, *Plaut.*

Coctus, Vid. *Elixus.*

Cœlebs] Exſors matrimonii, *Plin.* Nuptiarum expers. Litibus carens homo. Extra conjugium vivens.

Cœlibatus jucundus] Libero lecto nihil jucundius.

Cœlum] Altiſſimum domicilium. Orbis cœleſtis extimus. *Cic.* Polus. Olympus, *Virg.* Æther, *Ovid.* Altum, *Lucr.* Lucida templa cœli. Mœnia mundi. Cœleſtium templa, *Lucr.*

Cœleſtis] Supera & cœleſtia cogitare. Æthereus locus, *Cic.* Cœlitibus regnis pulſus, *Ovid.*

Cœlites] Superi. Concilium cœleſtium, *Cic.* Cœlicolæ. Divi indigetes, *Virg.*

Cœlitus] Divinitus. De cœlo de lapſus, *Lucr.*

Cœna lauta] Cœna deorum. Ambroſia & Nectar.

Cœna frugalis] Cœna ſine ſanguine, *Diphil.* Cœna terreſtris, Cynica, *Petron.* Dapes inemptæ, *Hor.*

In cœna] Sub horam cœnæ.

Cœnaculum] Cœnatio, *Col.* Tabulinum, *Varr.* Diæta ſeu Cœnatiuncula, *Plin. Iun.* Zeta, *Lampr.* Sigma, *Mart.* Diætula, *Plin. Iun.* Zeticula, *Rhod. Hormil.*

Cœpi, Vid. *Incipere.*

Cœnoſus, Vid. *Lutoſus.*

Cœpta non deſerenda] Ante myſteria diſcedere. Filum neviſti, & acu opus eſt.

Cœpta

Digitized by Google

Cœpta deſerere] Infecta ſacra relinquere. Incepta fila relinquere, *Ovid.*

Cœpta alterius perficere] Hic telam texuit, alter deduxit.

Coërcere] Comprimere impetum. Reprimere furorem. Inhibere aliquem. Frenare. Injicere frenos. Refrenare licentiam. Moderari iræ, *Cic.* Frangere furorem, *Id.* Compeſcere, *Ovid.* Vid. *Cohibere.*

Coërcitio] Cohibitio, *Cic.* Refrenatio, *Sen.* Coërctio alicujus, *Celſ.*

Cœtus] Corona. Congregatio. Concilium. Conſeſſus. Frequentia virorum. Panegyris, Celebritas. Concio, Circulus hominum. Chorus juventutis, *Cic.* Corpus, *Liv.*

Cogere] Adigere. Subigere aliquem, *Plaut.* Compellare ad. Jungere neceſſitatem, *Plin. Iun.* Afferre neceſſitatem, *Vim.* Vi cogere, *Cic.* Capillis trahere, *Plaut.*

Cogitabundus] Defixus in cogitatione, Altius aliquid cogitans, *Cic.* Cogitationibus magnis attonitus, *Amm.*

Cogitare] Cogitare ſaxa & montes. Verſare mente. Cogitatione complecti. Conquirere. Inſidet mihi cogitatio. Injecta eſt mihi cogitatio de. Suſcipere cogitationem, quiddam, *&c.* Obverſatur animo ſpecies. Animus eſt in hortis, in patinis, Commentari aliquid ſecum. Meditor mecum ipſe. Mente contrectare, complecti. Ratione animoque luſtrare, *Cic.* Cogito in animo, *Ter.* Cogitationes volvere. Animum cogitationibus volutare, *Liv.* Agitare aliquid cum animo, *Saluſt.* Immorari cogitationibus, *Plin.* Figere mentem in aliquâ re.

Cogitavi idem] Meum mihi narras ſomnium.

Cogitatè, vid. *Præmeditatè. Conſultò.*

Cogitatio] Motus cogitatione celeriter agitatus. Commentatio. Mentis agitatio. Mentis ſenſus. Animi ſenſus & motus. Sermo intimus. Meditatio, *Cic.* Meditamentum, *Tacit.* Animus, *Ter.* ut, Advertere animum.

Cogitationes variæ] Aliam rem ex alia cogito, *Ter.* Animum huc, illuc verſo, *Virg.*

Cogitationes alterius nemo novit] Cogitationis pœnam nemo patitur.

Cogna-

Digitized by Google

Cognatio] Gentilitas. Neceſſitudo liberorum fraterna. Germanitas, *Cic.* Neceſſitas, *Gell.* Propinquitas, *Caſ.* Parentela, *Iul. Cap.*

Cognatus] Attingit me neceſſitudine, cognatione. Eſt illi conjunctus propinquitate, Gentilis alicui, *Cic.* Contingit propinquitatem regiam, *Liv.* Cognatus ſanguis, *Virg.* Charitate ſanguinis ſociati, *Amm.* Arctiſſimo contingere gradu, *Suet.*

Cognatis abundans] Cognatione ampliſſimâ homo, *Cic.* Pollens genus. Factioſus, *Plaut.*

Cognitio] Perſpicientia veri, Agnitio alicujus rei, *Cic.*

Cognitus, vid. *Notus.*

Cognomen] Agnomen, *Caſ. Ovid.* Eſſe cognominis alicujus, *Plin.*

Cognoſcere] Venit aliquid in cognitionem meam, *Quint.* Primùm in notitiam venit, *Plin.* Aſſequi. Tum primùm noſcuntur partes philoſophiæ, cùm &c. *Cic.*

Cognoſcere leviter] De facie noſſe.

Cohabitare] Pariter habitare, *Var.* Unà habitare. Commanere, *Macr.*

Cohærentia] Concatenatio laborum. Continentia. Continuatio Regionum, *Macr.* Compactio membrorum. Colligatio. Copulatio rerum, *Cic.* Junctura artis latens, *Plin.* Conſortio, *Arnob.* Compoſitura, *Lucr.*

Cohærere] Congruere. Quadrare, *Cic.*

Cohibere] Reprimere ſe à. Reprimere iracundiam. Revocare, & Reflectere animum, ad ulciſcendum incitatum. Contrahere vela. Adducere habenas. Tenere iracundiam. Remittere ſpiritum aculeorum plenum. Comprimere manum. Sedare iram. Iræ moderans & ori. Iracundiam dimittere. Injicere frenos, *Cic.* Reſponſare cupidinibus, *Hor.* Supprimere iram, *Ovid.* Comprimere ſe. Vincere animum, *Plaut.* Temperare ſibi, manibus, *Liv.*

Cohibitio, vid. *Coërcit.*

Cohors militum] Globus virûm. Manus juvenum ardens, *Virg.* Ordo. Cohorticula, *Cic.*

Colaphus, vid. *Alapa.*

Cola-

Colaphizare] Infligere, Infringere alicui colaphum. Incutere, *Iuv.* Porrectâ palmâ ferire. Ducere colaphum, *Plaut.*

Colare] Exprimere per linteum. Sacco frangere, Caſtrare vina, *Plin.* Liquare vinum, *Col.* Tranſcolare. Defæcare, *Lucr.* Cernere percribrum. Percolare, *Cat.*

Colere aliquem] Advenerari, *Sil.* Percolere honore, *Tacit.* Devenerari, *Ovid.* Vid. *Honorare.* Ornare.

Collabaſcere] Collabi, *Ovid.* Collabeſcere, *Lucr.* Collabefieri, *Cæſ.* Prolabi, *Liv.* Labi, *Cic.* Procidere, *Hor.* Procumbere, *Liv.* Submiſſi petimus terram. Decidunt turres caſu, *Hor.* Vid. *Cadere.*

Collateralis] Laterarius, *Vitruv.*

Collatio] Collecta, *Var.* Symbola, *Plaut.*

Collaudare, vid. *Dilaudare.*

Collectaneus] Collectitius exercitus, *Cic.* Collatitia inſtrumenta, *Sen.*

Collega] Contubernalis in conſulatu, *Cic.*

Collegium] Curia, *Plaut.* Corpora omnium omnino artium, *Lampr.* Sodalitium, Sodalitas, *Cic.* Corona. Cœtus ſenatorum, *Sen.*

Collidere] Confligunt agmine, *Claud.* Complodere manus. Arietantur inter ſe tela, *Sen.* Concrepare digitis, *Cic.*

Colligare] Connectere nodum. Copulando jungere. Conſtringere catenis, *Cic.* Colligere in faſciculos, *Plin.* Anſis ferreis vincire, *Vitruv.* Fibulâ conjungere, *Id.* Cohibere crinem nodo, *Ovid.* Circumplectere, *Cat.* Fibulare, *Col.*

Colligere] Libare ex omnibus excellentiſſima quæque. Conficere pecuniam, *Cic.* Cogere undique auxilia, *Virg.* Contrahere. Legere ſpolia, *Liv.* Recolligere ova, *Col.*

Colligere ſe] Colligere animum, *Liv.* Sumere animos, *Ovid.* Sumere confidentiam, *Plaut.* Colligere ſe ex timore, *Cæſ.*

Collimare] Collineare haſtam aliquò. Intendere machinam. Petere caput alicujus. Vulnerabant, quem locum deſtinâſſent, *Cic.* Dirigere ſpiculum, *Ovid.* Dirigere ad metam, *Var.* Id ſemper feriet, quodcunque minabitur arcus, *Hor.* Perlibrare jaculum ad aliquid, *Stat.*

Collima-

Digitized by Google

Collimatio] Directio lineæ. Temperatura balliſtarum, Scorpionum, Catapultarum. Libratio, & Perlibratio, *Vitruv.*

Colliquefacere, vid. *Liquare.*

Colliquefieri, vid. *Liquefieri.*

Collis] Colliculus, *Mart.* Tumulus civitatis excellens. Globus terræ leviter eminens, *Cic.* Dorſuoſa prominentia, *Id.* Verruca, *Gell.* ex *Lat.* Grumus, *Non.*

Collocare, vid. *Locare.*

Colloqui cum aliquo] Colloquium cum aliquo facere. Sermonem conferre, habere, facere, inſtituere. Fit ſermo inter nos. Sermo mihi eſt cum aliquo, de. Communicare cum aliquo de. Communicare ſermones. Frui ſermone alicujus. Sermocinari cum aliquo de aliquâ re, *Cic.* Serere cum aliquo colloquium. Rem agitare ſermonibus, *Liv.* Copulare cum aliquo ſermonem, *Plaut.* Cædere ſermonem, *Ter.* Viam ſermone levabant, *Virg.* Variare cœnulam ſermone. Verba commutare, *Varr.* Confabulari aliquid cum aliquo. Fabulari, conferre, *Plaut.*

Colloquium] Sermo, Sermonis communicatio cum aliquo. Præclara Synodia, *Cic.* Communio ſermonis, *Suet.* Commercia linguæ, *Lucr.* vid. *Dialogus.*

Colluctari, vid. *Luctari.*

Colludere cum aliquo] Colluſoriè agere, Litigare, *Vlp.* Prævaricatorem ſibi apponere, *Bud.*

Colluſio] Compactum, *Suet.* Pactio, *Cic.* Colludium actionum in judicio, *Amm.* Prævaricatio, *Bud.*

Colluvies] Confluvium, *Sipont.* Confluentia, *Macrob.* Purgamentorum receptaculum, *Liv.* Eluvies, *Plin.* Illuvies, *Varr.*

Collybiſta] Argyrognomon (i e. pecuniæ ſpectator) *Bud.* Pecuniæ venditor, *Id.* Campſoria.

Collybus] Cambium, *Levin.*

Coloniam inſtituere] Occupare, Complere coloniis aliquam regionem. Deducere colonos aliquò. Collocare in aliqua civitate colonos. Colonorum numerum in aliquam civitatem ſcribere. Mittere in coloniam. Aſſignare novos colo-

Digitized by Google

colonos. Dare, dividere agrum novis colonis. Collocare in aliquo loco novos colonos. Inſtituere civitatem, *Cic.* Coloniam in agro ponere, *Liv.*

Color dilutus] Color lentus, ſurdus, obſoletus, languidus, *Plin.*

Color floridus] Color ſuavis, *Cic.* Color ſatur, *Virg.* Color vivus, *Mart.*

Color purpureus] Color diffuſus ſanguine. Rubor, *Cic.* Rubor in malis, *Plin.* Candor purpureo ſanguine diffuſus, *Stat.* Verecundus color, *Hor.* Sanguinolentus color, *Ovid.*

Colore ambiguo] Inclinans ad luteum colorem. Langueſcente colore in ſuſpectu refulgens. Candicans è ruſo, Color violas ſentiens, *Plin.* Albicans ex rutilo. Ex auro flavus. Ex aureolo varius, *Col.* Viridis communicatio coloris cum, *Plin.* Ambiguo colore nitens, *Amm.*

Colorem mutare] Non conſtat ei color, *Liv.* Errant varii colores in vultu, *Virg.* In varios colores tranſire. Trahit colorem croci. Deſcendit ad &c. *Plin.* Variat ſol ortum maculis, *Virg.* Migrare in alius colorem, *Lucr.*

Colorare] Colorem inducere, *Vitr.* Inficere colore, *Plin.* Tingere, *Mart.* Fricare lanam, *Virg.* Sufficere lanam, *Cic.* Rutilare comam, *Amm.*

Coloratus] Tinctus, *Ovid.* Contactus colore croci, *Lucr.* Colorea veſtis, *Cauſab.* Colorius, Metiens colorem, *Virg.* Suffecta ſole nubes, *Sen.* Infectus, *Plin.* Fucatus, *Virg.*

Coloſſus] Statua coloſſea, *Spart.* Coloſſicum ſignum, Coloſſeus Nero, *Plin.*

Colum, vid. *Qualus.*

Columbus ferus] Columba agreſtis & ſaxatilis, *Var.* Turricola, *Scal.* Venago, *Gaz.*

Columbarium] Columbaria, *orum*, *Varr.* Latibula columbarum, *Id.*

Columna in ædificiis] Tibicen, *Iuv.* Pila, *Plin.*

Coma] Capillamentum, *Suet.* Coma plicata, nexa. Subtilia & textilia capillamenta, *Ter.* Cæſaries, *Serv.* Frontis tegumentum, *Athen.* Capilli, *Cic.* Capillitium, *Apul.*

Comam alere] Promittere barbam, *Tacit.* Submittere, *Sen.* Paſcere crinem, *Virg.*

Combibo] Compotor alicujus, *Cic.* Compotrix, *Ter.*

Comburere] Scripta uſtulanda lignis infelicibus da tardipedi Deo, i.e. Vulcano, *Catull.* Concremare igni. Cinefacere, *Lucr.* Exurere puppes, *Virg.* Deurere vicos, *Liv.* Vulcano tradere.

Comburi] In cinerem crematus. Ad cinerem ambuſtus, *Plin.* Cinefactus, *Lucr.* Deflagrare. Deflagrare incendio, ardore, flammâ. Conflagrare, flammâ, *Cic.* Conſumi incendio. Hauſit multos flamma, *Liv.* Hauſtus igni, *Tacit.* Abiit in flammas, *Ovid.* Conſedit in ignes, *Virg.* Conflagratæ ſunt naves, *Vitruv.*

Combuſtio] Exuſtio. *Cic.*

Comedere] Conſumere, *Cic.* Commanducare, *Plin.* Comeſum, epotum, exunctum, elotum, &c. Feciſti prandio, *Plaut.* Epaſci, *Ovid.*

Comedo] Heluo, *Cic.* Catillo, *Feſt.* Gluto, *Perſ.* Glutus, *Scal.* Lurco, *Plaut.* Lurcones capacis gulæ homines. Venter, *Lucil.* Rapo, *Ulp.* Comeſtor viſcerum. Devorator, *Var.* Mando. Phago, *Id.* Barathrum, macello. Gurges atque heluo, natus abdomini ſuo. Patinarius, *Suet.* Quaſi lupus eſuriens, *Plaut.* Homo profundæ & intempeſtivæ ac ſordidæ gulæ, *Suet.* vid. *Edax.*

Comes] Comes itineris, *Cic.*

Comes jucundus] Facundus comes in via pro vehiculo eſt.

Comeſſari] Propinari, *Jul. Cap.* Vacare epulis. Indulgere abdomini, *Suet.* Obſonare pollucibiliter, *Plaut.* Convivia ſumptuoſa apparare, *Mart.* Convivia lauta, ſumptuoſa de die facere, *Catul.* Cùm funereis illis epulis ſepeliiſſet, quaſi ſibi parentaret, *Sen.* Non convivantur, ſed juſta ſibi faciunt, *Id.*

Comeſſatio] Heluatio. Intempeſtivum convivium, *Cic.* Tripatinum, ſumma cœnarum lautitia, *Feneſtel.* Epulas trifariam ſemper, interdum & quadrifariam diſpartiebat, in jentacula, prandia, cœnas, & comeſſationes, *Suet.* in *Vitel.*

Comeſſa-

Digitized by Google

Comeſſator] Popino, *Suet.* Natta, (& nacca) diſcinctus, *Perſ.* Tabernarius, *Apul.* Mapalia, *Sen.* Mera mapalia feciſtis, i. diſſolutè vixiſtis, Lurco, *Plaut.* Aſotus, *Cic.* Luſtro, *Næv.* vid. *Comedo.*

Cometa] Crinita ſtella, *Cic.* Stella comans, *Ovid.* Stellæ cincinnatæ, magnarum calamitatum prænuntiæ, *Cic.* Flamma comas imitata, tenueſque capillos, *Manl.* Regnorum everſor rubuit letale cometes, *Lucan.* Crinemque timendi ſideris, & terris mutantem regna cometem, *Val. Argon.* Ferales calamitatum nuntii, Regnorumque everſores horrifici.

Comicus] Scenicus artifex, *Cic.* Scenilis, *Lucr.*

Cominus] Ad pila ubi ventum eſt. Propè intueri, *Cic.* De proximo, *Plaut.* Ex vicino, *Col.* E proximo, *Plaut.* Ad manum intueri, *Vitr.* De prope, *apud Ier.*

Comis] Nemo Catone commodior, nemo comior fuit. Commodis moribus homo, *Cic.* Liquidus homo. Liquidiuſculus quàm ventus Favonius, *Plaut.* Liquidus animus, *Id.* Oleo tranquillior, *Er.*

Comitari] Comitem ſe præbere. Proſequi. Ornare frequentiâ egreſſum alicujus. Deducere in domum, *Cic.* Ire ad latus. Comitari iter alicujus, *Virg.*

Comitas] Facilitas. Popularitas. Humanitas. Affabilitas. Benignitas, *Er.*

Comitatus] Commeatus, cuneatim ſtipatus, *Apul.*

Comitatus, a, um] Benè comitatus conſcendit. Magno comitatu, *Cic.* Uno puero ſum comitatior, *Id.*

Comiter] Blandè, *Ter.* Perblandè, *Mart.* Benigniùs. Perbenigne. Suaviter reſpondere, *Cic.* Leniter. Placidè accepta oratio, *Liv.* Affabiliter, *Macrob.* Affabiliſſimè, *Gell.* Placabiliter, *Id.* Mitiùs, *Ovid.* Mitiſſimè, *Cæſ.* Molliter. Molli brachio, Manſuetè, Indulgenter. Civiliter, *Cic.*

Comitia] Deorum concio. Comitiatus. Concilium, *Cic.*

Comitia habere] Concilium habere. Comitia gerere, facere, obire, peragere, *Cic.*

Commeatus] Æſopicum onus. Pabulum, *Tac.* Conditaorum. Annonaria proviſio, *Spart.*

Commemorare, vid. *Memorare*.

Commendabilis] Habet commendationem, *Cic.*

Commendare aliquid] Commendare aliquem alicui diligentiſſimè. Commendationem facere. Me, & meos commendatos habe, vel habebis. Omnibus rebus eos habeas à me commendatiſſimos Tibi omnia commendatiſſima eſſe cupio. Munus augere verbis. Rem laudando augere. Commendare aliquem alicui de meliori notâ, *Cic.* Ornare verbis munus, *Ter.* Inſinuare aliquem alicui, *Suet.* Lenocinari, *Plin. Iun.*

Commendare malè] Colorare in pejus. Vertere aliquid in pejorem partem, *Cic.* Vertere in crimen, *Liv.* Mittere aliquem in ſermones & fabulas, *Quint.* In deterius augere, *Tacit.* Inſimulans homines fraudandi cauſa diſceſſiſſe, *Cic.*

Commentarius] Libellus memorialis, Diurni commentarii. Ephemeris, *Suet.* Libri liturarii, *Auſon.* Scholion, *Cic.*

Commentator] Interpres rerum obſcurarum. Explanator. Explicator, *Cic.* Paraphraſtes, *Gell.* Scholiaſtes. Gloſſematicus, *Cæl. Rhod.*

Commentitius] Res fictæ & adumbratæ. Simulatus. Fucatus, quæſitus, *Cic.* Imaginarius, *Liv.*

Commentum] Ingenium, *Plin. Iun.* Figmentum, *Plin.* Portenta Poëtarum. Machinatio & ſolertia, *Cic.*

Commilito] Commiles, *Cæſ.* Contubernalis militiæ, *Cic.* Turmalis, *Liv.* Commanipulo, *Bud.* Commanipularis. Ejuſdem commilitii, *Tacit.* Conturmalis, *Amm.* Centurialis, *Feſt.*

Comminiſci] Effingere aliquid animo. Excogitare ingenio. Depromere ex ſuo ſenſu aliquid. Fingere aliquid cogitatione. Depingere cogitatione. Architectari. Commoliri dolum, aut machinam, *Cic.* Ut citò commentatus es, *Plaut.* Machinari, *Lucr.* Conſomniare, *Plaut.*

Comminuere] Frangere in micas, *Plin.* Minutatim comminuere. Deſtringere. Refringere. Concidere minutim, & minutè, *Col.* Concidere in minuta, *Plin.* Friare terram, *Var.* Frendere fruges ſaxo altiùs, *Seren.*

Com-

Digitized by Google

Commiſcere, vid. *Miſcere*.

Commiſeratio] Miſeratio. Miſericordia, *Cic.* Cordolium, *Plaut.* Motus miſericordiæ, *Vlp.*

Commiſeratio ſeria] Cruciatum proprium in aliena miſeria quærit.

Commiſeratio ſimulata] Crocodili lacrymæ. Ad novercæ tumulum flere.

Commiſeratio facilè tranſit] Citò areſcit lacryma in alienis malis, *Cic. Curt.*

Commiſereſcere] Miſereri alicujus. Miſeret me alicujus. Affici alicujus caſu. Moveri, commoveri miſericordiâ. Ex tuis incommodis magnam animo capio moleſtiam. Miſericordia me alicujus tenet. Frangi miſericordiâ. Allici ad miſericordiam. Miſericordiam alicui tribuere, impertiri, *Cic.* Commiſeror alicujus interitum, *Gell.* Commiſereſcit me alicujus, *Ter.* Duci miſericordiâ. Exercere miſericordiam, *Vlp.* Dii nos reſpiciant, *Cic.* Aſpicere. Jupiter aſpice nos, *Virg.* Indolere malis alicujus, *Ovid.*

Commiſſarius vox ficta, vid. *Delegatus Iudex.*

Committere aliquid alicui] Committere aliquid poteſtati alicujus. Commendare. Permittere alicui negotium. Deferre, dare negotium alicui. Delegare curas, laborem, provinciam. Imponere, dare partes alicui, *Cic.* Tranſmittere alicui bellum, *Id.* Credere ſummam belli puero, *Virg.* Dedere alicui negotium. Tradere provinciam, *Ter.* Lampada tradere, *Varr.* vid. *Delegare aliquid.*

Commodare aliquid alicui] Dare utendum aliquid, *Cic.* Dare foras aliquid, *Plaut.* Accommodare ædes ad nuptias, *Cic.* Commoditare, *Catul.*

Commodè] Percommodè cadit. Non incommodè accidit. Nihil fieri poteſt commodius & aptius, *Cic.* Vid. *Opportunè.*

Commoditas, vid. *Opportunitas.*

Commodum, vid. *Vtilitas.*

Commodum omne, habet ſuum incommodum] Omnis commoditas ſua fert incommoda ſecum. Non eſt piſcis ſine ſpinâ. Non eſt triticum ſine paleâ. Non apis ſine acu-

leo. Non prodeſt quod non lædere poſſit idem, *Ovid.*

A quo nihil Commodi, ab eo non ſit incommodum] Non me adurat ignis qui me non calefacit.

Commodus, vid. *Opportunus.*

Commotio] Commotiuncula è morbo. Conquaſſatio valetudinis corporis, *Cic.* Motiuncula, *Sen.*

Communis] Promiſcuus uſus. Compaſcuus ager, *Cic.* Publicus, *Plaut.* Obvius, expoſitus, *Plin.* Collativus favor aliquorum, *Macr.* Mutua voluntas, *Cic.*

Communia mala] Commune naufragium. Commune ſolatium. Gaudia ſunt miſeris, ſocios habuiſſe doloris. Miſerum eſt ex aliena miſeria ſolatium, *Cic.*

Communia leviora] Facilè fertur, quod omnibus commune eſt.

Communitas] Ad civilem communitatem conjuncti ſumus. Commune, *Cic.* Univerſitas, *Bud.* Corpus, *Liv.* Communio eſt inter eos legis, *Cic.* Commercium, communicatio utilitatum inter, *Id.*

Communiter, vid. *Vulgò*, *Mutuo.*

Comœdia] Scena. Spectaculum, *Suet.*

Comœdus] Scenicus artifex. Tragœdus, *Cic.* Actor ſcenicus, *Quint.* Perſona de mimo, *Cic.*

Compages] Coagmentatio. Conſtructio corporis hominis. Compactio membrorum. Concretio corporum. Commiſſura oſſium. Colligatio naturalis. Cohærentia mundi, *Cic.* Coagmentum parietum, *Vitr.* Compago laterum, *Stat.* Contextio, *Boët.* Junctura artis latens, *Plin.* Textura. Compoſitura, *Lucr.* Coagulum, *Var.*

Comparare, aſsimilare] Contentionem aliquorum hominum facere. Contendere rem aliam cum alia, *Cic.* Contendere vetera & præſentia, *Tacit.* Aſſimilare parvis grandia, *Ovid.* Magna componere parvis, *Virg.* Æquiparare aliquem alicui, *Liv.* Conferre exempla, *Ter.* Componere aliqua inter ſe, *Quint.*

Comparari cum illo nequit] Indignus, qui illi calceos detrahat.

Non me comparato huic aut illi] Non ſum unus ex iſtis heroibus.

Compa-

Digitized by Google

Comparata res talis, vel talis] Abſente graculô corvus pulcher.

Comparatio inæqualium] Formica camelus.

Comparare ſibi aliquid] Conficere, Emere, Parare aliquid alicui, *Cic.* Auctorare ſibi mortem, *Paterc.*

Comparere] Siſtere ſe, *Vlp.* Reſpondere citatum, Vadimonium obire, ſiſtere. Obire diem, *Cic.* Reſpondere ad nomina, *Liv.* Obire ad vadimonium, *Plin.* Ad conſtitutum venire, *Varr.*

Compedes injicere] Indere alicui compedes, catenas, *Plaut.* Compedibus coërcere, *Suet.* Compedire pedes corrigiis, *Varr.* Impingere alicui compedes, *Plaut.*

Compedibus liberare] Exſolvere compedes, *Stat.* Expedire aliquem. Adimere compedes, *Plaut.*

Compeditus] Compede vinctus, *Ovid.* Crruricrepidæ. Ferriteri, Compedium tritor, *Plaut.* Innexus compedibus, *Col.*

Compellare, vid. *Alloqui.*

Compendium] Summarium, *Sen.* Breviarium, *Plin.* Epitome, *Cic.* Summa rerum ad titulos oppoſita, *Firm.* Aphoriſmus, *Gal.* Præciſa narratio, *Quint.*

Compendium utile] Magnus liber magnum malum.

Compenſare] Rependere gratiam facto, *Ovid.* Repenſare, *Patere*, Reſarcire damnum, *Col.* Exſarcire, *Ter.* Reconcinnare detrimentum, *Caſ.* Impendium uſque ad aſſem reddere, *Plin.* Præſtare damnum alicui, *Cic.* Paria facere, *Sen.* Reficitur, *Var.* Repræſentat laborem, *Bud.* vid. *Penſare.*

Compenſatio] Penſatio, *Papin.* Penſitatio, *Plin.* Hoſtimentum, *Plaut.*

Comperendinare, vid. *Differre.*

Comperire] Reperire cauſas veriſſimas. Manifeſto comperi & manu teneo, *Cic.* Invenire cauſam, *Ter.* Experimentis deprehendere, *Quint.* Percognoſcere, *Plin.* Perſpicere fidem alicujus.

Compeſcere] Domare, *Cic.* Otioſum aliquem reddere. Sedare arrogantiam. Comprimere audaciam. Reprimere furorem. Frangere furorem & petulantiam. Retundere impro-

Digitized by Google

improbitatem, *Cic.* Perdomare provinciam, *Liv.* Reſedare morbos, *Plin.* Edomare, Incidere alicujus nervos, *Cic.* Conſtringere alicujus ſuperbiam, *Tit.* Detonſus eſt, *Claud.* Habenas injicere.

Competenter, vid. *Decenter.*

Competit hoc illi] Spectat aliquid ad bene vivendum. Pertinet aliquid ad me, te, &c. Pertinet eò, *Cic.* Facit ad bonos mores, *Ovid.* Habet in hac re (vel hìc) partes, *Ter.* Attinet. Hoc te non attingit, *Cic.*

Competitor] Rivalis, vid. *Candidatus.*

Compilare] Expilare fanum, *Cic.* Effringere theſaurum, *Plin. Iun.* Refringere cellas, *Plaut.* Perfringere domum alicujus, *Tacit.* Spoliare fanum, deſpoliare templum. Diripere domum. Depeculari aliquem, *Cic.* Expugnare domum, *Horat.*

Compilatus] Suppilatus. Furtum paſſus, *Non.*

Compingere] Conglutinare, *Plin.* Glutinatur vulnus, *Id.* Coagmentare, *Cic.* Conjungere cerâ calamos, *Virg.* Committere aliquid alicui, *Caeſ.* Solidare fracta, *Plin. Iun.* Concorporare aliquid. Agglutinare. Ferruminare, *Plin.* Coadunare. Conſolidare, *Vlp.*

Compitum] Divortium viarum, *Tacit.* Quadrivium, *Serv.* Gruma, *Non.*

Complanare] Redigere ad æqualitatem, planum. Vid. *Æquare. Coæquare. Deplanare.*

Complementum] Supplementum legionum. *Cic. Caeſ.* Explementum ventris, *Sen.*

Complere] Complere ad ſummum, *Col.* Supplere, *Cat.* Explere, *Cic.* Succenturiare. Integrare, *Feſt.* vid. *Implere.*

Completus] Expletus omnibus ſuis partibus & numeris, *Cic.* Terminata oratio, *Id.* vid. *Plenus.*

Complicare] Plicare chartam, *Plin.*

Complodere] Manus collidere, *Quint.* Inſonare flagellô, *Virg.* vid. *Collidere.*

Componere] Conſtruere. Contexere. Struere verba, *Cic.*

Componere litigantes] Conſtituere concordiam. Ad concordiam rem adducere. In priſtinam concordiam diſtractos

ctos adducere. Sedare, Tollere, Diſſipare diſcordiam, *Cic.* Reconciliare, *Id.* Conjungere rurſus amantes, *Prop.* Unum cum alio in gratiam reducere, *Quint.*

Compos] Particeps, *Cic Ter.* Conſors laboris, *Cic.* Socius doloris & periculorum, *Id.*

Compoſitus] Conſtat ex, Conflatus ex &c. *Cic.*

Compotatio] Concœnatio. Epulatio. Accubatio epularis amicorum. Sympoſium, *Cic*: Polluctum. Pollucura, *Plaut.* Domium, *Lucil.*

Comprimere] Stringere manu aliquid. Coarctare, *Cic.* Interprimere, *Plaut.* Premere capita mordicus, *Cic.*

Comprobare, vid. *Approbare.*

Comprobator] Laudator, Approbator, Probator rationis, *Cic.* Adſtipulator vanæ opinionis, *Val. M.* Applauſor. Atteſtator, *Plin. Iun.* Acceptor, *Plaut.* Plauſor, *Hor.*

Compromittere] Boni viri arbitrio facere, *Cato.* Compromiſſum facere. Arbitrium ſumere, *Cic.*

Computare] Subducere numerum, ſummam, calculos alicujus rei, rationem. Ad calculos aliquid reducere. Dimetiri in digitis. Numerum cenſere, *Cic.* Rationem inire, *Cat.* Calculum ponere, *Col.* Mittere in digitos, *Rhod.* Diſpungere vitæ dies, *Sen.* Numerô commetiri, *Cic.* Comprehendere, *Virg.* Definire, *Cic.*

Computatio recta] Summa rationum quadrat. Ratio conſtat, *Bud.* Ratio argenti comparet, *Plaut.* Putata ratio, *Feſt.* Numerus eſt ad amuſſim, *Varr.* Convenit ad numerum. Rationes expeditæ. Confectæ, conſideratæ, ſubductæ, illatæ in ærarium rationes, *Cic.* Convenit numerus quantum debuit, *Ter.* Rationibus villici herus ſubſcripſit, *Apul.* Rationes expunctæ & ſubſcriptæ, *Hermogen.*

Conari] Manibus pedibus, *Ter.* Magno conatu ſtudioque agere. Contendere nervos. Contendere in aliquâ re. Nervis contendere. Adhibere omnem machinam. Adniti. In hoc laboro, ut. Deſudare & elaborare in aliquâ re, *Cic.* Vid. *Eniti.*

Conari non fruſtra] Agnum lupo eripere.

Conatus] Impetus animi, Applicatio, Intentio, *Cic.* Ner-

Digitized by Google

vus. Nervulus, *Id.* Niſus vehemens, *Plin.* Molimentum, *Siſen.* Pertinax ſtudium, Intenſio, *Quint.*

Conatus ſine re] Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Concedere libenter] Non invitis manibus dare aliquid. Per me licet. Per me nulla eſt mora.

Concedamus hoc] Fiat. Sine ſic habere, *Plaut.* Licet. Ponè, *Ter.* Eſto. Fac eſſe. Fac ita eſſe. Fiat velle. Eſto ſanè. Fac potuiſſe facilè. Poſitum ſit, *Cic.* Sed fingamus hoc aliter eſſe, *Apul.* Finge hominem vivere. Fac ita eſſe. Ut donemus ita eſſe. Ut hoc interim tibi concedamus. Ut hoc interim tibi largiar, *Er.*

Conceptus mentis] Perceptio animi. Comprehenſiones rerum. Species & cogitatio. Notio, *Cic.*

Conceſsio, Vid. *Permiſsio.*

Concîdere, Vid. *Scindere.*

Conciliare, Vid. *Componere.*

Conciliare gratiam ſibi vel alicui] Parare ſibi gratiam alicujus. Benevolentiam hominum ſibi adjungere, colligere. Conciliare animos ad benevolentiam. Facere aliquem alicui propitium. Ponere ſe, vel aliquem, in gratiâ vel in gratiam apud aliquem, *Cic.*

Conciliatio] Compoſitio. Deciſio. Pacificatio. Concordia, *Cic.* Ita res concordiâ coaluit.

Conciliator] Proxeneta, *Mart.* Pararius. Interceſſor, *Sen.*

Conciliatrix] Conciliatricula, *Cic.* Sequeſtra ſtupri, *Apul.* Quæſtuaria mulier, *Vlp.*

Concilium] Orbis terræ conſilium, *Cic.* De Romano ſenatu. Amphyctionum conſeſſus, *Er.* in *Chil.*

Concinnus] Euterpe concinnior, *Er.*

Concipere aliquid mente] Capit animus aliquid. Comprehendere mente. Complecti, percipere animo, *Cic.* Intellectum rei capere, *Quint.*

Concitare aliquem ad iram] Bilem movere alicui. Oeſtro concitare aliquem. Adducere aliquem ad indignationem, *Cic.* Facere, Movere ſtomachum alicui, *Ioſ.* Movere indignationem, *Liv.*

Con-

Digitized by Google

Concitatus] Turbatus, Turbidus, Perturbatus animi motus. Offenſus, Offenſior animus, *Cic.* Turbidus animi, *Tacit.* Tactus dolore, *Ovid.*

Conclave] Conclavium, *Plaut.* Secluſorium, *Varr.* Conſeptum, *Apul.*

Concludere; Vid. *Claudere.*

Concludere, concluſionem inferre] Probare, *Lucr.* Convincere, Colligere, Vincere, *Cic.* Rationibus confirmare, *Quint.*

Concluſio] Collectio, *Sen.* Complexio. Conſectarium. Conſequentia, *Id.* Vid. *Clauſula.*

Concoquere cibum] Coquere cibum. Perficere. Stomachi calore concoquere, *Cic.* Conficere. Vincere cibum. Coctionem facere, *Plin.* Digerere, *Celſ.* In ſuccum & ſanguinem convertere.

Concoquere benè] Stomacho valere, *Quint.*

Concoctu difficilis] Alienus à ſtomacho. Parum obſequens ſtomacho. Cibus valentis materiæ, *Celſ.* Difficulter perficiuntur in cibis acria. Vivunt pepones in ſtomacho, *Plin.*

Concordare] Bene convenit inter nos, *Ter.* Concorditer congruere inter ſe, *Plaut.* Concordiſſimè cum aliquo vivere. Conjunctis ſententiis, *Cic.* Mutuas operas tradunt. Pariter remum ducunt.

Concordia] Mutua defenſatio tutiſſima. Concentus, *Trop. Hor.* Unanimitas. Conſenſus atque unitas, *Plaut.* Conſpiratio & concordia. Conſenſus omnium, Naturæ vox eſt. Conſenſio omnium, lex naturæ, *Cic.* Unio animorum, *Sipont.* Mutua opera & officia muniunt amicitiam.

Concordia res firmat] Funiculus triplex indiſſolubilis. Concordiâ res parvæ creſcunt, diſcordiâ maximæ dilabuntur.

Concorditer] Sine controverſiâ, *Ter.* Omnes uno ore, *Cic.* Conſpiratiùs ad arma concurrunt, *Iuſt.*

Concors] Concordiâ conjunctiſſimi. Conſentiens fama. Conſentaneæ ſibi diſciplinæ. Congruens. Conſpirans conſenſus. Convenientia inter ſe omnia, *Cic.* Conſonus interrogationi, *Amm.* Concinentes inter ſe mundi partes. Cohærentes & aptæ inter ſe res, *Cic.*

Concredere aliquid alicui] Credere animum ſuum alicui, Con-

Digitized by Google

Conſilia ſua, *Ter.* Mandare aliquid fidei alicujus. Concredere aliquid taciturnitati alicujus, *Plaut.* In fide & religione alicujus aliquid deponere, *Cic.* Deponere tutis auribus, *Hor.* Curarum mearum arcana expromo, *Lucan.* Adſciſcere aliquem in conſcientiam facinoris, *Tac.*

Concrepare] Inſonare. Concrepuêre obnixi remi, *Virg.* Perſtrepere, *Claud.* Increpuit verberis ictu, *Ovid.* Mutire, *vel* Muttire, *Plaut.*

Concreſcere, Vid. *Coaleſcere.*

Concubina] Pellex, *Cic.* Succuba alieni lecti, *Ovid.*

Conculcare] Proterere, *Cic.* Peſſum dare, premere, *Plaut.* Proculcare, *Ovid.* Opprimere pede aliquid, *Cat.*

Concupiſcentia] Impetus animi non rectus. Ardor cupiditatum. Æſtus gloriæ. Libido, *Cic.* Vid. *Cupiditas.*

Concupiſcere, Vid. *Deſiderare.*

Concurrere] Concurſare. Concurſus eſt factus. Convolant multi, confluunt, *Cic.*

Concurſus] Concurſio rerum fortuitarum. Concurſatio puerorum, *Cic.*

Concurſus fit] Concurrunt plures. Concurſabant noctes dieſque armati. Confluunt ad nos cauſæ. Convolant multi. Affluunt literæ. Celebrantur viæ multitudine legatorum, *Cicer.*

Concuſſio] Contuſio, *Col.* Conquaſſatio, *Cic.* Concuſſura, *Tert.*

Condemnare] Decernere contra rem alicujus. Judicare, Pronunciatio contra aliquem. Configere aliquem. Pronunciavit feciſſe videri. Damnare aliquem capitis. Addicere morti. Adjudicare in ſervitutem alicui aliquem, *Cic.* Duci jubere, imperare, *Suet. Plin. Iun.* Statuere de aliquo, *Tac.* Pronunciare reum capitis videri, *Cic.*

Condemnatio, Vid. *Damnatio.*

Condemnatus] Addictus morti, *Cic.* Damnatus morti, *Lucr.* Judicatus debiti, *Gell.*

Condeſcendere inferioribus] Demittere ſe ad aliorum mediocritatem, *ex Cic.*

Condicere alicui] Oblocare operam ſuam ad, *Iuſt.* Locare operam,

operam, *Gell.* Vendere operam, *Plaut.* Addicere ſe, *vel* operam ſuam alicui mercede, pretio, *Cic.* Paciſci cum aliquo mercede, *Liv.* Locare ſe ad ludos pro manduco, *Plaut.* Vid. *Paciſci.*

Condictum, Vid. *Pactio.*

Condimentum] Conditio ciborum, *Cic.* Conditura, *Sen.* Confectura mellis, *Col.*

Condire] Imbuere aliquid ſapore, *Quint.* Sapidiſſimis intrimentis pulmenta condita, *Apul.* Temperare. Diluere, *Plin.* Concinnare aquam marinam, *Cato*, Componere aliquâ conditurâ olivas, *Col.*

Condiſcipulus] Doctus eodem in ludo. Muſæ ejuſdem æmulus. Condiſcipulatu utens.

Conditio] Exceptio contra quam, &c. Cautio. Adjunctio, *Cic.* Satiſdatio, *Id. Plin.* Cautela, *Paul. IC.* Infecti damni promiſſio, *Hotom.* Evectio, *Caj.*

Condonare, Vid. *Ignoſcere.*

Conducere] In rem eſſe. Vid. *Prodeſſe.*

Conducere operarium] Conducere mercede diurnâ, *Hor.* Emere operam alicujus pretio. Locare agrum fodiendum, *Plaut.*

Conductitius, Vid. *Meritorius.*

Conductus] Mercede conductus, *Hor.* Cujus opera conducta eſt. Pretio compoſitus, *Sal.*

Confeſſionarius] A confeſſionibus.

Conficere, Vid. *Abſolvere. Facere.*

Confidenter, Vid. *Animosè.*

Confidens] Ipsâ confidentiâ confidentior. Phormione confidentior, *Er.* Vid. *Audax.*

Confidere in aliquo] Niti viribus alicujus. Ne te urbi committas, *Cic.* Tantum illi in virtute ejus fiduciæ fuit, *Liv.* Fidere præſidio, *Hor.* Spe deſtinare, *Liv.* Benè præſumere, *Lampr.*

Configere] Figere aliquid clavis, *Plin.* Cuneare, *Sen.* Compaginare pontes, *Amm.*

Confingere aliquid] Confingere crimen in aliquem. Fingas verba, & ea dicas, quæ non ſentias. Contexere crimen, *Cic.*

Cic. Conſarcinare crimina, falſitatem, mendacia, *Amm.* Componere mendacia, falſitatem, *Plaut.* Fraudem, *Liv.* Concriminari adverſus aliquem aliquid, *Plaut.* Ementiri aliquid in aliquem, *Cic.* Imitari chirographum alicujus, *Id.*

Confirmare] Ratum habere, facere. Ratum, firmum, fixum eſt, *Cic.* Vid. *Firmare.*

Confirmatio] Approbatio argumenti, *Cic.* Adſtipulatio geſtu rerum, quæ dicuntur, *Quint.*

Confirmator] Adſtipulator. Firmator pacis, *Cic.* Approbator. Fundus ſubſcritorque legis, *Gell.* Auctor, *Bud.*

Confiſcare bona] Redigere bona alicujus in publicum, in ærarium, *Liv.* Publicare bona, *Cic.* Redigere in fiſcum, *Spart.* Fiſco applicare, *Inſulan.*

Confiſcatus] In commiſſum, vel in commiſſi cauſam cecidit, *Ulp.* In publicum commiſſa ſunt prædia, *Cod.*

Confiſus aliquo] Fretus conſcientiâ. Feci fiduciâ tuâ. Per rationem fiduciæ, *Cic.* Fretus Diis, *Sal.*

Conflagrare] Conſumi incendio, *Liv.* Vid. *Comburi.*

Conflictus, Vid. *Prælium.*

Confluere] Corrivantur torrentes, *Plin.*

Confœderatus] Fœderatæ civitates, *Cic.* Fœderi adſcriptus. Obligatus fœdere, *Liv.* Fœdere junctus, ſociatus, *Ovid.*

Confringere, Vid. *Frangere, Comminuere.*

Confugere aliquò] Refugere ad. Conferre ſe ad præſidium alicujus. Confugere ad ſinum alicujus. Uti aliquò perfugio. Ad aliquem tanquam ad aram confugere. In aſylum confugere, *Cic.*

Confugium, Vid. *Refugium.*

Confundere] Mutum reddere. Conturbare aliquem. Deturbare aliquem de mente. Dejicere de ſtatu adverſarium, *Cic.* Differre aliquem oratione, dictis, *Plaut.* Eripere mentem alicui, *Virg.* Vid. *Pudefacere.*

Confuſè] Abſque ordine ſparſim ferri. Permixtè. Confuſius, *Cic.* Confuſim, *Plin.* Incompoſitè, *Liv.* Per Satyram abrogare, *Feſt.* Mixtim, *Lucr.*

Confuſio] Perturbatio vitæ. Conturbatio. Tempeſtas popularis.

Digitized by Google

pularis. Tumultus. Turbidæ res. Turba. Nox rebus offuſa, *Cic.* Interturbatio animi, *Plin.* Tragœdias excitare. Turbella, *Plaut.*

Confuſus] Incompoſitus, *Liv.* Commiſtus, *Virg.* Paſſiva congeries frumenti, *Apul.*

Confutare verbis] Refellere alicujus dicta argumentis. Refutare aliquem re, verbis, teſtibus. Redarguere. Diſſolvere alicujus mendacium. Coarguere errorem. Diluere objecta. Evertere adverſaria. Confirmare ſua. Frangere, infirmare aliquid. Retundere ſermones alicujus. Profligare. Repugnare alicui. Reprimere ſermones, impetus, *Cic.* Revincere crimen, *Liv.* Repercutere dicta alicujus, *Quint.*

Confutatio] Depreſſio, Infirmatio actionis. Refutatio. Diſſolutio criminum. Reprehenſio, *Cic.* Replicatio, *Vlp.*

Congelaſcere, Vid. *Gelaſcere.*

Congenitus] Congenus & naturalis honor, *Gell.* Natalis & ingenita ſterilitas, *Col.* Innata, ingenerata ei probitas. Nativus, *Cic.* Genitiva nota, *Suet.* Congeneratus, *Varr.*

Congerere] Frumentum in tuta loca comportatur, *Cic.* Regerere culmos in acervum, *Col.* Denſare, *Virg.* Compilare, *Feſt.* Conglobare, *Liv.* Vid. *Accumulare.*

Congiarum] Donativum, *Plin.* Sportula, *Suet.* Corollaria. Præmia, *Id.* Charaſticum, *Calliſtr.* Panarium. Panariolum, *Mart.*

Congredi cum aliquo] Congredi alicui quotidianâ conſuetudine, *Cæſ.* Congredi aliquem, *Plaut.* Conferre, contollere gradum, *Id.*

Congregare ſe] Colligunt ſe ad aciem, *Hirt.* Locus conventu celebratur. Condenſant. Affluunt, *Cic.* Orbem facere, *Saluſt.*

Congruere] Conſonat moribus oratio. Conſentaneum eſt. Reſpondent paria paribus. Omnia omnibus. Dextra dextris. Quadrat in aliquem, alicui, ad aliquid. Principiis exitus conſentiunt. Cor cum oculorum aſpectu conſentit, *Cic.* Videſne, ut hæc concinant? *Ter.* Competit aliquid cum exitu, *Tacit.* Ars & natura conjurat amicè, *Hor.*

Congruentia] Convenientia. Concentus. Conſenſus naturæ. Conſpiratio virtutum, *Cic.* *Con-*

Congruus] Conſentaneus: Accommodatum aliquid naturæ, ad naturam. Proprium eſt epiſtolæ, *Cic.* Juſta ætas, *Vlp.* Legitima ætas legibus præſcripta, *Liv.* Competens, *Vlp.*

Conjectura] Conjectio, *Cic.* Conjectatio, *Plin.*

Conjicere] Conjecturam de aliquâ re facere. Conjecturâ duci ad ſuſpicandum. Suſpicione aſſequi. Conjecturâ, animô & cogitatione proſpicere. Argumentari & conjecturâ perſequi, *Cic.* Subolet patri. Subſenſit, *Ter.* Colligere ex animo ſuo, *Ovid.* De meis venatur verbis. Scire quod neſcias, *Plaut.*

Conjugalis, Vid *Matrimonialis.*

Conjugium] Connubium, *Cic.* Jugum, *Plaut.* Conditio, *Caj* Matrimonium, *Cic.*

Conjunctim, Vid. *Simul.*

Conjungere, Vid. *Compingere. Colligare.*

Conjurare] Conjurare in ruinam alicujus, *Claud.* Conjurationem facere contra aliquem, *Cic.* Fœderari. Piaculô quôdam fœderantur de Chriſtianis, *Octav. Ap. Minut.* Jurare in facinus aliquod, *Ovid.* Dare & accipere fidem, *ex Gr.*

Conjuratio, Vid. *Conſpiratio.*

Conjuratus] Conjuratorum manus permagna. Juratus, *Cic.* Conſpirati, *Suet.*

Conjux, Vid. *Maritus.*

Connivere] Diſſimulare. Indulgere, *Cic.* Apertis oculis tranſilire, *Sen.* Vid. *Indulgere.*

Conniventia] Diſſimulatio, *Cic.* Vid. *Indulgentia.*

Connubia à Deo] Connubia ſunt fatalia.

Conqueri, Vid. *Queri.*

Conquieſcere, Vid. *Quieſcere:*

Conquirere] Perquirere vaſa, *Cic.* Perveſtigare omnia. Ubi quicquid eſt, *Cic.*

Conquiſitus] Lecti juvenes, *Virg.* Delecti viri. Exercitus ſuperbiſſimô delectu & duriſſimâ conquiſitione collectus. Vir à viro lectus, *Cic.*

Conſanguineus] Conſanguinitate propinquus, *Virg.* Attingit

Digitized by Google

tingit me ſanguine. Conjungi alicui ſanguine, *Cic.*

Conſanguinitas] Communio ſanguinis, *Cic.* Vinculum ſanguinis, *Prop.* vid. *Proſapia.*

Conſcendere currum] Inſcendere currum, quadrigas. Corpus ſaltu ſubjicere in equum, *Virg.* Aſcendere equum, *Suet.* In equum, *Cic.* Eſcendere vehiculum, *Sen.*

Conſcientia] Mille teſtes.

Conſcientia bona] Conſcientia rectè factorum. Fides bona. Mens bona. Mens idonea cui credatur, *Cic.* Murus aheneus nil conſcire ſibi, nullâ palleſcere culpâ, *Hor.* Bona conſcientia, dulcis nutricula ſenectutis, *Plat.* Conſcia mens recti, juge convivium. Nullum theatrum virtuti majus conſcientiâ.

Conſcientia mala] Conſcientia maleficiorum, peccatorum, ſcelerum, *Cic.* Dolo malo poſſidere, *Hotom.* Furiæ aliquem agunt. Furiæ domeſticæ aſſiduæ. Mens conſcelerata. Mens conſcia facinoris, *Cic.* Conſcio animo nihil miſerius. Conſcientia animum exulcerat. Conſcientia crimen prodit.

Conſcientia dubia] Angor conſcientiæ, *Cic.* Scrupulus animi, vel in animo, *Ter.* Scrupuloſitas, *Col.* Scrupea religio, *Varr.*

Conſcientia accuſatrix] Improbum virum vel mus mordeat. Mentem exagitat conſcientia.

Conſcientiam alicui movere] Injicere, Afferre alicui religionem, *Cic.* Objicere religionem, *Plaut.* Incutere religionem. Trahere, Vertere in religionem, *Liv.* Percutere animum ſuſpicione religionis, *Sen.* Injicere ſcrupulum, *Ter.*

Conſcientiâ tangi] Religionem habere. Habere religioni aliquid. Venit mihi in religionem, *Cic.* Religio mihi eſt, *Plaut.* Inceſſit me religio, *Tacit.* Religioſum eſt id facere. In religionem ea res verſa eſt. Offuſa religio oculis & animis Sacerdotum, *Liv.* Dicebant ſibi id nefas eſſe. Se ſummâ religione teneri, *Cic.* Conſtringi religione. Salvâ conſcientiâ conſentire non poſſum, *Sen.* Bonâ fide, *Plaut.*

Conſcientiâ liberare] Eximere alicui religionem. Exſolvere aliquem religione, *Liv.* Tollere religionem. Eximere

ſcrupulum. Evellere alicui ſcrupulum ex animo, *Cic.* Exonerare conſcientiam, *Curt.* Exſolvere animum nodis religionum, *Lucr.* Levare animum religionis, *Liv.* Rejicere à ſe religionem, *Varr.*

Conſcientiâ inquietari] Morderi conſcientiâ. Conſcientiæ animi me terrent, *Cic.* Conſcius animus me mordet. Præteritis admiſſa annis peccata remordent, *Luc.* Conſcientiam hujus rei ferre non poſſum, *Suet.*

Conſcientiam examinare, vid. *Deſcendere in ſe.*

Conſcientiâ aliquem obligare] Illigare aliquem conſcientiâ, *Tacit.* Obſtringere aliquem religione, *Cic.*

Conſcientioſus] Scrupuloſus, *Plin.* Infixa animo illius eſt religio, *Liv.*

Conſcius] Conſcius culpæ facinoris, de re aliquâ, *Cic.* Conſcio mihi aliquid, *Hor.* Conſcius facinori, *Cic.* Numina veri conſcia. Conſcia ſidera, Conſcia ſilva, *Ovid.* Vid. *Gnarus.*

Conſcribere] Regerere res in commentarios, *Quint.* In literas aliquid dare, *Macrob.* In literas tradere, mittere, *Spart.* vid. *Scribere.*

Conſcriptio] Breviarium, *Suet.* Breviarium rationum, *Vopiſc.* Inauditiuncula, *Gell.* Recenſio, *Cic.*

Conſecrare] Delubra ſanatiſſimis religionibus conſecrata. Facere religioſum. Religare religionibus. Religione devincire. Adſtringere ſacris, *Cic.* Inaugurare locum aliquem, *Liv.* Sacrare Deo, *Plin.* Initiare ac devovere ſacris. Devovere DEO, *Cic.*

Conſecratio] Dedicatio templi, *Cic.* Sacratio, *Macrob.* Initia, *pl. Liv.* Encænia, *pl. Aug.* Sanctificatio, *in SS.*

Conſecratus] Religioſum propter ſanctitatem depoſitum, *Cic.* Magno ritu ſacrum eſt aliquid, *Plaut.* Conſecraneus, *Iul. Cap.* Initiatus ſacris, *Plin. Iun.*

Conſectio, vid. *Sectura.*

Conſenſus] Conſenſio voluntatum. Convenientia. Conjunctæ ſententiæ, *Cic.* Unitas, *Sen.*

Conſenſus ſit cum ſeipſo] Qui ſecum diſſentit, nullo modo cum alio conſentiet.

Conſen-

Digitized by Google

Conſentire] Uno ore omnes conſentiunt. Unâ mente & voce Stoici cum Peripateticis concinere videntur. Convenit inter nos, *Cic.* vid. *Aſſentiri.*

Conſentiens] vid. *Congruus, Concors.*

Conſequens] Subſequens annus, *Plin.* Inſequens hora, *Cic.* Conſectarius, *Id.* Undis ſequacibus, *Virg.* Succenturiatus, *Ter.* Succeſſorius, *Vlp.* Inſtans bellum. *Cic.* Poſtprincipia, *pl. Var.* Reliquum deincipe, vel deincipiti die perlecturum, *Apul.*

Conſequens eſt] Colligitur, conficitur, ſequitur, concluditur, ſubſequitur, conſectarium eſt, *Cic.* Conſequentia, *pl. Cic.*

Conſequenter] Subſequenter, *Meſſal. Corvin.* Succeſſivè, *Spart.* Deinceps, *Cic.*

Ex Conſequente colligitur antecedens] Ex culmo ſpica colligitur.

Conſequentia, vid. *Concluſio.*

Conſequi] Res rem conſequitur. Inſequi. Succreſcere ætati alicujus. Succedit ætas ætati, *Cic.* Digni ſuccedere in pugnam. Excipit nox diem, *Liv.* Morbi ſubeunt, *Virg.* Subire per vices, *Plin, Iun.* alicui, *Liv.* Eventus lætus ſecutus, *Plin. Iun.* Supervenit alicui aliquid, *Celſ.*

Conſerere agrum] Obſerere, *Cic.* Perſerere, *Plaut.* Inſerere hortos, *Col.* Omnibus ſeminibus arvum complere.

Conſervare] Suſtentare valetudinem, notitiâ corporis ſui & obſervatione. Suſtinere dignitatem ac decus civitatis. Eſſe ſaluti alicui, *Cic.* Præſto me incolumem, *Lamb.* Parcere vitam alicui, *Gell.* Soſpitare, *Plaut.* Salvare, *Sipont.* Servare incolumes & integros cives, *Cic.*

Conſiderare] Ratiocinari. Reputare aliquid. Æſtimare. Recolo ipſe mecum aliquid. Retractare diligenter, *Cic.* Recogitare ſecum, *Col.* Volvere aliquid in corde. Exputare, *Plaut.* Volvere cum animo. Agitare cum animo. Trahere animis aliquid, *Saluſt.* Putare rem, *Ter.* Librare, *Apul.* Pendere. Expendere aliquid. Intendere in aliquid animum, *Cic.* Ire in cogitationem & diſpicere, *Sen.* Penſa-

re, *Curt.* Penſiculare, *Gell.* Contemplari. Luſtrare. Perluſtrare. Ponderare aliquid, *Cic.*

Conſideratè] Providè. Judiciô & conſideratè aliquid factum. Maturo judicio, diligenter, *Cic.* Perſpectè, *Plaut.* Penſiculatè. Vigilatè atque attentè, *Gell.* Dextrè, *Liv.*

Conſideratio] Ratiocinatio. Contemplatione digniſſima res. Circumſpectio, *Cic.* Penſatio, *Gell.* Reputatio, *Plin.* Diſpectus, *Sen.* Examinatio parium momentorum, *Arnob.*

Conſideratus] Prudens. Perſpicax, *Cic.* Multum videt. Providus. Providens, *Id.* Senſatus, *Firm.* Providentiſſimus, *Plin. Iun.* Proviſor, *Hor.*

Conſignare] Conſignare aliquid literis, literis publicis. Commendare monumentis ad memoriam, *Cic.* Signare ſtylo, *Paterc.* Excipere notis, *Suet.*

Conſignatio] vid. *Aſsignatio.*

Conſiliarius] Conſiliorum ſocius, Moderator, Dux, *Cic.* Conſultor, *Sal.* Conſiliator, *Plin. Iun.* A conſiliis, In conſilio Imperatori eſt, *Lampr.*

Conſilium] Tua ratio eſt, ut, &c. mea, ut. Conſiliarium ſenatum in corde convocabo, *Plaut.*

Conſilium ante opus] Antè, quàm incipias, conſulito, *Saluſt.*

Conſilium poſt factum ſerum] De præteritis non eſt deliberandum. Præterita reprehendi poſſunt, corrigi non poſſunt.

Conſilium bonum utile] Benè conſulta bonos eventus pariunt.

Conſilium malum noxium] Conſilio perit ipſe ſuo conſultor iniquus.

Conſilium & auxilium jungenda] Fortuna artem amat, ars fortunam.

Conſilio & vi] Arte & Marte.

Conſiſtere] Subſiſtere. Inhibere curſum, *Ovid.* Subſidere in via. Suſtentare ſe, *Cic.* Siſtunt amnes. Hærere in veſtigio, *Plin.* Reprimere, figere pedem, *Virg.* Reprimere curſum, *Cæſ.* Remorari gradum, *Plaut.*

Conſociare, vid. *Iungere.*

Conſolari, vid. *Solari.*

Digitized by Google

Conſolatio] Levatio doloris ac ægritudinis, *Cic.* vid. *Solatium.*

Conſolatio medicina] Oratio pharmacum optimum. Oratio medicus.

Conſors negotii] Idem trahimus jugum. In eadem es navi.

Conſpicillum] Conſpicilium, *Plaut.* Ocularium ſpecillum, *Iun.* Specillum quo ſpecimus, *Var. Iun.* (*Perſpicillia, non eſt Latin.*)

Conſpicuus (1) *de re*] *Apparens.* Spectabilis undique, *Ovid.* Propatulus locus, *Cic.* Fons in planitie conſpicuus, *Plin.*

Conſpicuus (2) *de perſonâ*] Ab aſpectu decorus, *Col.* Spectabilis, *Val. Argon.* Mônſtrabilis homo probitate, *Plin.* Oſtenſionales milites, *Lampr.* Præclarus ad aſpectum. Ad ſpeciem magnifico ornatu. Eminens effigies virtutis. Specioſa cauſa, *Cic.* Conſpectior, *Liv.* Proſpicuus, *Sen.*

Conſpirare] Facere conſpirationem. Conſociare cum aliquo arma, conſilia, *Liv.* Coire. Coitum facere. Coire de alicujus bonis, *Cic.* Initâ factione illum ceciderunt. Factionem cum militibus facere, *Iul. Cap.* vid. *Conjurare.*

Conſpiratio] Coitio. Conſpiratio ſceleratiſſima contra dignitatem alicujus. Conſenſio ſcelerata, *Cic.* Conſpiratus, *Gell.* Factio, *Capitol.*

Conſpuere, vid. *Spuere.*

Conſtans] Perpetua & conſtans voluntas. Firmus amicus. Stabilis ſententia. Conſtat ſibi, *Cic.* Tenax propoſiti, *Hor.* Pertinax recti, *Tacit.* Perſeverantiſſimus, *Col.* Solida felicitas, *Plaut.* Certus conſilii. Manent illi ſemper placita, nec ulla in decretis ejus litura eſt, *Sen.*

Ille velut pelagi rupes immota reſiſtit.

Conſtans eſto] Cubus eſto propriæ baſi innixus, moveri neſcius. Deſtinatus obdura, *Catul.*

Tu ne cede malis ſed contrà audentior ito.

Perpetuo eam opinionem retineas, *Cic.* Injurias non dejectus, ne motus quidem gradu, ſuſtine, *Sen.*

Conſtanter] Fortiter facta. Perſeverantiſſimè, *Plin. Iun.* Statim rem gerunt, *Plaut.*

Conſtantiſſimus] Eundem curſum conſtantiſſimè tenet.

Digitized by Google

Habet ſtabilitatem. Conſtat ſibi in ſententiâ. In neutram partem movetur, *Cic.*

Conſtellatio] Poſitura ſtellarum, *Gell.*

Conſternare] De gradu dejicere. Perpaveſacere, *Plaut.* Exanimare metu, *Ter.* Perſtringere horrore, *Liv.* Percellere pavore pectus. Percutere, *Tacit.*

Conſternari] Expaveſcere, *Cic.* Præter modum exterreri, *Id.* Compaveſcere, *Macrob.*

Conſternatio] Exanimatio, *Cic.* Cataplexis, *Lucr.* Hydrophobos, *Celſ.*

Conſternatus, vid. *Territus.*

Conſtituere aliquid (1)] Statuere jus, *Cic.* Cernere. Rogare, Irrogare legem ſancire legem, *Cic.* Præſcribere jura civibus, *Id.* Sciſcere legem. Scitum facere. Ferre. Deſtinare. Præfinire. Figere, *Id.*

Conſtituere aliquid apud ſe (2)] Proponere ſibi aliquid. Proponere apud animum. Eſt mihi propoſitum. Statuere cum animo, *Cic.* Propoſitum habeo oſtendere, *Varr.* Proponere aliquid animô, *Liv.* Statuere apud animum, *Saluſt.* Deſtinare aliquid agere, *Caſ.* Conſtitutum, deliberatum, decretum, ſtatutum eſt mihi, ſedet, ſtat animo ſententia, *Er.* Animum inducere. Suadere ſibi, *Cic.* Decernere, *Mart.* Cernere, *Lucil.*

Conſtringere aliquid] Conſtringere quadrupedem, *Ter.* Religare, *Col.* Devincire. Connectere. Coërcere, *Ovid.* Adſtringere, *Cic. Plaut.* Fraus adſtringit, non diſſolvit perjurium, *Id.* Stringere, *Apul.* vid. *Ligare.*

Conſueſcere, vid. *Aſſueſcere.*

Conſuetudo] Conſuetudo quaſi altera natura. Vetus conſuetudo, inſtitutumque Majorum. Mos. Uſus frequens, *Cic.* Aſſuetudo, *Ovid.* Servemus ſolemne noſtrum, *Cic.* Antiquum hoc tuum obtines, *Plaut.* Facere ſibi naturam alicujus rei, *Ter.*

Conſuetudinis magna eſt vis] A teneris aſſueſcere multum eſt, *Ter.* Veteres canes non facilè aſſueſcunt loro. Uſus frequens omnium magiſtrorum præcepta ſuperat, *Cic.* Conſuetudo altera natura. Ciconia reverſa priores repetit nidos.

dos. Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem teſta diu, *Hor.* Quod nova teſta capit, inveterata ſapit.

Conſuetudo eſt] Eſt hoc in more poſitum, inſtitutoque majorum. Mos eſt, *Cic.* Moris eſt pleriſque, *Quint.* More fit, *Plaut.* Habet hoc moris, *Plin. Iun.* In patriis eſt moribus. Conſuetudo patitur. Comparatum eſt more majorum. Fert uſus eorum. Venit in conſuetudinem. Uſitatum eſt, *Cic.* Receptum eſt, *Lucr.* Fert conſuetudo, *Cæſ.* Solenne eſt, *Suet.* In obſervatione quondam erat, *Plin.*

Pro conſuetudine] Moribus. Ut mos eſt. Moribus antiquis. Uſitato more. Uſitatè, *Cic.* Ut aſſolet, *Liv.* Solita peccare nolunt, *Sen.* De more, *Virg.* Solemnia inſanire, *Horat.*

Conſuetus] Conſuetiſſima verba. Familiaris. Pro cæterâ (*conſueta*) diligentiâ facis, *Plin.* Uſurpatus, *Cic.* Ordinarius, *Suet.* Sueta adulatio, *Tacit.* Solennis, *Col.* Moribus conſtitutum, *Bud.* Solitus mos, *Ovid.*

Conſul] Major Magiſtratus, *Feſt.* Tutor Reip. legitimus. Rector urbis, *Amm.* Legum præſes, Rectorque civitatis, *Sen.*

Conſulem agere] Gerere conſulatum, *Cic.* Inire tribunatum, *Val. Max.* Eſſe conſulem, *Cic.*

Conſulere aliquem] Conſilium alicujus exquirere, petere, interrogare. Adhibere conſiliis, in conſilium. Referre ad aliquem de re aliquâ, *Cic.* Adhibere ad conſilium, *Cæſ.*

Conſulere alicui] Facere copiam conſilii alicui. Afferre aliquid conſilii. Dare conſilium alicui. Cenſere, *Cic.* Suadere. Auctor tibi ſum, *Ter.*

Conſultò] Cogitatò fit aliquid. Studiô. Deditâ operâ: de induſtriâ, *Cic.* Ex induſtriâ, *Liv.* Induſtriâ, ob induſtriam, *Plaut.* Ex præparato, conſiliô, *Liv.* Datâ operâ, *Vlp.* Conſultâ operâ. Profeſsô, *Amm.* Ex profeſſo, *Quint.* Deſtinatò, *Suet.* Ex deſtinato; ex propoſito, *Sen.* Ex diſpoſito, *Macrob.* Volentes tenuant arma, *Virg.*

Conſultare de re aliquâ] Conſultare & deliberare de, *Cic.* Conſultare aliquid, *Liv.* alicui, *Saluſt.* Conſilium habere, capere de. De conſilii ſententiâ aliquid facere. Ex conſilio alicujus facere. Uti conſiliis. Ire in conſilium. Conſilia confer-

conferre, *Cic.* Conſociare, agitare, *Liv.* In ſecreto cum amicis aliquid volutare, *Id.* Inire conſilium. Communicare alicui, cum aliquo, inter ſe aliquid, de. Conſiderare de, cum aliquo. Conferre capita, Agere cum populo, *Cic.* Appellare aliquem de &c. *Plaut.* Conſulere in commune, *Ter.* In publicum, *Plin. Iun.*

Conſultare religiosè] Apud aram conſultare.

Conſultatio] Conſilii capiendi ratio, deliberatio, *Cic.* Conſilium, *Virg.* Conſilium, *Virg.* Conſilium magnis de rebus habebant.

Conſultus] Conſilii plenus. Amicus conſiliarius, *Plaut.* Compos conſilii, *Cic.* Sciens, peritus, à quo conſilium petas, *Er.*

Conſumere] Abſumere vinum, *Ter.* Depaſci poſſeſſionem. Expromere induſtriam, *Cic.* Præconſumere vires, *Ovid.* Prodigere, *Feſt.* Perdere rem paternam, *Plaut.*

Conſuere] Committere ſuturis ora vulneris, *Celſ.* Conſarcinare, *Amm.* Suturis crebris aliquid durare, *Id.*

Contagium] Contagio, *Cic. Plaut.* Contages, *Lucr.* Tabes, *Saluſt.* Lues morbi, *Claud.* Gangræna, *Varr.*

Contagium inficit] Morbida facta pecus totum corrumpit ovile.

Contaminare] Deformare. Maculare dignitatem ſuam, *Cic.* Fœdare, *Cat.* Lutulare mores majorum, *Plaut.* Deturpare, *Suet.* Devenuſtare pulchritudinis inſignia, *Gell.* Turpare aram ſanguine, *Lucr.* Denormare, *Hor.* Infuſcare maculis aliquid, *Virg.* Inficit caput ſenecta, *Tibull.* Inquinare, *Plaut.* Decolorare, *Suet.* Collinere, *Plaut.* Pulchrum ornatum mali mores pejus lutô collinunt, *Id.* Obſolefacere, *Arnob.*

Contaminatio] Inquinamentum. Dehoneſtamentum, *Gell.* Deformatio, *Liv.*

Contemnere] Aſpernari aliquem. Per jocum & riſum contemnere. Deſpicere. Negligere. Reſpuere, *Cic.* Medium unguem alicui oſtendere, *Mart.* Minimô digitô provocare aliquem, habere deſpicatui aliquem, *Plaut.* Nihil penſi mihi eſt, *Liv.* Jubere plorare aliquem, *Hor.* Mandare alicui laqueum,

Digitized by Google

queum, *Iuv.* In levi habere, *Tacit.* Faſtidire, *Virg.* Suſque deque ferre, *Plaut.* Deſpectare, *Tacit.* Deſpuere mores alicujus, *Claud.* Dedignari aliquem amicum, *Ovid.* Conſpernari veterem diſcipulum, *Tacit.* Deſpernere opus alicujus, *Col.* Non pluris illius convitia facio, quàm culicem elephantus Indicus. Pili non facio. Nauci non facio. Pro nihilo ducis. Ne hujus quidem facit. Non hettæ te facio, *Feſt.* Inſuper habere. Teruncii non facere, *Plaut.* Vid. *Vilipendere*, *Nihili facere.*

Contemni] Jacere in ſilentio, in oblivione, In nullo numero eſſe, *Cic.* Venire in contemptum, in contemptionem, *Cæſ.* Jacere in occulto, *Plaut.* Contemptu apud aliquem laborare. Sordere ſuis, & contemni ab iis, *Liv.* Inter inquilinos cenſeri.

Contemplari] Luſtrare. Perluſtrare. Omni acie ingenii contemplari acerrimè, intentis oculis, *Cic.* Speculari ortus ſignorum, *Virg.* Noſcitabundus accedo, *Gell.* Obtueri, *Plaut.* Intueri ſagaciter, *Quint.*

Contemplari ſe in ſpeculo] Speculum conſulere, *Ovid.* Inſpicere in ſpeculum, *Ter.* Formam ſuam explorare ſpectaculo aſſiduo, *Apul.* Cantharus & lanx oſtendent tibi te, *Hor.* Faciem quærere in ſpeculo, *Macrob.* In littore ſe videre, *Virg.*

Contemplatio] Animus in hac unâ contemplatione defixus, *Plin.* Suſpectus donorum, *Ovid.* Ad tantæ rei ſpeculam me præparem, *Apul.* Spectaculum rerum cœleſtium, *Cic.*

Contemplator] Spectator naturæ, *Cic.* Contemplativus, *Sen.* Admirator, *Id.*

Contemptus] Contemptio. Deſpectus. Deſpicatus. Deſpicatio, *Cic.* Faſtidium, *Quint.* Deſpicientia, *Cic.* Dedignatio, *Quint.*

Contemptus, a, um, vid. *Abjectus.*

Contendere] Altercari cum altero, In contentionem & diſcrimen venire. Vocas aliquid in controverſiam, in diſceptationem, in contentionem, *Cic.* Altercare. Commutare verba, *Ter.* Controverſari. Certare cum aliquo de. Certare inter ſe. Concertare cum aliquo. Confligere cum aliquo. Conflictari verbis, *Cic.* Habere certamen cum ali-

quo. Facere controverſiam, *Liv.* In diſceptationem venire, *Id.* Diſſertare de aliquâ re, *Gell.* vid. *Altercari.*

Contentio] Concertatio. Altercatio. Diſceptatio. Certamen. Controverſia. Certatio. Diſcrimen, *Cic.* Diſſertatio, *Plin.* Diſputatio litigioſa, *Cic.*

Contentio eſt de eo] Venit aliquid in controverſiam, in contentionem, in certamen. Eſt aliquid in controverſiâ. Cadit in diſceptationem. Certamen eſt inter &c. Ambigitur, *Cic.* Venit aliquid in diſceptationem. Factantur diſceptationes. Vertitur utrum &c. *Liv.* Vocatur in contentionem, controverſiam, *Cic.*

Contentioſè] Pugnaciſſimè, *Cic.* Pugnaciter, *Quint.* Controversè, Litigiosè, *Sipon.*

Contentioſus] Concertatorius. Refractariolus. Pugnax, Controverſus. Litigioſus homo, perpugnax, repugnans, *Cic.* Altercabilis ſermo, *Arnob.*

Contentum eſſe] Æqui bonique conſulere, facere. Contentum eſſe ſuis rebus, maximæ ſunt divitiæ. Conquieſcere, *Cic.* Parvo naturæ dimittitur, *Sen.* Æquum diſcedere. Æqui placatique diſceſſerunt, *Quint.* Abeat per gratiam. Habere ſatis, *Plaut.*

Contentum eſſe præſentibus] Contenti ſimus hoc Catone, *Aug. Caſ.*

Continere ſe] Continentia. Continens. Vid. *Abſtinere.*

Conterere in pulverem] Deterrere frumenta. Subterere ſalem. Diſtringere, *Col.* Terendo in minutiam redigere, *Sen.* Diſpulverare, *Nev.* Pulverationem facere. In pulverem reſolvere, *Col.* Terere in farinam, *Plin.* Perfriare, perterere baccas, *Col.*

Contigit] Accidit aliquid alicui. Accidit ut. Evenit aliquid alicui, Evenit ut. Fortè evenit ut. Vereor ne id eveniat in meas literas. Obtingit, Evenit mihi aliquid. Incidit tempus. Fit ſæpe ut. Cadit aliquid. Sæpe concurrit ut. &c, *Cic.* Uſus venit, *Ter.* Objectus eſt error, *Cic.* Succedit, *Plin.*

Contingere, i.e. ferire] Collimare, *Cic.* Tangere metam, *Ovid.* Ferire, *Hor.*

Contingunt non omnibus omnia] Corinthum adire non cuivis contingit.

Continuare] Perpetuare, *Plaut.* Uſque & uſque agere, *Mart.* Nec abſiſtit facere donec, *Col.* Curſu continenti ſequi fugientem, *Liv.* Perſtare incœpto. Perſequi incœpta, *Liv.* Pertexere orſa. Pergere, *Cic.* Urgere iter, *Ovid.* Lineæ inſiſtere. Lineas producere.

Continuatur] Alius poſt alium interiêre, *Amm.* Gaudium gaudiis ſuppeditat. Alius ſuper alium, *Plaut.* Continuantur dapes, *Hor.*

Continuanda ſunt cœpta] Non unô ictu cadit arbor. Nulla res conſummata eſt, cum incipit, *Sen.* Nihil omnium eſt, quod poſſit in ſuis primordiis perfici, *Apul.*

Continuò] Continuato protelo, *Lucr.* Aſſiduò. Aſſiduiſſimè, *Cic.* Tractim, *Virg.* Continenter, *Cæſ.* Irrequieto curſu, *Amm.* Indeſinenter, *Var.* Nec mora nec requies interdatur ulla fluendi, *Lucr.*

Continuus] Continens oratio. Perpetua hiſtoria, *Cic.* Ictus contigui, *Gell.* Inabruptus, *Stat.* Irruptus, *Hor.*

Contorquere] Torquere aliquid in varias partes, *Plin.* Torquere huc & illuc ora. Convibrare linguam. Circumrotare machinam, *Amm.*

Contorſio] Vertigo tenebrarum, *Arnob.* Implicatio nervorum, *Cic.* Complexio. Implicabilis ſeries, *Quint.* Volumina vinculorum, *Virg.*

Contortus] Tortuoſus viſus. Contortulus. Involutus, *Cic.* Perplexus, *Quint.* Intortus caudex, *Plin.* Retortus, *Col.* Contortuplicata volumina, *Plaut.*

Contrà] Contrariè, E, ex contrario. Ex parte contrariâ, *Cic.* E diverſo. E contrario. Ex adverſo, *Plin.* Viceverſâ, *Ulp.* Adverſè, *Gell.* Controverſum, *Solin.*

Contractio] Contractione brevius. Præciſio orationis, *Cic.* Breviarium culturæ, Epitome, *Hor. Cic.* Vid. *Compendium.*

Contradicere] Contra aliquem dicere, diſputare. Contrà pugnare. Reſiſtere & repugnare contra. In contrariam partem afferre. Ex contrario aliquid contendere. Refragari alicui. Adverſari alicui in diſputando. Oppoſitum aliquid afferre

afferre, *Cic.* Contra verum niti, *Saluſt.* Contra aliquem venire, *Cic.*

Contradicere vehementer] Plenô velô, obverſâque reſiſtere prorâ.

Contrahere] Contrahere orationem. Breviter ſummatimque dicere, *Cic.* Abbreviare ſparſa, *Veget.* Breviare, *Quint.* Decurtare, *Plin.* Curtare, *Hor.* Imponere modum tempori, *Liv.* Compendefacere operam orationis. Compendium alicujus rei facere, *Plaut.* Præcidere aliquid ex oratione, *Cic.*

Contraniti] Adverſus tendere. Adverſo flumine. Adverſis ventis. Adverſum ire, venire, fieri, alicui.

Contraniti illis, quos vincere nequeas] Contrà ſtimulos calcare.

Contrarium] Contraria pars, res. Contrarium caput. Adverſum, *Cic.*

Contrà alium] Sentire ſuffragio mei improbo. Refragari alicui, *Cic.*

Contrarius] Adverſarius. Adverſans, *Cic.* Controverſa ſibi & repugnantia, & naturâ communionem abnegantia promiſceri, *Macrob.* Adverſus alicujus vel alicui, *Tacit.* Pugnantia loqui, *Cic.*

Contraria in contraria degenerant] Fratrum iræ acerbiſſimæ. Fratrum quoque gratia rara eſt, *Ovid.* Puſillum malum ingens bonum eſſe ſolet, *Plin.* Magno bono magni mali periculum vicinium. Profundus riſus lacrymas parit. Vid. *Extrema in ſe.*

Contrarietas] Repugnantia rerum. Oppoſitio. Adverſans & repugnans natura, *Cic.* Adverſitas. Antipathia, *Plin.* Diſſociatio corporum, *Id.* Repugnatio, *Apul.*

Contribuere] Dare ſymbolam, *Ter.* Conferre in medium, *Suet.* Conferre in commune. In partem impenſæ venire. Congerere, *Cic.* Intribuere, *Plin. Iun.*

Contriſtare aliquem] In luctum conjicere aliquem. Offerre alicui mœrorem alicui, *Ter. Plaut.* Inferre mœſtitiam alicui. Detrudere in luctum aliquem. Conturbare aliquem. Contrahit animos cantus, *Cic.* Funeſtare, *Id.*

Controverſia, Vid. *Contentio.*

Digitized by Google

Controverſus] Controverſa cauſa, res. Litigioſum prædium, *Cic.* In diſputationem cadit. Habet res controverſiam, *Quint.* Habet res certamen. Id in controverſiâ eſt, *Cicer.*

Controvertere, Vid. *Contendere.*

Contubernalis] Eodem igne & aquâ utentes. Homocapni, *Ariſt.*

Contumacia] Pervicacia. Pertinacia. Obſtinatio ſententiæ. Obſtinata voluntas. Duritia animi, *Cic.* Contumacia pervicax, *Col.* Obſtinatio inflexibilis, *Plin. Iun.* Deſtinatio pertinax, *Amm.* Confidentia, *Plaut.* Perduellis ſpiritus, *Amm.* Pugnacitas, *Plin.*

Contumaciter] Præfractè. Mordicus tenere, *Cic.* Pertinaciſſimè, *Quint.* Obfirmatè. Obſtinatiſſimè hærens, *Suet.* Obſtinato animò, *Liv.* Edurè negare. Certâ mente prælia geris, *Ovid.* Enixim, *Siſen.* Diſtrictim nolle ire, *Sen.* Tenaciter, *Ovid.*

Contumax] Pertinax. Pertinaciſſimus. Præfractus. Nimium ſui juris ac ſententiæ eſt. Obſtinatæ voluntatis. Pugnax in vitiis. Durus, *Cic.* Improbus labor. *Virg.* Pervicax, *Tac.* Rebellis flamma, *Stat.* Durus capite, *Plaut.* Obfirmatus. Negans ſtimulus equus, *Cic.* Refractarius, *Sen.* Mens obnixa malo. Percontumax, *Stat.* Tenax, *Virg.*

Contumelia] Ignominia (*Eſt nominis tantùm nota*) *Non.* Dedecus. Labes. Macula. Probrum, Nota, *Sen.* Opprobrium, *Hor.* Indignitas, *Liv.* Dehoneſtamentum, *Iuſtin. Tac.* Flagitium, *Plaut.* Contaminatio, *Vlp.* Deformatio tantæ majeſtatis, *Liv.*

Contumeliam inferre] Contumeliâ aliquem onerare, inſequi, operire. Contumeliam, Probra in aliquem jacere. Contumeliis verborum lacerare. Inferre probrum. Objicere ut probrum, *Cic.* Vid. *Conviciari.*

Contumelioſè, Vid. *Probroſè.*

Contumelioſus] Probroſus. Beneficium contumelioſum. In ſociis contumelioſum & injurioſum eſt. Probro eſt alicui. Inſigni turpitudine notatus, atque oppreſſus dedecore & infamiâ. Cum probro & dedecore ſumptus, *Cic.* Ignominioſus.

Digitized by Google

miniosſus. Pudori eſt alicui, *Liv*. Dedecore plenus, *Plaut*.

Contundere] Conterere piſtillo. Conquaſſare, *Col*. Confringere, *Plaut*. Concutere, *Ovid*.

Conturbare] De ſtatu mentis deturbare. Deturbare de mente, *Cic*. Vid. *Turbare*. *Perturbare*.

Conturbatio] Perturbatio, Motus animi nimius. Turbida mens, *Cic*. Æſtus. Turbidi animorum excitatique motus, *Id*. Æſtus mentis, *Lucr*. Confuſio, *Val. Max*.

Convaleſcere] Levari morbo. Recreari è morbo. Confirmata è morbo valetudo. Emergere ex incommodâ valetudine. Evadere. Melius mihi eſt, fit, *Cic*. Incipit refici æger, *Plin*. Recolligit ſe, vires, *Id*. Aſſurgit è morbo, it in melius valetudo, *Tac*. Revaleſcere, *Ovid*. Relevatur æger, *Id*. Recipere vires. Conſaneſcere, *Celſ*. Meliuſculè eſſe cœpit, *Id*. Reſumere vires, *Ovid*. Redintegrare vires, *Cæſ*.

Convenientia, Vid. *Congruentia*.

Convenire alicubi] Confluere. Concurrere. Conventus agere, facere, celebrare, *Cic*. Vid. *Congregari*.

Convenire cum] Sine controverſia eſſe. Concordare, *Cic*. Vid. *Congruere*.

Convenire ſuper aliquâ re] Pax in eas conditiones convenit, *Liv*. Convenit, mihi cum illo de hac re. Concordant utriuſque judicia de, *Cic*. Res eſt compoſita, *Ter*.

Conventio] Stipulatio, *Cic*. Condictum, *Feſt*. Conſtitutum, *Cic*. Auctoramentum. Formula, *Sen*.

Converſio] Receptus à malis conſiliis, *Liv*. Mutatio, morum, *Sen*. Melior mens, *Cic*.

Convertere errantem] Revocare lapſum. Perducere ad frugem, *Quint*. Hæreticum Eccleſiæ reſtituere.

Convertere in aliquid] Vertere homines in lupos, *Plin*. Vertere ſeria ludô, *Hor*. Anhelitus terræ induunt ſe in nubem. Redacta vina in ſpeciem mellis, *Cic*. Redigere in ſordidiſſimam turbam nobiles, *Sen*.

Converti in aliquid] Vertere ſe in faciem alterius, *Plaut*. Oſſa traxerunt figuram lapidis, *Ovid*. Abiit oppidum in villas, *Plin*. Recidere ex, in, *Cic*.

Converti] Converſus ad pœnitentiam, *Suet*. In melius conſilia referre, *Virg*. *Con-*

Digitized by Google

Conviciari] Lacerare infeſto ore aliquem. Vulnerare, Violare voce. Fœdare nefando ſcelere, *Cic.* Occentare. Dente Theonino rodere. Perſtringere aliquem aſperioribus, Percellere, Pungere, Carpere, Aculeum teſtimonii in me convertit. Dicere in aliquem acerbè, *Id.* Proſcindere conviciis, *Plin. Iun.* Conſcindere, *Cic.* Conviciis os verberare, Conſectari. Convicium alicui grande facere, *Id.* Inceſſere verbis amaris, *Sil.* Defricare ſale aliquem, *Hor.* Dicere quod doleat. Differre dictis aliquem. Admordere, *Plaut.* Inſequi aliquem morſibus, *Ovid.* Auriculas teneras mordaci radere vero, *Perſ.* Genuinum infligere, *Hier.*

Conviciator, Vid. *Dicax*.

Convivari] Convivere. Pollucere, *Plaut.* Concelebrare convivia, *Cic.* Menſas exquiſitis epulis exſtruere, *Tacit.*

Convivator] Conditor inſtructorque convivii. Dominus convivii, *Varr.* Arbiter bibendi. Cœnæ pater, *Hor.* Rex menſæ, *Macr.* Summus magiſter in poculis, *Cic.* Rex convivii, *Tac.*

Convivium opiparum] Cœnæ Deorum. Saliares dapes, *Hor.* Geniales epulæ, *Claud.* Menſa Sicula Saliaris cœna, pollucibilis, *Macr.* Opiparè apparatum convivium, *Id.* Adipalis cœna, *Er.* Cœna popularis, *Plaut.* Adjicialis, *Plin.* Cerealis pompa, *Var.* Menſa Aſiana, *Macr.* Cœna dubia, in quâ quod priùs ſumas, dubites, *Ter. Turneb.* Dapſilis, *Plaut.* Sybaritica menſa. Epulum, *Cic.*

Convocare] Concire multitudinem, *Liv.* Convocare in unum, *Cic.*

Convolvere] Glomerare in orbes, *Ovid.* In ſpicam ſe colligit, Convolvit terga ſerpens, *Virg.* Conſpirare ſe, *Plin. Seneca.*

Cooptare] Cooptare Senatorum, in Collegium, in ordinem. Adſcribere aliquem ad, in numerum, *Cic.* Allegare in ordinem, *Vlp.* inter Prætorios, *Plin. Iun.* Adſciſcere in, *Spartian.*

Copia] Facultas nummorum. Ubertas frugum. Fœtus oratorum uber. Sylva rerum, *Cic.* Opimitas. Fructûs, *Solin.* Largitas. Flumen verborum. Profluentia loquendi. Opiparæ

paræ res. Affluentia, *Cic.* Meſſis malorum, *Plaut.* Proventus poëtarum, *Plin. Iun.* Paratus principalis, regius, *Tacit.* Amplitudo opum, *Plin.* Copiæ cornu, aut cornu copiæ, *Hor. Plin. Ovid.* Amaltheæ cornu, *Adag.*

Copiam alicujus rei habere] Abundare, circumfluere rebus omnibus, redundare, *Cic.* Abundè eſſe alicui, *Celſ.* Superabundare, *Vlp.* Affluere divitiis, *Lucr.* Scatere irarum, *Gell.* Superfluere, *Plin.* Fluit auro terra. Exuberat promis arbor, *Virg.*

Copiam ſui facere] Præbere ſe conſpiciendum. Dare aditum alicui ad ſe, *Cic.* Copiam mei facio, *Plin. Iun.* Copiam efficere alicui ad aliquem. Facere alicui copiam conveniendi. Viam planam facere ad aliquid, *Plaut.* Facere ſui poteſtatem, *Cic.* Dare acceſſum, *Ovid.* Vid. *Admittere.*

Copiosè] Affatim. Affluenter, Profluenter. Plenè & cumulatè, *Cic.* Abundanter, *Plin.* Abundè, *Cic.* Refusè, refuſius, *Col.* Cumulatim, fluxe, *Varr. Claud.* Horreô ipsô, Luculento ſinu, *Plaut.* Largè comparavit paſtum, *Cic.* Copioſiſſimè naſcitur herba. Fertilius provenit, *Plin.* Ubertim, *Claud.* Uberiùs, uberrimè tractare, *Cic.*

Copioſus] Abundans. Redundans, Superfluens. Affluentiſſimus variarum rerum, copiis. Lautus. Locuples. Ferax. Præditus opibus. Luculentus, *Cic.* Opimus, *Plaut.* Præſcatens doctrinis liber, *Gell.* Effertiſſima opimitas, *Plaut.* Dapſilis proventus, *Col.* Macta munera, *Sal.* Felix ævi, *Apul.* Largifluus, *Lucr.* Munifex mamma, *Plin.* Torrens, copia dicendi, *Iuv.* Prodigus multæ herbæ locus, *Hor.*

Copula matrimonialis] Benedictio nuptiarum. Coronatio, *Euchelog.* Fides, *Ovid.* Fides ſacrata conjugii, *Sen.* Fœdus conjugale. Jura conjugialia. Connubialia jura, *Ovid.* Fœdera tori, *Lucr.* Coëmptio, *Cic.* Confarreatio, *Tacit.* Farreatio, *Boët.* Confarreationis vinculum. Confarratio, *Plinius.*

Copulare novos nuptos] Connubio jungere, *Virg.* Coronare novos nuptos, *Euchelog.*

Coquere] Coquinari, *Plaut.* Percoquere carnes, *Plin.* Mitigare cibum igne, *Cic.* Mollire pulmenta vapore, *Apul.*

Madere

Digitized by Google

Madere facere, *Plaut.* Foculari, Fovere, *Non.* Concoquere cibos in foco, *Varr.* Elixare, *Sipont.*

Coquus] Cocus, *Cic.* Magirus, *Lampr.* Cui notitia palati Domini eſt, *Sen.* Namque coquus Domini debet habere gulam, *Mart.* Coquinarius, *Sipont.* Culinarius, *Scrib.* Gulæ magiſter.

Coqua] Cocula, *Non.* Focaria, *Hier.*

Cor] Vitæ principium ac coloris. Primum vivens & ultimum moriens, *Ariſt.* Fons nativi caloris. Sacrarium cordis.

Coram] Si coràm me præſente dixiſſet. Præſens tecum egi, *Cic.* Coràm in os laudare, *Ter.* Coràm præſens præſentem vides, *Plaut.* In re præſenti fuit, *Id. Liv.* Impræſentiarum, pro in præſens, *Cato.* *Gellius* verò, in præſentiarum.

Corbis, vid. *Sporta.*

Coriarius] Confector coriorum, *Firm.* Cerdo, *Mart.*

Corium] Pellis, *Virg.* Exuviæ leonis, &c. *Id.* Spolium ferarum, *Lucr.*

Cornix] Augur aquæ, Avis imbrium augur, *Hor.*

Cornu] Ungulæ, *Virg.*

Cornutus] Armatus cornibus, *Col.* Corniger, *Virg.*

Corona] Odoratis ſertis innectere tempora, *Ovid.* Sextæ coronæ, *Arnob.* Flores ſerti, *Apul.* Verno florentes coronamine, *Apul.* Strophium *olim*, *Quint.*

Corona regia] Diadema, *Cic.* Inſigne regium, *Tacit.*

Coronatio Regis] Dies capiendo diademati delectus, *Tacit.*

Coronare] Diadema imponere, *Cic.* Inſigni regio evincire, *Tacit.*

Corpulentia] Corporatura. Corporatio, *Col.* Bona corporis habitudo, *Plaut.* Lacertorum tori, *Cic.* Actus corporis, *Col.* Augmen corporis, *Lucr.*

Corpulentus] Corporatus, *Cic.* Corpore curatus, *Cat.* Carnoſus. Carnoſiſſimus, *Plin.* Carnulentus, *Solin.* Habitior, *Plaut.* Pulpoſus, *Apul.* Collum toroſum, *Col.*

Corpus] Ergaſtulum animæ, Sepulchrum, quod circumfertur, *Triſmegiſt.* Nobis in carunculæ hujus folliculo conſtitutis, *Arnob.* Saccus es, (ſcil. tu homo) *Sen.* Saccus ſtercoreus, *Hugo.* Cortex corporeus, *Varr.* Caducum vaſculum.

Digitized by Google

Correctio] Emendatio temeritatis, *Cic.* Refectio, *Col.*

Correctum opus]. Elimatum opus. Opus, quod multa litura coërcuit, *Ovid.*

Corrector] Emendator, trix, *Cic.* Refector, *Col.*

Corrigere] Emendare conſilium. Correctionem adhibere. Reficere. Inſtaurare aliquid, *Cic.* Recorrigere, *Sen.* Caſtigare carmen, *Horat.* Retexere ſcripta, *Id.* Retractatum opus, *Bud.* Reddere incudi verſus malè tornatos, *Hor.* Recoquere, *Quint.* Sarcire, *Cato.* Quod jactu cecidit, arte corrige. Huic incommodo paulò mederi poſſis. Huic malo illud erit remedio. Mendum liturâ tollitur. Animi morbos ſanat Philoſophia. Corporis vitia ingenii dotibus penſantur. Orationis vitia Grammatica caſtigat. Philoſophia morbos animi pellit medicaturque, *Er.* Vid. *Emendare. Denuò agere.*

Corripere, vid. *Arguere.*

Correptio] Corrigi non vult ſtultus. Vid. *Pœna.*

Corrugare frontem] Contrahere frontem, *Plaut.* Ducere vultum. Corrugat alicui nares mappa ſordida, *Mart.* Caperare vultum, *Var.* Caperat illi frons ſeveritudine, *Plaut.* Demere ſupercilio nubem. Trahere rugas & vultum, cogere rugas. Rugis anilibus perarare ora, *Ovid.* Senili triſtitia ſtriatam gero frontem, *Apul.* Deturpare rugis aliquid, *Plin.* Aſſeverare frontem, *Apul.* Rugat palliolum, pro rugatur, *Plaut.* Irrugari, *Gell.* Torpeſcere rugis, *Plin.*

Corrumpere] Vitiare, *Ovid.* Depravare naturam, Conficere, Conſumere, *Cic.* Infeſtare, *Plin.* Pecuniæ illudere, *Tacit.* Imbuere vitiis, *Quint.* Inconciliare aliquem, *Plaut.* Cur nobis perdis adoleſcentem, *Ter.* Adoleſcentem nobilitare flagitiis, *Cic.* Præcorrumpere donis, *Ovid.* Transtundere in aliquem vitium, *Cic.* Confringere conſilia, jura. Abuti viribus, *Id.*

Corrumpi] Corruptelâ depravari. Capere, concipere vitium, *Cic.* Facere vitium. Abire peſſum, *Plaut.* Collanus affert ſuo beneficio, *Sen.* Conteritur ferrum, vita, *Ovid.*

Corruptibilis] Diſſolubilis. Corruptioni obnoxius, *Cic.*

Corru-

Corruptio à primariis incipit] Piſcis primùm à capite fœtet.

Corruptor] Corruptrix provincia, *Cic.* Perditor Reipub. *Id.* Contritor compedum, *Plaut.* Tritor ſtimulorum, *Id.* Confector cardinum, *Lucil.*

Corruptus] Vitiatus, profligatus, profligatiſſimus homo. Prolapſus. Conſtuprata judicia, *Cic.* Perditiſſimus homo. Vitioſus, *Id.* Vitioſiſſimus, *Paterc.*

Corruptus muneribus] Argentanginam patitur. Bos in lingua. Percorrumpere donis aliquem, *Ovid.* Placatus muneribus.

Coruſcare, vid. *Nitere.*

Cortex] Cutis arborum, *Plin.* Induviæ palmæ arboris, *Id.* Tunica, *Id.*

Corvus] Corax, *Cic.* Ales Satyria, *Flor.*

Coticula] Lapis Heraclius, *Plin.* Lapis Lydius. Cotes aurificum, *Id.* Exhebenus, *Id.* Index, *Ovid.* Metallorum examinator.

Cras] Craſtinô, *Gell.* Secundum hunc diem, *Cic.*

Craſtinus] Jam Cras heſternum conſumpſimus, ecce aliud Cras, *Perſ.*

Craſſus] Pinguis toga, *Suet.* Altus, *Cat.* Concretus, *Cic.* Spiſſus, *Virg.* Duplex Spina dorſum, i. craſſum, *Id.* Pinguis ſaliva, *Sen.*

Craſſus (2) vid. *Barbarus.*

Craſsè, vid. *Impolite.*

Craſſeſcere, vid. *Grandeſcere.*

Crater] Patera. Trulla, *Cic.* Phiala, *Iuv.* vid. *Poculum.*

Crates] Cancelli, *Cic.* Cancri, *Apul.* Clathri caveæ, *Hor.* Arcus pellucidâ tranſennâ, *Paul.* Interſeptum ligneum inſtar retis, *Euſeb.*

Creare] Natura creat & fingit, *Cic.* Plaſmare, in SS.

Creator] Procreator, molitor, Effector mundi. Sator cœleſtium omnium. Conditor ævi Chriſtus, *Claud.*

Creatura] Res creatæ, *Cic.*

Creber] Frequens, *Quint.* Multus, *Cic.* Crebro crebrius.

Credere] Aliquid credo fore, *Plaut.* Perſuaſiſſimum mihi

Digitized by Google

eſt de. Sic habeo perſuaſum. Pro certo habere, *Cic.* Accredere aliquid, *Col.*

Credere alicui] Credere fidei alicujus. Fidem habere, adhibere, tribuere teſtimonio, *Cic.* Fidem alicujus ſequi, *Vlp.* Adcredere alicui, *Lucr.* Fidem alicui arbitrari, *Plaut.* Fides illi nuncianti fuit, *Liv.*

Credere firmiter] Credere fide divinâ. Si iſti formidas credere, meâ fide crede, *Plaut.* Qui huic non credit, Deo non credit.

Non credere] Cras credam, hodie nihil. Fidem non adhibere, non tribuere, *Cic.* Negare fidem, *Sen.* Pro falſis ducere, *Saluſt.* Reſpuit hoc ſapientiſſimi cujuſque fides, *Plaut.* Credat Judæus apella, non ego, *Hor.* Vid. *Incredibile.*

Credat qui vult] Ex ingenio quiſque ſuo addat vel demat fidem, *Tacit.* Fides penes authores ſit, *Sal.* Fides tantùm auctores apellet, *Plaut.* Fidem auctor vindicet, *Val. M.*

Credulitas noxia] Artus & nervi Sapientiæ ſunt, non facilè credere, *Epichar.* Bonorum virorum morbus credulitas.

Cremare, vid. *Vrere, Comburere.*

Cremor lactis] Flos lactis. Pingue lactis, *Iun.* Spuma lactis, Lac ſpumoſum, *Gerr.* Pingue lac, *Plin.*

Crena] Sciſſuræ pennarum, *Plin.*

Crepidæ] Gallicæ, *Cic.* Crepidulæ, *Gell.* Soleâ objurgabere rubrâ, *Perſ.*

Crepitus ventris] Flatum ventrem emittere, *Suet.* Peditum, *Catul.* Venter (ventus) injuriam facit, *Petron.* Viſum, *Scal.*

Crepuſculum] Extremum diei, *Feſt.* Lux dubia, *Non.* Primæ tenebræ, *Liv.* Lucis & noctis confinium, *Ovid.* Prima fax noctis, *Gell.* Crepuſculaſcens hora, *Sidon.*

Creſcere] Augeſcunt ſemina, *Cic.* Incrementis augeſcere, *Liv.* Grandeſcere, *Lucr.* Gignitur capillus, *Gell.* Capere incrementum, *Col.* Augmen ſumere, *Lucr.*

Creſcere in alieno ſolo] Hoſpitari neſcit caſtanea.

Creta] Terra Cretica, *Gerr.*

Cribrum] Cribrum excuſſorium. Incerniculum, *Plin.* Subcerniculum, *Sipont.*

Cri-

Digitized by Google

Cribrare, vid. *Cernere.*

Crimen] Culpa mea, tua, *Plaut.* Vitium. Noxia. Fraus. Meritum. Capitale facinus, *Cic.* Noxa, *Liv.* Piaculi contracta commiſſio, *Arnob.*

Criminalis actio] Judicium capitis. Cauſa de capite, capitis. Certamen capitis & famæ. Res capitalis. Judicium damnatorium. Lis capitis, *Cic.* Capitale judicium, *Quint.* Criminaliter actio intenditur, *Bud.* Actio criminoſa, *Id.*

Criminari aliquem] Crimen alicui movere, *Suet.* Objicere alicui probrum, Crimen objectare, inferre. In magnis criminibus, vel, criminis loco aliquid objicere. Vocare in crimen, *Cic.* Inſimulare falſis criminibus, *Ovid.* Crimen alicui intentare, *Quint.* Intendere crimen in aliquem, *Liv.* Arguere de crimine. Incuſare aliquem probri, *Plaut.* Raptare pro ſcelesto, *Prop.* Increpabantur hæc in eum, *Saluſt.* Pulſari falſo crimine, *Claud.* vid. *Accuſare.*

Criminator] Momus, vid. *Accuſator.*

Crines, vid. *Capilli.*

Criſpare] Frangere in gradus comam, *Plin.* Calamiſtris inurere, *Cic.* Uſtulare ardente ferro crines, *Pacuv.* Vibrare, *Virg.*

Criſpatus] Calamiſtrata coma, *Cic.* Vibrati calidô ferrô crines, *Virg.*

Criſpitudo] Annuli comarum, *Mart.* vid. *Cincinnus.*

Criſpus] Benè capillatus, *Cic.* Criniger, *Lucan.* Cirratus, *Perſ.* Criſpulus, *Mart.* Subcriſpus, *Var.* Crinibus in nodum tortis homo, *Mart.*

Criſta (1)] Cirrus. Apex, *Plin.* Inſigne criſtatum pavonis, *Pallad.*

(2) *Plumeus apex*] Cerda, *Virg.* Capitis ſummi inſigne, *Lucr.*

(3) *in Gallo*] Juba Gallinaceorum, *Col.*

Crocus] Croci, *plu.* *Ovid.* Spica Ciliſſa, *Propert.* *Scal.* Fila croci, *Ovid.* Crocum, *Plaut.*

Cruciabiliter] Per tormenta, *Suet.* Lateribus fodicatis, ſulcatis, *Amm.*

Cruciare tormentis] Cruciatu afficere, *Cæſ.* Supplicio afficere,

Digitized by Google

cere, diſcruciare. Torquere. Exprimere confeſſionem facinoris. Extorſiſti ut fateor. Tormentis cogere, confiteri, *Cic.* Excruciare aliquem peſſimis exemplis, *Plaut.* Tortare, *Pompon.* Habere quæſtionem tormentis, *Liv.*

Cruciari, vid. *Excruciari.*

Crucifigere] Suffigere cruci. In crucem tollere, *Cic.* In cruce figere. In crucem agere, *Suet.* Crucibus ſuſpendere, *Col.* Cruci dare aliquem, *Plaut.*

Crudelis] Immanis, ferox, atrox, teter, *Cic.* Truculentus, barbarus, *Liv.* Dirus, *Ovid.* Tyrannicus. Infandus, *Cic.* Tragicus, *Liv.* Trux ira, *Val. Argon.* Immitis, *Virg.* Efferus, *Sen.* Inclemens, *Liv.* Cruentus, *Saluſt.* Immanior Medeâ. Alter Atreus. Scythâ barbarior. Phalaride crudelior, *Er.*

Crudelem eſſe] Exuere humanitatem. Exuere hominem ex homine, *Cic.*

Crudelitas] Immanitas. Sævitas. Feritas. Diritas, Atrocitas, *Cic.* Barbaries, *Id.*

Crudeliter tractari] Indigniſſimè, atrociter, tetrè, teterrimè, hoſtilem in modum, ſervilem in modum cruciari. Omni crudelitate lacerare, *Cic.* Indignum in modum, *Liv.* Cruciabiliter. Pœnaliter interire, *Amm.* Fœdum in modum verberibus lacerari, *Liv.* Tyrannicè ſtatuere, *Cic.* Binis tonderi forcibus. Impotenter regnare, *Hirt.* Gladiatoriè, *Lamp.* Inſatiabilem crudelitatem in aliquo exercere, explere, ſaturare, *Cic.* Fœdè interemptus, *Cic.*

Cruentare] Cruentari, *Cic.* Cruentare morſu, *Tibul.* Sanguinare, *Quint.* Facere ſanguinem, *Liv.*

Cruentus] Cruentus gladius, *Cic.* Cruentati oculi, *Plin.* Sanguinolentus, *Var.* Perfuſus ſanguine, *Quint.* Fœdatus ſanguine, *Ovid.*

Crumena] Marſupium, Succulus, *Plaut.* Funda, *Macrob.* Locellus, & Locelli, *Mart.* Paſceolus, *Plaut.* Bulga, *Var.*

Crus] Tibia, *Celſ.* Internodium, *Ovid.*

Cruſtare, vid. *Incruſtare.*

Cryſtallus] Glacies lapideſcens.

Cubare] Diſcubare, *Plaut.* Recubare, *Virg.* Decumbere,

Digitized by Google

re, *Col.* Decubare, *Apul.* Accubare eodem lecto, *Liv.* Recumbere, *Cic.* Jacere ad quartam, *Hor.* Accumbere, *Plaut.* Incubare, *Id.*

Cubare in latus] Incubitus lateris dextri valetudini conducit, *Plin.* Cubitus in latera conducunt adverſùm deſtillationes, *Id.*

Cubitum ire, vid. *Ire cubitum.*

Cubiculum] Conclave, *Cic.* Dormitorium, *Plin.*

Cubicularius] Præpoſitus cubiculo, *Suet.* Super ſomnum ſervus, *Curt.* A cubiculis.

Cubitus] Oſſa cubita, *Hippoc.* Ulnis complecti, *Claud.*

Cuculus] Coccyx, *Plin.* Cucus, *Plaut.*

Cudere] Procudere enſem, *Hor.* Ducere ære effigiem, *Apul.* Igni res tractare, *Lucr.* Stringere ferrum, *Plin.*
In formam calidæ percuſſit pondera maſſæ, *Lucr.*

Cudere monetam] Signare argentum, *Cic.* Nummos figurare, *Lamp.* Percutere nummos unâ formâ, *Sen.* Ferire pecunias, *Plin.*

Cujas?] Cujatis? *Plaut.* Unde es gentium? *Id.* Qui genus? Unde domo? *Virg.*

Culcitra] Subſtramen, *Var.* Culcitrula, *Plaut.* Culcitella, *Lipſ.*

Culex] Culex aculeatus, Conopœorum æſtiva animalia, *Plin. Scal.* Centrinęs, *Plin.* Humoris alumnus, *Virg.* Sanguiſuga, *Hor.*

Culina] Coquina, *Non.* Coquinula, *Sipont.* Fœdiſſimum patrimoniorum exitium, *Sen.*

Culinarius] Focarius, *Sipont.* Coquinarius culter, *Var.* Coquinatorius, *Ulp.*

Culmus] Culmus cerealis, fragilis, *Virg.* Calamus avenæ. Avena, *Plin.* Stipula, culmen fabæ, *Ovid.*

Culpa, vid. *Crimen.*

Culpam pœna ſequitur] Peccati pœna ſæva ſatelles.

Culpa in eo eſt] In culpâ, in crimine eſt. In noxiâ eſt. Acceptum illi referendum. Tenetur culpâ. Reſidet in eo culpa hujus rei. Culpam ejus rei ſuſtinet. Eſt in vitio, *Cic.* Per te ſtetit, quo minùs fierent hæ nuptiæ. Ipſe ſibi injurius

rius eſt. Meritum meum eſt. Penes te culpa eſt. Hæret in eo culpa, *Ter.* Tu es huic noxæ obnoxius, *Attius.* Admiſit in ſe culpam caſtigabilem, *Plaut.* Admittere in ſe delictum: noxiam, *Ter.* Culpam, *Liv.*

Culpandus] Reprehenſione dignus. Caſtigabilis, *Plaut.* Accuſandus, *Ter.* Obeliſco dignus, *Er.* Culpabilis, *Apul.*

Culpare, vid. *Vituperare.*

Culter] Cultellus, *Var.* Machærium, *Plaut.*

Cultus, vid. *Religio.*

Cumulatè, vid. *Effuſè.*

Cunctari] Reſtitare, *Ter.* Cunctanter prodire. Tergiverſari, *Cic.* Dubitas dicere? *Plaut.* Hærere. Muginari, *Cic.* Tardari, *Caſ.* Tardè conari, *Feſt.*

Cunctanter] Tergiverſanter, *Pater.* Reſtitando, *Plaut.* Manu longâ, *Iavol.* Cunctabundi & reſtitantes, *Liv.* Retractans, *Col.* Strigoſus (à bubus, qui ſtrigant, i. quieſcunt.) *Lucil.*

Cunctator negotii] Diphilus ædificat, *Cic.* (qui architectus fuit tardiſſimus) Fabio cunctantior, *Er.* vid. *Impromptus.*

Cuniculus ſub terra] Suffoſio, *Sen.* Foſſura, *Vitr.* Specus agere, *Id.* Subruere mœnia cuniculis, *Liv.*

Cupediæ] Cupedia, *orum*, *Plaut.* Cruſtula, *pl.* Scitamenta mellita, *Apul.* Dulcia, *Lamp.* Matteolæ ſuaves, *Arnob.* Pulpamentum, *Cic.* Popinæ potiùs, quàm epulæ, *Id.* Vinum, pemma, *Var.* Irritamenta laſſæ voluptatis, ultra neceſſitatem laceſſentia, *Sen.* Popinalis luxuria, *Apul.*

Cupedinarius] Cruſtularius, *Sen.* Scriblitarius, *Afran.*

Cupere] Habeo audire quid vellem, *Cic.* Percupidus eſt tui. Poſcere aliquid. Optare & expetere, *Id.* Pervelle, *Cic. Plaut.* Curæ eſt quid ſit, *Id.* Concupere, *Capit.* Avemus aliquid audire, & diſcere, *Cic.* Vellem ſalvam Remp. *Id.* Nimis vellem dari tibi fundam, *Ter.* Nunc ut veniret miles velim, *Plin.* Affectus ſum in illum, *Cic.* Affectus alicui, *Suet.* vid. *Avere. Deſiderare.*

Cupidè, vid. *Avidè.*

Cupiditas] Cupiditas dominatrix animi, projecta ac effrenata. Cupiditatis ſitis, *Cic.* Cupido habendi. Aviditas inexhauſta,

exhauſta. Flamma, *Id.* Inhiatio, *Capit.* Amor, *Cic.* Prolubium, *Laërt.*

Cupidus] Hians avaritiâ. Appetens, Avidus, ſtudioſus. Ardens cupiditate, *Cic.* Cupientiſſimus alicujus rei. Cupitor, *Tac.* Arrectæ mentes, *Virg.* Procax manus, *Sen.* Multivolus, Omnivolus, *Catul.* Calidus redemptor, *Hor.* Multicupidus, *Var.* Libidinoſus gloriæ, *Ter.*

Cur, vid. *Quare.*

Cura] Curatio & adminiſtratio rerum. Conſectatio, *Cic.*

Curabo] Eſt mihi antiquiſſimum. Nihil habeo antiquius. Id mihi in oculis animoque verſatur. Excubat ad me cura Reipub. Tantæ curæ mihi id eſt, ut me nolim admoneri. Dies noctesque nihil curo, niſi ut. Hoc animo ſum, ut ſi in hac cura atque adminiſtratione vita mihi ponenda ſit, præclarè mecum actum putem, *Cic.* Hæc res neutiquam neglectui eſt mihi, *Ter.* Intentus alicui negotio, *Sal.* Cordi eſt mihi, *Lucil.* Suſcipere curam, conferre curam ad. Ponere in aliqua re curam. Curas referre ad. Verſari in cura aliqua, *Cic.* Habere in cura, *Plin.* Tangit me cura, *Virg.* Intendere curam in aliquid, *Liv.* Laborare ut, de famâ laborare. Conſulere, providere, dare aliquid. Aucupari. Agere ut, *Cic.* Inſiſtere rei, *Celſ.* Has res ſtudeo, *Plaut.* Advigilare alicui, *Tac.* Laborari alicui rei, *Sen.*

Curato] Da operam. Enitere Adnitere totis nervis. Illud totis viribus agito. Pro virili conatus ſum. Hoc unum ſtude, ut te in Regis benevolentiam inſinues. Literis incumbas. In hæc ſtudia incumbito. Ad id eluctare. Ad hoc advigila. Vigilandum eſt, qui ſua negotia velit tempore conficere. Manibus pedibuſque connitere. Eò velis equiſque contendit. Huc remis veliſque feſtinat. Hoc ſtudium parvi properemus & ampli. In ea re vehementer eſt ſudatum. In id plurimum laboris eſt exhauſtum, exantlatum. Rem arduam molimur. Summô nixu, ſummâ ope, ſummâ vi, quantum potes adlabora, *Er.*

Curare valetudinem] Dare operam valetudini. Servire, Inſervire, Indulgere valetudini. Suſtentare valetudinem, *Cic.* Curare ægrotos. Curare ſe & ætatem ſuam, *Plaut.*

Digitized by Google

Non curare] Nihil morari. Nulla me hujus cupiditas tenet. Facilè id tranſeo. Non laboro de hac re. Per me iſta pedibus trahantur. Modicè me id tangit. Ne digitum quidem porrigendum in eam utilitatem dicebant, *Cic.* Manum non verterim, quid de me ſentiat, *Apul.* Haud in magno pono diſcrimine, *Liv.* Nihil penſi habere, *Quint.* Meâ causâ quæras vel in medio mari. Alias res agere, *Ter.* Dum pereas, nihil interdico, dicant vivere, *Plaut.* Illud mea nihilo pluris refert, quàm ſi ad ſepulchrum mortuo dicas jocum, *Id.* Ranarum paluſtrium major eſt mihi cura, quàm rerum iſtarum. Nihil moveri, *Prop.* Nullarum rerum candidatus eſt, *Sen.*

Curat quiſque ſua] Sagittario pharetra curæ eſt.

Curabo res meas ipſemet] Mihi curæ erit hoc negotium. Mihi ipſe balneum miniſtrabo.

Curas interdum remittere] Miſcere gaudia curis.

Cura alia poſt aliam] Fluctus fluctum excipit.

Curatio] Procuratio ædium ſacrarum alicui commiſſa. Proviſio poſteri temporis, *Cic.* Procuratio hortorum Veneris eſt, *Var.*

Curia] Prætorium. Sedes ac templum publici conſilii. Senatus, *Cic.* Senaculum, *Val. Max.*

Curio] Magiſter curiæ, *Plaut.* Hetæriarcha, *Bud.* Caput contubernii, *Alc. ex Cic.* Magiſter contubernii, *Crom.* Præfectus ſodalitio. Tribunus & tribuum magiſter, *Henr. Steph.*

Curioſitas] Appetitus rerum novarum, *Amm.* Panurgia, *Quint.* Curioſum eſt ea ſcire velle, quæ ad nos non pertinent, pro curioſitas eſt, *Cic.*

Curioſus] Curioſulus, *Apul.* Percurioſus, *Cic.* Muſca eſt pater meus, *Plaut.* Philotheoros, Cupidus ſpectaculorum, *Cicer.*

Curioſus circa aliena] Agros alienos irrigas tuis ſitientibus. Jupiter quomodo duxerit Junonem novit. Peregrinum negotium ad ſuas moleſtias trahere. Alieno choro pedem inferre. Alienum fundum arare. Alias proſpiciens, non ſibi.

Curio-

Digitized by Google

Curioſus loquax] Curioſus idem & garrulus.

Curioſi exploratores] Curioſus idem ac delator.

Currere] Curſum aliquò tendere, *Liv.* Contendere curſum, *Plaut.* Contendere ad, in. Contendere iter. Ferri, *Cic.* Ferri rapidè, *Virg.* Meare, *Lucr.* Ingredi curſim.

Currere certatim] Vid. *Certatim.*

Curriculò currere] Volare. Rapere ſe. Inflammato ſtudio rapitur claſſis, *Cic.* Contendere magnis itineribus, *Cæſ.* Paſſibus rapidis ferri, *Virg.* Curſu magno, *Cic.* Admiſſo paſſu ſequi, *Ovid.*

Curriculum] Stadium, *Cic.* Xyſtus, *Vitr.* Curriculum ſtadii, *Gell.* Circus, *Cic.* Agonium, *Scal.* Campus Martius, *Cæſ.* Stadiodromus, *pro loco Robert.* Heptaſtadium, *Amm.* Hiera, *Sen.* *Media linea in ſtadio.*

In Curriculo currere] Curriculum conficere. Abire curriculo. Stadium currere, *Cic.*

Currus] Rheda, *Cic.* Quadrigæ, *Hor.* Quadrijugus currus, *Vrg.* Bijuge curriculum, *Suet.* Sarracum, *Iuv.*

Curſus] Curriculum lunæ, *Cic.* Curſura, *Varr.* Meatus, *Lucr.*

Curſor publicus] Gerulus literarum, *Plaut.* Servus à pedibus, *Cic.* Hemerodromus, *Liv.* Armillati curſores.

Curtus, Vid. *Brevis.*

Curvare] Inflectere ferrum, *Cæſ.* Lentare arcum, *Ovid.* Arcuare, *Plin.* Cornuare, *Varr.* Concurvare, *Macr.* Obliquare, *Stat.* Lunare, *Ovid.* Detorquere, *Virg.* Delimare, *Varr.*

Curvatio] Curvatura. Incurvatio. Pravitas & diſtorſio membrorum. Obliquitas lineæ, *Plin.* Flexus pulli, *Col.* Flexura vicorum, *Suet.* Diſtortio, *Cic.* Flexuoſa radicum, *Pallad.* Anfractus viarum, *Cæſ.* Curvor, *Varr.* Cornua maris, i. curvitates, *Ovid.*

Curvus] Incurva arbor, *Plin.* Flexuoſus, *Cic.* Obliquus, *Hor.* Sinuoſus, *Ovid.* Diſtortus, *Cic.* Obſtipus, *Col.* Indirectus, *Quint.* Torvus, *Perſ.* Procurvus, *Virg.* Conflexum jugum montis. In anfractum convoluta cornua, *Plin.* Pravus. Pandus, *Ovid.* Enormis, *Tacit.* Limulus, *Plaut.* Limus, & Limis, *Feſt.*

Cupi-

Digitized by Google

Cuſpidatus] Mucronatus. Cacuminatus faſtigio. Muricatus. Faſtigiatus in mucronem vomer, *Plin.*

Cuſpis] Faſtigium tenue mucronis, *Luc.* Vid. *Acies.*

Cuſpidare, Vid. *Acuminare.*

Cuſtodia] Excubitus, *Hirt.* Speculatus, *Plin.* Cuſtoditio, *Sipont.* Excubatio, *Val. Max.* Cuſtodela, *Feſt.* Vigilia, *Cic.*

Cuſtodia rerum non cuivis committenda] Canis caniſtri malus cuſtos.

Cuſtos] Excubitor. Vid. *Vigil.*

Cuſtos rei invidus] Canis in præſepi.

Cuſtodire] Advigilare ad cuſtodiam, *Cic.* Incubare theſauris, *Quint.* Inſervare volucres, *Stat.*

Cutis] Corium, *hominis vivi*, *Plaut.* Cutis ſuperficies, *Gal.* Cuticula, *Celſ.*

Cynoſura] Septemtriones, *Plaut.* Triones, *Virg.* Urſa major, *Sen.* Arctos, *Virg.* Helice, *Lucan.* Plauſtrum, *Sen.* Sarracum, *Iuv.*

D.

DÆmon] Spiritus inſincerus, *Minut.* Malus genius. Genius ſiniſter, *Perſ.* Genius ater, *Hor.* Vid. *Cacodæmon.*

Damnabilis] Vituperabilis, improbabilis, accuſabilis turpitudo. In pejus notabilis. Cadit in vituperationem. Eſt in vitio. In vitio ponitur. Tu tibi hoc criminoſum fore nunquam putaſti, *Cic.* Improbatus, *Vlp.* Accuſandus, *Ter.* Culpabilis, *Apul.* Damnandus, *Ovid.* Condemnabilis, *Pallad.* Obeliſco dignus.

Damnare, Vid. *Condemnare.*

Damnatio] Condemnatio, *Vlp.* Damnatus, *Plaut.* Triſtis ſententia, *Ovid.* Triſtis litera, (*ſcil.* C. nam læta eſt, A; quia inſcriptione illius, rei condemnabantur, hujus verò, abſolvebantur.) *Cic.* Sententia ſanguinaria, *Plin. Iun.* Triſtior nota, *Liv.* Theta mortiferum, *Mart.* Theta nigrum, *Perſ.* Judicium damnatorium, *Cic.* Tabula damnatoria, *Suet.*

Digitized by Google

Damnatus] Addictus morti, *Cic.* Damnatus morti, *Lucr.* Judicatus pecuniæ, *Liv.* Judicatus debiti, *Gell.* Gehennæ mancipium.

Damnatus voti] Damnata voti Civitas, *Siſen.* Damnatus voto. Ejus devotionis me eſſe convictum, lætor, *Cic.* Voti reus, *Virg.* Debitor voti, *Mart.* Damnabis tu quoque votis, *Virg.* Voto ac promiſſo tenetur. Debet votum, *Cic.* Convoti (*ejuſdem voti*) obligatio, *Feſt.*

Damnosè] Damnosè libere, *Hor.* Perniciosè & peſtiferè multa in civitate ſciſcuntur, *Cic.* Nocenter armata crura, *Col.*

Damnoſus] Damni conciliabulum. Damnigerulus, *Plaut.* Scopulus & vorago *Reip.* Calamitas, peſtis, heluo patriæ, Labes & pernicies provinciæ. Buſtum *Reip.* *Cic.* Fractor ferularum, *Sidon.* Noxa, *Scal.* Vid. *Nocivus.*

Damnum] Detrimentum. Incommodum. Jactura. Magnâ mercede (damno) experiri, *Cic.* Intertrimentum, *Plaut.* Noxa, *Ovid.* Noxia, *Vlp.* Diſpendium, *Ter.* Malefactum, ruina fortunarum. Naufragium bonorum. Calamitas, vulnus, clades *Reip.* *Cic.* Tranſire ſine maleficio, maleficentia, *Cæſ.* Lucrum malum æquale diſpendio.

Damnum tolerabile] Cum ſarcinis enatare. Præſtat lanam quam oves amittere.

Damnum multiplicatum] Cum cane ſimul & lorum. Manubrium ad perditam ſecurim abjicere.

Damnum partiale] Prælio victus, non bello.

Damnô meo] Expenſum mihi feras. Fraudi mihi erit, *Cic.* Periculo meo, *Plaut.* Meâ fiduciâ opus conduxi, *Id.*

Damno accepto prudentior] Flammam paſſus, metuit flammam. Piſcator ictus ſapiet. Quæ nocent, docent. Mus picem guſtat. Malo accepto ſtultus ſapit. Poſt acerba prudentior. Tranquillas etiam, naufragus horret aquas.

Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo;
    Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat, *Ovid.*

Damnum ab aliquo avertere] Indemnem ſervare, *Paul. IC.* Indemnitati alicujus conſulere. Indemnitatem præſtare, *Vlp.* Prohibere aliquem detrimento, calamitate. Conſulere famæ,

mæ, fortunæ alicujus. Parcere famæ alicujus, *Cic.* Habere rationem alicujus, *Liv.* Defenſare à calamitate aliquem. Defendere civium pericula, *Cic.* Levare injuriam, *Cæſ.* Contueri pecus, *Col.*

Damnum dare alicui] Damno eſſe alicui, *Plin.* Dare malum alicui, *Ter.* Afferre, Inferre alicui detrimentum, *Cæſ.* Afficere aliquem incommodo. Dare incommodum. Nocere alicui, aliquid, in aliquâ re, *Cic.* Nocere noxam. Committere noxam, *Paul. IC.* Incommodare alicui, *Ter.* Eſſe noxæ alicui, *Liv.* Exitium afferre alicui. Attondere aliquem, *Plaut.* Pauperare. Admordere, Admutilare aliquem, *Id.* Oblimare rem patris. Limare commoda, *Hor.* Arrodere rempubl. *Cic.*

Damnum pati] Detrimentum accipere, capere, facere. Damnum facere, contrahere. Plagam, calamitatem, cladem accipere. Jacturam rei familiaris facere. Obeſt mihi aliquid, *Cic.* Accipere jacturam. Eſt mihi id noxæ. Vertit mihi id in perniciem, *Liv.* Evenit mihi incommodum. Capere incommodum, *Cic.* Noxam contrahere, *Col.* Pati jacturam, *Id.* Evenit mihi damnum. Diſconducit, *Plaut.* Obnoxium eſſe, *Plin.*

Dapes, Vid. *Cibus.*

Dapſilis, Vid. *Opiparus.*

Dare] Deferre, tribuere, largiri, præbere, impertiri alicui laudem, vel, tantum laudis, quantum meretur. Impertitur illi laus. Contribuere laudem alicui. Largiri, conferre aliquid ad aliquem. Facere copiam conſilii. Mandare alicui honores. Concedere alicui primum locum, *Cic.* Præſtare alicui ſalutem, *Sen.* Propinare aliquid alicui, *Enn.* Irrigare, *Quint.*

Non dare] Denegare aliquid alicui, *Cic.* Denegare dare, *Ter.* Negare, *Ovid.* Mihi fortuna divitias invidit, *Apul.* Per me egebit, *Plaut.*

Non dabo] Non dare, definitum eſt. Quod dedi datum non vellem, quod reliquum eſt non dabo. Aliud quidvis impetrari à me facilius perferam, quam ut non, &c. Non remiſſurus es? pro me reſponſas tibi. Non remittes? ſcis jamdu-

Digitized by Google

jamdudum meam ſententiam. *Plaut.* Non do, *Terent.*

Si dabis, dabo] Da ſimul & accipe. Datatim dare ſe.

Dabam, formula in literis] Data Idibus Juniis Cypro. Quarto Calendas ex caſtris (ſubaudi, dabam.) Hæc ad te die &c. Hæc ad te meâ manu. Habes epiſtolam plenam feſtinationis, *Cic.*

Dapifer] Structor menſæ, *Crom.*

Datio] Sine meo datu, *Plaut.* Præſtatio fiſcalis, *Firm.* Datum, *Cic.*

Dator] Largitor. Præbitor, *Cic.* Tributor, Præſtitor, *Apul.*

Datum, in literis] Dies literis adſcripta, *Cic.* Subſcripta, *Bud.*

Dea] Diva, *Virg. Hor.*

Dealbare] Nitorem inducere, *Plin.* Vid. *Albare.*

Dealbatus] Calicatus. Calce politus, *Feſt.* Calcatus, *Sipont.* Opere tectorio exornatus, *Cic.* Tectorio prælitus, *Gell.* Albarium è calce pura, *Vitr.*

Deamare] Amare ut cùm maximè, *Ter.* Amare plus oculis ſuis, *Catul.* Effundi in aliquem. In oculis ferre. Summo ſtudio eſſe in, *Cic.* Effusè diligere. Perire aliquem. Perire afflictim aliquem. Deperire, Demori aliquem. Amicus es mihi germanum in modum, *Plaut.* Deperire amore, *Liv.* Ardere aliquem, *Virg.* Uſque in delicias amare, *Sen.* Effundi in amorem alicujus, *Tacit.* Amore alicujus pectus terere, *Prop.* Amore flagrare, inſanire, *Hor.*

Deambulare] Inambulare domi, *Plaut.* Adambulare ad oſtium, *Id.* Obambulare, *Ovid.* Facere ſpacia, *Cic.* Spatiari in Xyſta, *Id.* Spatiari per, *Plin.* Cornicari ſecum, i. e. ſolum ambulare, *Caſaub.*

Deambulatio] Ambulatio. Inambulatio. Ambulatiuncula, *Cic.* Obambulatio hominum, *ad Heren.*

Deargentare] Incoquere argentum alicui rei. Inargentatus, *Plin.*

Deartuare] Membratim cædere, dividere, *Plin.* Articulatim membra dividere, *Cic.* Artuatim concidere, *Firm.*

Deaſciare] Dedolare partes putridas, *Col.* Dolabrâ abradere,

Digitized by Google

dere, *Col.* Deruncinare, *Plaut.* Polire aſciâ, *Cic.* Circumdolare, *Plin.*

Deaurare, Vid. *Inaurare.*

Deauratus, Vid. *Inauratus.*

Debacchari in aliquem] Invehi in aliquem. Inſatiabilem crudelitatem in aliquo exercere. Depromere, ſaturare crudelitatem ſuam. Omni crudelitate aliquem lacerare, *Cic.* Protelare ſævis dictis aliquem, *Ter.* Intonuit perniciosâ voce collega. Sævire in aliquem, *Liv.* Fulminat armis Æneas, *Virg.* Graſſari in aliquem, *Plaut.* Graſſari adversùs aliquem, *Suet.* Deſævire in aliquem, *Claud.* Expleri crudelitas alicujus aliqua re non poteſt, *Cic.*

Debellare aliquem] Subigere bello aliquem, *Lucr. Liv.* Expugnare oppida, *Plaut.* Profligare hoſtes. Facere ſtragem, edere. Conficere & opprimere hoſtes. Effligere aliquem, *Cic.* Fœdant & proterunt hoſtium copias, *Plaut.* Dare ſtragem. Sternere catervas hoſtium, Proſternere aciem, *Liv.* Fundere copias, *Cæſ.*

Debellato] Debellatum eſt, *Liv.* Depugnato prælio, *Plaut.* Sub hac peſſimi exempli victoriâ, *Liv.* Confecta res eſt, *Cicer.*

Debere] Laborare ex ære alieno, *Cæſ.* Laborare fœnore, *Liv.* In nummis eſſe alicujus. Nomina facere. Grandem pecuniam debere, *Cic.*

Debere alicui multa] Magnopere illi debeo. Debeo illius omnia. Animam illi debeo. Devinctum, obſtrictum me habet. Obligavit me ſibi. Acceptum illi refero, quòd vivam, *Cic.* Oculos alicui debere, *Catul.* Debitor ſum vitæ, *Ovid.* Obnoxii ſibi erimus propter hanc rem, *Plaut.*

Qui debet, ſolvat] Qui non habet in ære, luat in corpore.

Debilis] Imbecillis natura. Perimbecillus. Imbellis. Perinfirmus. Remiſſus. Languidus. Vacillans amicitia. Impotens & inſanus, *Cic.* Debile homo, *Enn.* Laxus, *Virg.* Vacuus virium, *Plaut.* Fluidi lacerti, *Ovid.* Virium modicarum, *Paterc.* Delumbis. Fragilis. Fluidus. Dilabidus. Obnoxius, *Plin.* Invalidus, *Liv.* Enervis, *Quint.* Victus ſenex. *Ter.*

Digitized by Google

Ter. Quaſſabile munimen. *Lucr.* Lapſabunda fundamenta. *Sen.* Elumbis, Elumbus, *Feſt.* Ficulnus gladius. Tenuis ſpes. Tener animus, *Cic.* Fictilis homo. Languidior tenerâ betâ, *Catul.* Plumbeo gladio jugulare. Debile homo, *Lipſ. ex Enn.*

Debilitare] Enervare vires, *Hor.* Languorem afferre. Membra ſolvere. Incidere vires, pennas. Dare ad languorem, *Cic.* Infirmare, *Liv.* Subnervare, *Apul.* Labefacere, *Ter.* Convellere vires, *Celſ.* Vires infringere, *Prop.* Solvere, *Ovid.* Collabefactare, *Id.* Nervos frangere, *Quint.* Delumbare, *Plin.*

Debilitari] Labare. Deficere me incipiunt vires. Vacillat. Frigere, *Cic.* Labaſcere, *Lucr.* Lenteſcunt tempore curæ, *Ovid.* Flacceſſere, *Col.* Frageſcere, *Non.* Frangi. Infirmari. Inveteraſcit fervor, *Cic.* Inclinatæ ſunt vires. Torpere, *Liv.* Relenteſcit amor, *Ovid.* Succidunt genua, *Plaut.* Infuſcatur vox, *Plin.* Exoleſcere, *Tacit.* Rapidè ſe habere, *Suet.* Reſolvuntur homines vino, *Celſ.*

Debilitas] Imbecillitas. Infirmitas. Infractio animi. Fragilitas, *Cic.* Impotentia, *Ter.* Invalentia, *Apul.* Languor corporis, animi, *Cic.*

Debiliter] Languidè procedere, *Col.* Infirmè animatus. Imbecillius aſſentiri. Remiſsè agere. Remiſſius dicere. Jejunè diſputare, *Cic.* Infœcundè & jejunè laudare, *Gell.* Leviter eruditus, *Cic.* Vapidè ſe habere, *Suet.* Digitulis primoribus tenere aliquid, *Plaut.*

Debitor] Æratus homo. Nomen, *pro debitore,* Omnia debet præter animam, *Cic.* Animam debet, *Ter.* Trico nummarius, *Lucil.*

Debitum] Æs alienum. Nomen, *Cic.* Creditum, Credita pecunia, *Sen.*

Debitum contrahere] Æs alienum facere, cogere, conflare. Alieno ære opprimi. Incidere in æs alienum, *Cic.*

Debitum exigere] Nomen vel nomina exigere. De nomine compellare aliquem, *Cic.*

Debitum ſolvere] Ære alieno ſe liberare. Ære alieno exire. Levare æs alienum. Nomina explicare, expedire, diſſolvere,

vere, *Cic.* Luere æs alienum, *Curt.* Nominibus reſpondere, *Sen.* Nomina expungere, *Plaut.*

Decalogus] Decem verba, *Iſid.* Duæ tabulæ legis. Duarum tabularum lex, ut apud Romanos duodecim tabularum leges. Teſtamenti tabulæ. Tabulæ lapideæ, ſcriptæ digito Dei, *ex Gr.*

Decantatus, Vid. *Notus.*

Decem] Deni humores, *Cic.* Bis quinque. Bis quini, *Virg. Mart.* Decas, *Sipont.* Decuſſis, *Vitr.* Decuria, *Trebell.*

Decemvir] Decem primi, *Cic.* Decaproti, *Vlp.* Demiurgus, *Liv.*

Decemviratus] Collegium decimvirale, *Cic.* Decemprimatus, *Bud.* Decaprotia, *Id.*

Decus] Congruens. Conſentaneus. Perappoſitus. Forma appoſita ad dignitatem. Idoneum dignitate tuâ, *Cic.* Perdecorum, *Plin.*

Decenter] Decentiſſimè. Decorè. Ad rerum dignitatem aptè loqui. Minimè indecore. Convenienter. Ritè. Bono modo, *Cic.* Competenter. Competentiſſimè, *Apul.* Condignè. Condecenter. Condecore, *Gell.*

Decentia] Decentiam oculi judicant. Decorum. Condecentia, *Cic.* Congruentia, *Plin.*

Deceptio] Fruſtratio, *Varr.* Fraudatio. Captio. Fucus. Circumſcriptio, *Cic.* Prævaricatio, *Plin.* Circumductio argenti, *Plaut.* Fallacies, *Apul.*

Deceptor] Defraudator, *Sen.* Fraudator. Circumſcriptor. Ex fraude, fallaciis, mendaciis conſtat totus, *Cic.* Impoſtor, *Vlp.* Præſtigiator, *Plaut.* Præſtrigiator, *Camer.* Callens miris modis ad fallendum, *Amm.* Architector, *Vlp.* Vid. *Doloſus. Veterator.*

Deceptor deceptorum decipit] Cretenſis Cretenſem.

Decernere] Pronunciare. Pronunciare ſententiam, judicium, *Cic.* Edicto ſancire. Edictum edicere. Decretô ſtatuere, *Cic.* Interloqui, *Vlp.*

Decerpere fructus] Decerpere fœtus arborum, *Plin.* Legere mala ex arbore, *Virg.* Deligere ficus, *Feſt. Ovid.* Vellere mala, *Tibull.* Intervellere poma, *Col.* Stringere glandes, *Plin.* Cogere oleam, *Cat.* De-

Digitized by Google

Decet] Simulare non dedecet. Convenit in me aliquid. Conſonum eſt. Conſentaneum eſt, quæ perſonis conſentiunt. Rectum eſt. Eſt humanitatis veſtræ. Boni judicis eſt. Cadit, vel non cadit in illum, *Cic.* Addecet. Condecet. Aliam ætatem aliud factum convenit, *Plaut.* Competit illi, *Suet.* Meum eſt, *Ter.* Facias, quod te dignum eſt, *Id.*

Decidere] Vid. *Cadere.*

Decîdere] Vid *Dijudicare.*

Decidunt folia] Folia arboribus decidunt. Nudatur arbor foliis. Deperdunt arbores folia. Cadunt arbori folia. Arbor folia amittit. *Plin.* Ex arboribus cadunt folia, *Plaut.*

Deciduus] Cornua cervorum decidua. Capilli defluі, *Plin.*

Decima] Decuma. Decuma pars, *Cic.* Decima pars, *Plaut.*

Decimus] Poſterior nono eſt, undecimóque prior.

Decimus octavus] Duodeviceſimus. Octavus decimus, *Plin.*

Decipere aliquem] Fallere aliquem, *Cic. Caſ.* Dare verba alicui. In errorem inducere. Fucum facere. Fraudare. Imponere alicui. Ludere, deludere aliquem. Pervertere aliquem aliquo artificio. Circumvenire, Circumſcribere aliquem, *Cic.* Defraudare. Sublinere os alicui. Intervenire aliquem. Verba alicui per diverticulum dare. Adire manum alicui. Tangere aliquem bolo. Palpum alicui obtrudere. Perſabricare aliquem, *Plaut.* Supplantare, *Sipont.* *Quaſi pedem ſupponere*, *Non.* Eludere aliquem, *Hor.* Obrepere alicui, *Vlp.* Ille contrà calvi ſe ratus, *Saluſt.* Circumducere aliquem per dolos. Fucum facere alicui, *Plaut.*

Decipi] Falli opinione. Duci errore. Labi per errorem. In magno errore eſſe, verſari. Objectus eſt mihi error. Induci, rapi in errorem. Hallucinari, *Abſ.* Hallucinari aliquid. Feſellit me, vel ſpem meam aliquid. Rapi in fraudem, in errorem. Inferri in fraudem. Decepit exſpectationem meam. Optatis meis non reſpondit, *Cic.* Imprudenti mihi obrepſit, *Plaut.* Deerravi ſententiâ, *Col.* In caſſum hiavit, *Apul.* Procul avius erras. Longè avius à verâ ratione vagaris, *Lucr.* Excidit uxore, *Ter.* Spe præſumptâ fruſtratus, *Amm.* Murem cepit decipula, *Adag.*

Digitized by Google

Decipi facilis] Cui verba dare facilè eſt, *Ter*.

Declarare] Illuſtrare dubia. Illuminare. Lumen verbis adhibere. Afferre lucis aliquid rei. Afferre lumen memoriæ. Dilucidare rem, *Cic.* Dare lumen rei, *Quint.* Clarificare, *Sipont.* Gaudeo me nactum eſſe opportunitatem, quâ meum erga te amorem declarare poſſim, *Er.*

Declaratio] Illuſtramentum. Illuſtratio, *Quint.* Lumen. Lux, *Cic.*

Declinare ab aliquo] Retrahere ſe ab ictu, *Ovid.* Declinare ictum, *Liv.* Refugere tela. Subterfugere periculum, *Cic.* vid. *Vitare.*

Declivis] Proclivum ſolum, *Varr.* Devexus molliter collis. Clivoſus locus, *Col.* Cliva loca, *Cat.* Inclinatus, *Pallad.*

Declivitas] Devexitas loci, *Plin.* Proclive. Proclivitas. Clivus, *Cic.* Terræ libramentum in alteram partem propenſius, *Col.*

Decoctum] Decoctura, *Plin.*

Decollare] Capite plectere aliquem. Obtruncare puerum. Jugulare aliquem. Securi aliquem ferire, *Cic.* Decidere alicui collum, *Plaut.* Decutere enſe caput, *Ovid.* Capite punire, *Plin. Iun.* Truncare, *Val. Argon.* Demutilare virgarum cacumina. Præcidere uno ictu arborem, *Col.* Detruncare caput, *Ovid.* Caput enſe auferre, *Virg.* Capite diminuere.

Decollatus] Jugulatus, *Ovid.*

Decolor, vid. *Deformis.*

Decoquere] Defervefacere, *Plin.* Uſque coquitare, dum dimidium excoquas, *Cat.*

Decorare, vid. *Ornare.*

Decor] Decus ſenectutis. Decora fanorum. Lumen. Splendor. Ornamentum, Ornatus. Exornatio, *Cic.* Decoramen majorum, *Sil.* Decoramenta, *Arnob.* Honeſtamento virtus non eget, *Sen.* Color, Venus, *Quint.*

Decoratus[Cultus, politus, perpolitus in dicendo. Perornatus, expolitus, exornatus. Quo nihil poteſt eſſe pictius. Tinctus elegantiâ, literis, *Cic.* Decoribus armis, *Saluſt.* Specioſa eloquentia, *Quint.* vid. *Pulcher.*

Digitized by Google

Decorè] Ornatè : Concinnè, politè, ſplendidè dicere. Luculentè ſcribere, *Cic.* Comtè, *Feſt.* vid. *Pulchrè.*

Decorus] Decori perquam ſtudioſus. Omnia accuratè, decenter, ad amuſſim agit. Homo è palæſtra. Palæſtrâ conſtitutus.

Decrementum] Detrimentum ſentit dies, *Sen.* Decreſcentia, Senium lunæ, *Vitr.*

Decreſcere, vid. *Minuitur.*

Decretorius, vid. *Irrevocabilis, Hor.*

Decretum] Sententia. De conſilii ſententiâ pronunciant, *Cic.* Pronunciatio, Edictum, *Id.*

Decretus] Decreta ſupplicatio. Indictum funus, *Cic.*

Decumbere] Collocare ſe in cubili. Ponere ſe toro, *Ovid.* Componere ſe thalamo. *Virg.* Sternere corpus ſomno, *Liv.* Dare corpus ſomno, *Ovid.* Quin lectis nos actutum commendamus? *Plaut.*

Decuria] Contubernium, *Amm.*

Decurio] Decanus. Caput Contubernii, *Veget.* Decarchus, *Vall.*

Decurrere] Curſum conficere. Ad callem decurrere, *Cic.* Contingere curſu metam, *Horat.* Tangere metam, *Ovid.*

Decurtare, vid. *Contrahere.*

Decuſſare] Ducere lineas duas obliquas in decuſſes, *Plin.* In tetrantem devidere, *Aggun.*

Decuſſatim] In crucem expanſa vela, *Feſt.* Cancellatim reticulatus, Cancellato implexu brachiorum, *Plin.*

Decedet] Indignus es, qui faceres. Non eſt mea ſimulatio, *Ter.* Non cadit in bonum virum mentiri. Si quid dedeceat in illis, vitemus & nos, *Cic.* Indecet, *Plin. Iun.*

Dedecus] Ego has indignitates diutiùs patiar? *Liv.* Flagitium. Magnum pauperies opprobrium, jubet & quidvis facere, & pati, *Horat.* vid. *Contumelia.*

Dedere ſe] Deditionem facere, *Quint.* Subire, *Caſ.* Concedere in deditionem alicujus, *Liv.* Dedere manus, *Lucr.* Dare manus, *Cic.* Arma ſubmittere. Vitam rogare, *Sen.* Emancipare ſe alicui, *Plaut.* Subſternere, *Val. M.* Submit-

Digitized by Google

tere faſces, *Cic.* Dare, porrigere alicui herbam, *Feſt.* id eſt, *palmam*, vel *victoriam*, *Non.*

Dedicare librum alicui] Dicare opus nominatim, *Plin.*

Dedicatio] Dicatura. Nuncupatio, *Plin.* Devotio. Conſecratio ædis, *Cic.* Encœnia, *Auguſt.* Sacratio, *Macr.* Initia, *Liv.*

Dedignari, vid. *Contemnere.*

Dediſcere] Deſueſcere, *Liv.* Deſuefieri, *Varr.* Sublata eſt conſuetudo ignoſcendi, *Cic.*

Dedititius] Nulla ſervitus infelicior, quàm meretricum deditium eſſe. Is planè liber eſſe deſiit, qui vitiorum eſſe deditius cœperit, *Er.*

Deditus] Submiſſus alicui. Nulli naturæ ſubjectus eſt Deus, *Cic.* Qui in ditione, poteſtate, imperio alterius eſt. Mancipatus alicui, *Id.* Obnoxius alicui, *Plaut.* Sapiens nullius mali patiens eſt, *Sen.* Emancipatus miles fœminæ, *Hor.* Devotus, *Cæſ.* Obnoxioſus, *Plaut.*

Dedocere] Deſuefacere aliquem ab, *Cic.* Deſueo & deſueſco aliquem, *Titin. apud Non.*

Deducere aliquem in viam] Inducere in viam, *Var.* Reducere in viam, *Plaut.* Reducere errantem, *Plin.*

Deducere aliquem domum] Proſequi aliquem abeuntem uſque ad. Ornare & celebrare egreſſum alicujus frequentiâ. Comitari alicui: & Comitari aliquem ad, *Cic.* Comitem ſe præbere alicui, *Id.* Comitari iter alicujus, *Virg.* Traducere pompam, *Ter.*

Deerrare, vid. *Aberrare, deviare.*

Deeſſe] Deſit mihi aliquid, *Plaut.* Deficit illum fides. Deficiunt me omnia. Carere eſt egere eo, quod habere velis. Egere rebus omnibus. Indigere alicujus rei, & aliquâ re, *Cic.* Quid illi abeſt? Arbitrabantur non defore, *Id.* Deficitur aquâ ſalienti hæc amœnitas, *Plin. Iun.* Deficior rebus omnibus, *Col.* Egere rationis, *Mart.* Deſideratur aliquid, *Cæſ.* Deliquum eſt, *Plaut.* Carere aliquâ re, *Cic.* Carere alicujus rei, *Ter.* Carere aliquam rem, *Plaut.* Non ad numerum ſunt coloni. Partem abeſſe numero ſenſit, *Liv.*

Deeſt cuique aliquid] Nemo mortalium omnibus horis ſapit.

pit. Nemo ſine crimine, *Cat.* Nulli ſunt viſi, qui carue-re Niſi.

Defæcatur vinum] Subſidunt fæces in fundis vaſorum, *Col.* Eliquatur à fæcibus vinum. Omni fæce carens. Vinum vetuſtatis ſaporem ſumit. Fæculentum redditur limpidum. Deliquantur turbida. Conſidunt, *Id.* Defæcare ſenectutem vini, *Tertull.*

Defæcatum] Eliquatum à fæcibus vinum. Muſtum eliquatum. Fœcibus carens, *Col.*

Defalcare, barbarè] Deducere ex ſalario, *Cat.* Deductionem facere, *Cic.*

Defatigare, & ri, vid. *Fatigare.*

Defatigatio, defatigatus, vid. *Fatigatio.*

Defectio] Rebellio, *Cæſ.* Rebellium, *Liv*, Rebellatio, *Val. Max.* Defectus legionum, *Capit.*

Defector, vid. *Apoſtata.*

Defendere] Tutari. Tegere alicujus ſalutem præſidio. Protegere. Defendere, conſervare, propugnare commoda patriæ. Vindicare à. Cauſam alicui tutari. Suſtinere. Adeſſe alicui contra aliquem, *Cic.* Partes alicujus agere, ſuſtinere, *Id.* Tutari præſidio, *Hor.* Tueri aliquem, *Cic.* Patrocinari alicui, *Plin.* Defenſo aliquem injuria, *Plaut.*

Defenſio] Tuitio ſui. Propugnatio dignitatis. Patrocinium ſuſcipere, vel repudiare alicujus. Apologiſmus, *Cic.* Apologia, *Apul.* Cauſæ dictio, *Cæſ.* Dicæologia, *Rutil. Lupo.*

Defenſor] Propugnator. Patronus civitatis. Conſervator urbis. Servator mei capitis, *Cic.* Protector, *Firm. Spart.* Tutor finium, *Hor.* Tutanus, *Varr.* (Deus, qui laborantes tutari putabatur] Manſtator, *Plaut.* Aſſertor, *Suet.* Defenſtrix, *Cic.* Patrona, *Id.* Vindex honoris, *Plaut.*

Deferre aliquid aliquò] Perferre aliquid ad aliquem, alicui nuncium. Aſportare aliquid ad locum aliquem, *Cicer.* Mea ornamenta clam me ad meretrices degerit, *Plaut.*

Deficere viribus] Defici viribus, *Cic.* Effluunt vires laſſitudine, *Liv.* Deficit anima per æſtum, *Celſ.* Linquere animam,

Digitized by Google

mam, *Lucr.* Linqui animô, *Suet.* Reliquit me animus, *Plaut.* Sopiri, *Liv.* Per lætitiam linquitur animus, *Var.* *Malè eſt mihi.*

Definire aliquid alicui] Statuere locum colloquio. Deſtinare tempus & locum alicui rei, *Liv.* Prodere diem judicii. Deſcribere duodena jugera in homines ſingulos, *Cic.* Dicere diem nuptiis, *Ter.* Attribuere alicui negotium, *Cæſ.* Conſtituere locum. Deſignare fines. Præſtituere tempus, *Cic.* Notare locum, *Virg.*

Definitè, vid. *Expreſſè.*

Definitio] Deſcriptio. Deſignatio temporum. Perſcriptio legis. Determinatio mundi. Præſcriptio naturæ. Terminatio rerum expetendarum. Circumſcriptio temporis, *Cic.* Si extra hos cancellos egrediar, quos ipſe mihi circumdedi, *Id.* Deſcriptiuncula, *Sen.* Finitio, *Quint.* Limites, *Col.*

Definitum eſt, vid. *Certum eſt.*

Deflagrare. vid. *Comburi.*

Deflectere, vid. *Aberrare.*

Deflere] Deplorare calamitatem. Lugere vitam hominum. Patriam eluxi jam & graviùs & diutiùs, quàm ulla mater unicum filium, *Cic.* Nondum comploratâ morte, *Id.* Comploratu proſequi mortuos, *Liv.* Complorare fortunam, *Quint.* Vide *Flere.*

Defluere] Defluit aqua, *Virg.* Deſtillat humor ex capite. *Celſ. Col.* Superlacrymat, *Col.*

Defodere in terram aliquid] Obruere theſaurum alicubi, *Cic.* Obruere aliquid tellure, *Ovid.* Obruere aliquid in terra, Sarmenta infodere, *Cat.* Humare taleas, *Col.* Inhumare taleas, *Plin.* Præfodere aurum. Demerſa humi dolia, *Col.*

Deformare, vid. *Contaminare.*

Deformatus in facie, vid *Stigmaticus.*

Deformis] Turpis, deformis aſpectus. Diſtortus. Diſtortiſſimus homo, Fœdus. Maculoſus. Improbiorem non vidi faciem mulieris. Inſignis ad deformitatem. Monſtrum hominis, *Cic.* Invenuſtus, *Col.* Decolor cutis, *Plin.* Deculpatum & dehoneſtum verbum, *Gell.* Improbus amor, *Virg.*

Fœdum

Digitized by Google

Fœdum monſtrum, *Cic.* Informis, *Virg.* Cadaveroſus, *Ter.* Cadaveris inſtar formóſus. Teter color, *Lucr.*

Deformitas] Fœditas vultus, *Plin.* Decoloratio, *Cic.* Pravitas in actionibus, *Id.* Maculatio, *Apul.*

Deformiter, vid. *Turpiter.*

Defraudari, vid. *Decipere.*

Defraudator] Circumforaneus homo, *Suet.* Circulator. Planus, *Cic.* Circumventor, *Lamp.* Biſpellio, *Plin.* Verſipellis, *Plaut.* Veterator, *Ter.* Veteratrix, *Apul.* Æruſcator, *Gell.* Calophanta, *Plaut.* Halapanta, *Feſt.* & Holophanta. Callens miris modis ad fallendum, *Amm.* Agyrtes, *Rhod.* vid. *Deceptor.*

Defricare aliquid] Effricare rubiginem, *Sen.* Depolire, *Plin.* In ſplendorem dare, *Plaut.* Extergere rubiginem, *Id.* Extergere. Exterere cutem in facie, *Plin.* Exterere literam, *Var.* Atterere, *Virg.*

Defugere aliquid. vid. *Recuſare.*

Defunctus, vid. *Mortuus.*

Defungi aliquâ re] Perfungi bello, curâ, laboribus, periculis, *Cic.* Perfunctus ſum opellâ, *Lucr.* Amittere, *Ter.* vid. *Finire.*

Degener ad rem aliquam] Degener virtutis patrum, *Sil.* Degener patrii oris, *Ovid.* Indignus majoribus, *Cic.* Abortivi Senatores, *Suet.* Paterni nominis oblitus. Paternam cantionem non canit, *Adag.* Teterrimis ignaviæ ac nequitiæ ſordibus imbuta nobilia portenta, *Val. Max.* Dii boni, quas *tenebras* ex quo fulmine naſci paſſi eſtis? Deformes umbras in imo gurgite turpitudinis ſuæ jacere ſinam? *Id.*

Degenerare] Degenerare à gravitate paternâ; à moribus majorum. Deſciſcere à conſuetudine majorum, *Cic.* Heroum filii noxæ, *Adag.* vid. *Deſciſcere.*

Degeneravit] Ab animo periit. Argentum verſum eſt in ſcoriam. Exuto homine in feram tranſiit.

Deglubere, vid. *Excoriare.*

Deglutire], Sorbere ovum, *Plin.* Delingere plenum cochleare, *Celſ.*

Digitized by Google

Degere alicubi, vid. *Habitare.*

Degradare, barbarè, vid. *Deponere ab officio.*

Dehinc] In poſterum proſpicere. In reliquum tempus ſancit. Ad poſterum. De reliquo jam noſtra culpa fuerit, *Cic.* De cætero, *Sen.* In reliquum, *abſ. Quint.* Dehinc cæterum valete, *Plaut.* Deinceps. In poſteritatem. Poſt hac, *Cic.* In futurum, *Liv.* *Cætera* parce puer bello, *Virg.* Cæterò, *Plin.*

Dehiſcere] Dehiſcit cœlum, *Ovid.* Diſſiluêre loca, *Virg.* Diſcedit, *Cic.* Fatiſcit area, *Virg.* Hiat humus vaſta & profunda, *Sal* Labes terræ vaſtas video in immenſum diſcedere, *Bud.*

Dehortari aliquem ab aliquâ re] Diſſuadere aliquid alicui. Diſſuadere de re. Depellere aliquem ſententiâ. Detrudere. Dejicere de ſententiâ. Deducere de mente & conſilio aliquem. Revocare ab incœpto, à conſilio, *Cic.* Demovere aliquem de ſententiâ, *Plaut.* Movere aliquem de ſententiâ, *Liv.*

Dejectus, vid. *Demiſſus.*

Dejerare, vid. *Iurare.*

Dejicere aliquem] Dejicere araneas de foribus, *Plaut.* Dejicere equo, *Liv.* Projicere ſe ex navi, *Cæſ.* Abjicere ſe è muro in mare. Jacere ſe in profundum, *Cic.* Vid. *Præcipitari.*

Deinde] *Poſthac.* Dein, tum, poſtea, Exin, Exinde. Pòſt aliquanto. Poſteriùs iſta videbimus. Secundùm ea quæro. Secundo loco. Deinceps, *Cic.* Poſt hinc, *Virg.* Poſt inde, *Suet.* Poſteriùs, poſt hoc, *Lucr.* Poſtmodum, *Ter.* Poſtmodo, *Liv.* Poſt illa, *Plaut.* Poſt id locorum, *Id.* Subinde. Non, ſi malè nunc, & olim ſic erit, *Horat.* Exhinc, *Lucr.*

Dejugare, vid. *Abjugare.*

Delabi, vid. *Incidere.*

Delebilis] Deletitius, *Vlp.*

Delectabilis] Delicatus ſermo. Delicatiſſimi verſus. Habet ea res delectationis, quantum voles. Habet ea res delectationem. Mellitus puer, *Cic.* Voluptarium prædium, *Vlp.* Delectatior motio, *Gell.* Voluptabilis nuncius, *Plaut.* Voluptuoſum eſt inviſere, *Plin. Iun.* Deliciæ pueri, *Plaut.*

Delectabiliter] Delicatè cœnare, *Varr.* Jucundè, jucundiſſimè

Digitized by Google

diſſimè vivere, *Cic.* Molliter ſe curare, *Ter.* Malacum in modum. Lepidè ſtratus lectus, *Plaut.* Genialiter agere feſtum, *Ovid.* Voluptuosè.

Delectamentum] Delectatio. Animi libera oblectatio. Oblectamentum puerorum. Animi causa fecit. Jucunditas. Eſt mihi aliquid voluptati. Solatium magnum eſt vacare culpâ, ocellus. Deliciarum causâ loris aliquem in convivio cædere, *Cic.* Magis in decoris armis, & militaribus equis, quàm in ſcortis & conviviis *libidinem* habebant, *Saluſt.*

Delectare aliquem] Delectationem alicui afferre. Oblectare aliquem. Exhaurire ſermone ſolicitudines. Reddidiſti me mihi, *Cic.* Me depoſitum ac mœrentem repentino nuncio *alacrem reddidiſti*, ac me ex luctu *in lætitudinem excitâſti*, *Accius, Non.* Ego illos *lubentiores faciam*, quàm lubentia eſt. Creare alicui voluptatem, *Plaut.* Beare aliquem, *Hor.* Reddere alicui animum, *Ter.* vid. *Exhilarare.*

Delectari] Delector hac re. In hac re. Eſt mihi in deliciis, in amore, in amoribus. Oblector hac re. Delectationi mihi eſt, Perſtudioſus ſum muſicorum, *Cic.* Oblectat me aliquid, *Plaut.* Habeo voluptati aliquid, *Saluſt.* Gaudeo carmine, *Hor.* Amo ſilvas, *Ovid.* Capior jocis, *Virg.* vid. *Deliniri.*

Delectus, a, um] Lecti juvenes. Lecta juventus. Exercitus ſuperbiſſimo delectu, & duriſſimâ conquiſitione collectus. Conquiſiti milites. Vir à viro lectus, *Cic.*

Delectus] Electus necis, *Ovid.* Selectio rerum. Optio, delectus & diſcrimen rerum, *Cic.* Tros Tyriuſque mihi nullo diſcrimine, *Virg.* Magnâ diligentiâ eligi oportet, *Veget.*

Delectu opus] Delige quod diligas.

Delegare officium ſuum alicui] Demandare vicem ſuam alicui, *Suet.* Tranſcribere nomina, fundum, jus ſuum in aliquem, *Liv. Ulp.* Transfundere jus, *IC.* Laudem, *Liv.* vid. *Committere aliquid alicui.*

Delegatus judex] Recuperator, Prædiator, *Cic.* Juris prædiatorii vel prædialis peritus, *Bud.* Arbiter regundis finibus, *Lipſ.* Regundorum finium præfectus, *Cromer.*

Delere] Lituram facere, inducere, *Cic.* Delitæ literæ, *Priſc.* Spongiâ corrigere, *Lipſ.* Vid. *Abolere. Perdere.*

Dele-

Deletor] Confector & conſumptor. Exſtinctor conjurationis. Perditor Provinciæ. Exterminator Reipubl. *Cic.*

Deliberare] Deliberationem de aliquâ re habere. Cogitationem ſuſcipere. Spatium deliberandi habere. Deliberandum & concoquendum tibi eſt. Te adhibe ad conſilia, *Cic.* Rem ſecretis cogitationibus agitare, *Tac.* Argumenta in corde conſtituere. Convocare in animum conſilia. Senatum conſilii in cor convocare, Conſiliarium ſenatorem in corde convocare, *Plaut.* Etiam atque etiam cogitare, *Ter.*

Deliberare in utramque partem] Calculos utrimque ponere. Penſiculare utrumque, *Gell.*

Deliberatio] Nulla tibi hic jam conſultatio eſt, *Ter.* Cunctatio decora in ſermone, *Plin.* Conſilii capiendi deliberatio, *Cic.*

Deliberator] Contemplativus, *Sen.* Speculativus, *Quint.* Nunquam cunctabundus niſi cum in ſenatu loqueretur, *Tac.* Speculator, *Cic.* Cunctator, *Liv.* Ephectici Philoſophi, (i.e.) *Cunctatores, qui nihil definiebant, ſed amplius ſe deliberaturos dicebant*) Sceptici, *Bud.* Opinatores, *Cic.*

Delibare, Vid. *Guſtare.*

Delibrare] (i. e. *Librâ expendere*) Dependere aliquid librâ. Rependere aliquid argento, *Plin.* Repenſum aurô caput. Repenſum aurum pro capite, *Cic.* Expendere aliquem auro, *Plaut.* Penſare aliquid argento, *Col.*

Delibutus, Vid. *Unctus.*

Delicatè vivere] Molliter & delicatè, *Cic.* Molliter ſe curare, *Ter.* Facere ſibi voluptatem. Facere animo ſuo volupe, *Plaut.* Provocare Apitium cœnis, *Sen.* Molliter, Turpiter, effœminatè vivere, *Apul.* Vid. *Delectabiliter.*

Delicatus] Faſtidii delicatiſſimi homo. Malacus, *Plaut.* Teneræ mentes nimis aſperioribus formandæ ſtudiis, *Hor.* Valdè jam lautus es, *Cic.* Vinulus, *Feſt.* Abrodiætus, *Rhod.* Vid. *Voluptarius.*

Delicati morbis obnoxii] Dolor voluptatis comes. Dolor libenter apud eos manet à quibus alitur & augetur.

Deliciæ] Molities, Molitia animi, (eſt dolor & fuga laborum.) Mollis victus. Voluptuarius ſenſus. Blanditiæ. Blandimen-

dimentum. Lenocinium cupiditatum, *Cic.* Jovis lac. Jovis cerebrum. Nectar & Ambroſia,

Delicere, Vid. *Allicere.*

Delictum] Commiſſum, *Cic.*

Delicus, Vid. *Ablactatus.*

Deligare, Vid. *Alligare.*

Deligere, Vid. *Eligere.*

Delimare, Vid. *Limare.*

Delineare] Deformare operis ſpeciem. Deformare lineis imitationem ædificiorum, *Vitru.* Primas lineas ducere, *Quint.* Adumbrare. Extremas umbræ lineas circumſcribere, *Id.* Ita informatum, anticipatum eſt mentibus noſtris.

Delinimentum] Scitamentum orationis, *Gell.* Color, *Fr. Quint.* Pigmenta orationis, *Cic.* Fucus Poëtæ, *Id.* Lenocinium, *Quint.* Pictæ *tectoria* linguæ, *Perſ.*

Delinire] Lenire miſeriam. Severitatem acerbam condimentis humanitatis mitigare, *Cic.* Oblenire, *Sen.* Mollire animos dictis, *Virg.* Mulcentur cervi fiſtulâ, *Plin.* Addere lenimen, *Ovid.* Permulcere plebem, *Liv.* Complacare, *Gell.* Litare ſævitiæ, *Id.* Interconciliare, *Quint.* Vid. *Placare.*

Deliniri aliquâ re] Duci laude, gloria, quæſtu. Capi amoreaſſentatione. Avocat me voluptas. Attrahit commodum. Trahi ſtudio laudis. Prolabi cupiditate. Aufert me aliquid. Pecunia ejus contra meam fidem, apud me nihil valuit. Induci promiſſis. Perſuaſum eſt ei magnitudine pecuniæ. Rapimur in errorem opinionibus vulgi, *Cic.* Provexit me ſpes, *Liv.*

Delinquere, Vid. *Peccare.*

Deliquium animi] Defectus animi, *Plaut.* Defectio animi, virium. Subitâ defectione ſtare, ingredi, vix poſſet, *Suet.* Vid. *Deficere viribus.*

Delirare] Errore mentis affici, *Cic.* Nihil pro ſano facere, *Caſ.* Cerebro laborare, *Plaut.* Veſanire, *Catul.* A mente conſilioque deduci, *Cic.* Exire à ſe, *Petron.* Deſipere mentis, *Plaut.* Deſiit inter homines morari, (ſtultè agere) *Suet.* Si quod veſtigium in vecordi pectore ſensûs fuiſſet, *Valer. Maxim.*

Deli-

Digitized by Google

Delirium] Deliramentum, *Plaut.* Alienatio mentis, *Plin.* Deliratio, *Cic.* *Amentia.* Mania. Inſania, *Id.* Veſania, *Plin.* Phreneſis, *Id.* Deſipientia, *Lucr.* Vid. *Amentia.*

Delirus] Captus animi, vel animo. Homo pluſquàm inſanus, *Er.*

Diliteſcere, Vid. *Latere.*

Delubrum, Vid. *Templum. Fanum.*

Deludere, Vid. *Decipere.*

Delutare, Vid. *Circumlinere.*

Demandare] Tibi provinciam hanc delegamus, Vid. *Committere aliquid alicui.*

Demens] Alienatus mente, *Plin.* Alienatus homo ſenſibus. Alienatus ſenſu animus, *Liv.* Attonitus viſis, *Virg.* Lapſus mente, *Suet.* Lapſus animi. Delinitus, *Plaut.* Mente captus, *Feſt.* Mente non conſtat, *Val. Max.* Vid. *Amens.*

Dementare] Erroris ac dementiæ aliquem complere. Objicere alicui glaucoma ob oculos. Fruſtrationem noxiam injiciam in hanc familiam, *Plaut.* Perſtringere oculos animi, ingenii. Infatuare aliquem. Offundere tenebras, noctem. De mente deturbare, *Cic.* Mentem alicui excutere, *Plin. Iun.* Exſternare aliquem, *Pacuv.* De ſtatu mentis aliquem deturbare, *Plaut.* Occæcat animos Scipionis mors, *Liv.*

Dementia, Vid. *Delirium. Amentia.*

Demere] Subtrahit vires timor. Deflorare, *Liv.* Deponere aliquid ex levitate. Deducere aliquid. Deductionem facere pecuniæ. Detrahere ex ſummâ. Decerpſit aliquid jocus de gravitate. Imminuere ſummam. Deceſſionem de ſummâ facere. Delibare de gloriâ alicujus. Nil libatum de corpore cernas, *Cic.* Limare commoda alicujus, *Hor.* Derogare alicui gratiam, *Plin.*

Demereri ſibi aliquem] Bene mereri de aliquo, erga aliquem. Promereri benè de multis. Gratificari aliquid alicui. Devincire ſibi aliquem officiis. Gratiam alicujus colligere, aucupari. Inire gratiam aliquo facto ab omnibus. Beneficium apud aliquem bene ponere, collocare. Amplecti aliquem officiis, *Cic.* Ad gratiam facere aliquibus, *Amm.* Volentia plebi facere, *Saluſt.* Senſi ſedulò bonam operam te mihi dare, *Plaut.*

Digitized by Google

Demetiri] Demetiri. Limitare vineas, *Plin.* Determinare limites, *Plaut.* Metari vineas, *Col.* Demetiri curſus ſolis, *Cic.*

Demirari, Vid. *Mirari*

Demiſſa loca] Depreſſior locus, *Cæſ.*

Demiſsè] Tenuiter æſtimare. Abjectè aliquid facere. Exiliter, *Cic.* Leviter ornatus. Humiliter & demiſsè ſentire, *Id.* Obſcurè natus, *Macrob.*

Demiſſus vultus] Dejectus in humum vultus, *Ovid.* Obſtipus. Obſtipum caput. Triſtis ac ſeverus philoſophus, *Cic.* Obſtipo capite ſtare, *Hor.* Stupentibus in terram oculis, *Hier.* Triſtis Erynnys, Diva ſolo fixos oculos immota tenebat, *Virg.* Triſtis ſeveritudo ineſt in vultu, *Donat.* Si nihil mittitur, quo ſupercilio ſpicit! *Plaut.*

Demittere] Dejicere elatam ſecurim in caput alicujus, *Liv.* Demittere manus, *Plaut.* Remittere aures, *Plin.* Submittere oculos, *Ovid.* Faſces, *Cic.*

Democratia] Imperium populare, *Cic.* Cum res ad ſummam fecem turbamque redit, *Lucr.*

Demoliri, Vid. *Deſtruere.*

Demolitio, Vid. *Deſtructio.*

Demolitor, Vid. *Deſtructor.*

Demonſtrare aliquid] Apertiſſimè colligere, *Plin.* Ratione docere, *Lucr.* Argumentatione firmare, *Quint.* Rationibus conquiſitis confirmare. Signis omni luce clarioribus probare. Fidem facere. Planum facere. Concludere aliquid ratione. Amentatas haſtas oratoris lacertis torquebit, *Cic.* Amentare ſententiam, *Tertull.* Rem, auctorem dare, *Plaut.* Pervincere aliquid dictis, *Lucr.* Argumenta rei, & ad rem, dicere, *Plaut.*

Demonſtratio] Probatio, *Sen.* Documentum, *Saluſt.* Rationes conquiſitæ. Amentata haſta. Argumentum. Oratio rebus non dubiis captas aſſenſionem alicujus, *Cic.* Evidens probatio, Apodixis, *Quint.* Amentatæ ſententiæ non manipulares, *Ambroſ.*

Demonſtrativè] Comperta oculis proferre, *Liv.*

Demum] Nunc demum. Tunc demum, *Cic.* Tum denique

Digitized by Google

nique noſtra intelligimus bona, *Plaut.* Jam primum, *Ter.*

Denarrare, Vid. *Enarrare*.

Denegare] Negare præcisè. Abnuere. Renuere convivium. Recuſare poſtulanti. Sine ullâ exceptione præcidere. Repulſam alicui afferre, *Cic.* Abnegare alicui dotem, *Virg.* Cùm ſæpe replicaſſet, tandem perſuaſit, *Plin.* Per me egebit, *Plaut.*

Denegatur mihi] Repulſam fero, accipio, refero, *Cic.* Rpulſam patior, *Ovid.*

Denigrare] Nigrore ſuffundere, *Plin.* Infuſcare vellera, *Col.* Fuſcare, *Ovid.*

Denique] De reliquo. Quod ſupereſt. Extremò. Noviſſimè, *Cic.* Ad extremum, *Tac.* Ad poſtremum, ad ultimum, *Liv.* Ultimò, *Suet.* Demum, *Pacuv.*

Denodare, Vid. *Laxare arcum.*

Denominari ab aliquo] Nomen ex aliquâ re capere, *Caſ.* Trahere, *Cic.* Nomen uſurpare alicujus civitatis. Nominare ſe ex altero. Inducere ſibi nomen alicujus, *Id.* Cognomentum alicujus accipere, *Tac.* Etymon ab aliquo habere, *Col.* Adoptare ſibi aliquod nomen, *Mart.*

Denominatio] Agnominatio, *Quint.* Denominatione ſimilis, *Bud.*

Dens] Nucifrangibula, *Plaut.*

Denſare] Condenſare, *Col.* Quia ſe condenſeat aër, *Lucr.* Spiſſare. Conſpiſſare, *Plin.* Addenſare, *Id.* Cogere, *Virg.*

Denſatio] Ignis ex aëris condenſitate, conflatur, *Apul.* Spiſſamentum, *Colum.*

Denſè] Spiſsè, *Col.* Spiſſiùs. Arctiſſimè ſerere, *Plin.* Confertim, *Liv.* Cohors *crebrò* operta ſtramentis, *Varr.* Litera alia aliam ſcandit, *Plaut.* Continuatum lateri latus, *Ovid.*

Denſere] Coire in denſitatem. Addenſari. Craſſeſcere. Cogitur in bitumen humor, *Plin.* Concreſcere, *Lucr.* Spiſſeſcere, *Celſ.*

Denſitas] Spiſſitudo, Spiſſitas. Condenſa arborum, *Plin.* Craſſitudo, *Celſ.* Craſſamen, *Col.* Stipatio, *Quint.*

Denſus] Perdenſus, *Col.* Prædenſus. Spiſſus, *Plin.* Solidus, *Ovid.*

Dentale.

Dentale, vid. *Bura.*

Dentarpaga] Odontagra, *Iuv.* Forſicula, *Plin.* Forſices, *Celſ.* Forfices dentarpagæ, *Var.*

Dentatus] Broccus. Bronchus. & Brochus, Broncus. Brocus, *Non.* Dento, *Mart.* Rhinoceros (dente eminulo) *Id.* Oxyodontas, *Lucil.*

Dentes nudare] Rictum diducere, *Hor.* Reſtringere dentes. Irridet me albis dentibus. Canem irritatam imitari, *Plaut.* Immodicus hiatus rictum diſtendit, *Quint.*

Dentes maxillares] Dentes molares, *Iſid.*

Dentes primores] Adverſi dentes, *Cic.* Inciſores, *Iſid.* Gelaſini, *Cal. Rhod.* Mordices, *Plaut.*

Denticulatus] Denticulata falx, *Plin.* Dentata cornua ſcarabæi biſulcis forpicibus, *Id.* Tribulata falcicula, *Pallad.*

Dentiſcalpium] Cuſpis frondea. Penna dentes levans, *Mart.* Spina argentea, *Petr.* Acus arundinea, *Marcell.*

Denudare, vid. *Nudare.*

Denunciare hoſtilitatem alicui] Denunciare alicui, *Abſ.* Denunciare inimicitias, iram, dimicationem. Indicere alicui arma, funus, *Cic.* Sanguinarium nuncium alicui mittere, *Plin.* Clarigare, *Id.* Clarigationem exercere, *Serv.*

Denunciatio] Clarigatio, *Quint.* Inimicitiæ indictæ. Obnunciatio, Perduellia. Odia profeſſa, *Id.*

Denuo] Iterum, *Plaut.* Revertor rurſus denuo, *Id.* Rurſus, *Cic.* Ab integro, *Virg.* De integro, *Ter.* Ex integro, *Plin.* Ab inchoato, *Col.*

Denuo aliquid tentare, agere, aggredi] Integrare pugnam, certamen, *Virg.* Retexere, *Hor.* Recomponere lapillos. Reconducere domum, *Vlp.* Recreare Conſules, augures, *Cic.* Referveſcit ſanguis in terram fuſus. Reponere diadema quod ille abjecerat. Recidunt in terram omnia, *Id.* Redordiri. Reſorbere, quæ evomimus, *Plin.* Reſumere tela, *Ovid.* Repolire, *Col.* Reddere incudi, *Hor.* Revendere, *Vlp.* Sub incudem revocare.

Deorſum, vid. *Infra.*

Depangere] Pangere malleolos, *Col.* Repangere. Inſerere ſurculos. Ponere vites. Defigere. Deponere. Demergere.

Digitized by Google

gere. Deprimere ſarmentum, ſurculum, Immergere terræ vitem. Ingenerare terræ, *Id.*

Depaſci alicujus bona] Herbas depaverunt, *Col.* Hirci paſcuntur ſylvas, *Virg.* Quid te futurum cenſes, quem aſſiduè exedent? *Ter.* Comedere bona alicujus, *Cic.* Comedere aliquem, *Ter.* Attondere bona alicujus, *Plaut.*

Depauperare, vid. *Pauperare.*

Depectere, vid. *Vellere.*

Depeculari, *Depeculator*, vid. *Compilare*, *compilator.*

Depellere, vid. *Abigere*, *Arcere.*

Deperire, vid. *Deamare.*

Depilis, vid. *Glaber.*

Deplanare] Ad planum reducere, *Plin.* Coæquare terram cylindro, *Pallad.* Degrumare. Degrumari viam, *Lucil.* Explere cicatrices, *Plin.* Inæquare. Foſſas perducere, *Cæſ.* Vid. *Æquare.*

Deplorare, vid. *Deflere.*

Deploratus, vid. *Depoſitus.*

Deponere à ſe officium aliquod] Decedere magiſtratu, *Cic.* Exuere ſenatorium ordinem. Exutâ dignitate, *Tac.* Abdicare magiſtratum, *Saluſt.* Abdicavit ſe conſulatu, *Liv.* Exaugurare ſacerdotium, *Gell.* Vid. *Abdicare ſe.*

Deponere officio aliquem] Tollere ab officio aliquem, *Cic.* Abdicare, *Plin.* Abrogare alicui magiſtratum. Movere aliquem ſenatu, *Cic. Val. M.* Depoſitus imperio, *Suet.* Diſcingere. Spoliare cingulo, *Bud.* Imminuere alicujus imperium, *Liv.* De cœlo detractus, *Bud.* Demovere aliquem magiſtratu, *Tac.* Deſecrare, (ex ſacro profanum facere) *Sipont.* Exaugare aliquem, *Capitol.* Exauctorare, *Iul. Cap.* Epiſcopum removit à ſacramento quod habebat, *Amm.* Dejicere aliquem ædilitate, honore. Dejicere ſenatum gubernaculis, *Cic.* Eradere albo judicum aliquem, *Suet.*

Deponere cum aliquo, vid. *Certare.*

Depopulari, vid. *Vaſtare.*

Deportare aliquid] Devehere aliquem in ultimas terras, *Liv.* Tranſportare in inſulam aliquem, *Sen.*

Depoſcere] Efflagitare. Urgere præfecturam. Pugnare aliquid.

Digitized by Google

aliquid. Et hoc pugnatum, ut. Poſtulare aliquid, *Cic.* Depoſtulare ſibi aliquid, *Tac.*

Depoſitum] Fiducia. Creditum aliquid, *Cic. Hor.* Fidei commiſſum, *Vlp.*

Depoſitus à medicis] Deploratus, *Plin.* Conclamatus, *Lucan.*

Depoſitus ab officio] Eraſus, *Plin.* Abactus, *Feſt.* Exutus honoribus, *Id.*

Deprædatio, vid. *Spoliatio.*

Deprædari, vid. *Prædari.*

Depravare] Deſtruere aliquem, *Plin.* Præcorrumpere donis, *Ovid.* Perdere amando, *Ter.* Transfundere in aliquem vitium, *Cic.* Facere vitium, *Vitruv.* Conteritur ferrum, vita, *Ovid.* Infringere ſpem, *Cic.* Manus affert ſuo beneficio, *Sen.* Diffingere aliquid, *Hor.* Vid. *Corrumpere.*

Deprecari] Veniam irarum expoſcere, *Liv.* Ignoſcendi venia petenda, *Cic.* Vid. *Intercedere.*

Deprecari culpam] Depellere crimen, averſari, abominari, rejicere, refellere, negare, inficiari, propulſare, *Er.*

Deprecatio] Deprecatio veniæ, facti. Ignoſcendi poſtulatio, *Cic.*

Deprehendere aliquem] Inopinantem deprehendere, *Cæſ.* Texentem tela ſtudiosè offendimus. Decipula murem cepit. Sorex ſuo indicio periit, *Adag.*

Deprehendere (2) *i. cognoſcere*] Ad ſenſum & opinionem alicujus rei penetrare. Rem non conjecturâ, ſed oculis ac manibus tenere, *Cic.*

Depreſſus locus, vid. *Inferior.*

Deprimere] Submittere faſces, *Quint.* Vim dicendi tantis comparatam laboribus, ad unum auditorem demittere, eſt quædam tacita indignatio, *Cic.* Infimata ad miſerias ingenia, *Apul.*

Depromere, vid. *Promere.*

Depſere farinam] Condepſere, ſubigere far, maſſam, *Cat.* Maſſare, id eſt, maſſam facere, *Lucr.*

Depudere] Perfricare faciem, *Plin.* Frontem, *Mart.* Os, *Cic.* Pudori nuncium remittere. Depuduit, *Ovid.* Pudere dedidicit.

Digitized by Google

didicit. Depudere didicit, *Sen.* Omnem partem pudoris contrivit, *Petr. Vict.* Præmortui pudoris homo, *Liv.* Vereri perdidit, *Plaut.*

Depulſor] Propulſator, *Val.M.* Prohibitor avium & furum, *Macrob.*

Deradere aliquid] Circumradere. Deſquamare corpus arboris. Circumſcarificare. Circumſcalpere aliquid, *Plin.* Abradere dolabrâ quæ arida & vetera ſunt. Abradere vitem, arborem. Stringere arborem, *Col.* Deſcobinare, *Varr.* Radere tigna, *Lucr.* Circumfricare dolii labia. Scarificare radicem, *Cat.* Circumdolare, *Plin.* Muſcus ferro diſtringendus, *Col.*

Derelinquere, vid. *Deſerere.*

Derepente, vid. *Subitò.*

Deridere aliquem] Ridere aliquem. Irridere. Ridiculum in aliquem jacere. Per ridiculum de abſentibus dicere, *Cic.* Jactitare ridicula, *Liv.* Inſultare aliquem, *Saluſt.* Vid. *Ludificare aliquem.*

Deriſor] Irriſor. Catagelaſinus. Nolo è gelaſino mihi te Catagelaſinum, *Plaut.* Vid. *Cavillator.*

Derivare aquam] Ducere, deducere aquam, *Cic.* Corrivare aquam, *Plin.* Ducere foſſam, *Id.* Delibrare aquam, *Feſt.*

Derogare alicujus famæ. Vid. *Famæ derogare.*

Derogator] Detractor laudum ſuarum, *Liv.*

Deſcendere] Deſcenſionem facere. Degredi ad pedes, *Liv.* Demeare ſuis pedibus ad tartarum, *Apul.*

Deſcendere in ſe] Remetior dicta & facta mea, *Sen.* Perſpicere ſe penitùs, totumque tentare. Inquirere in ſe, & ſe obſervare. Introſpicito in mentem tuam ipſe, eamque omni cogitatione pertractans, percontare ipſe te, *Cic.* Conſiderare ſecum in animo vitam ſuam, *Ter.* Recognoſco vitam meam. Quotidie cum vita paria faciamus. Reſpicere vitam ſuam. Excutere ſe. Inquirere in ſe. Se colit animus. Ad computationem ætatem tuam revoca, *Sen.*

Deſciſcere] Deficere ab aliquo ad aliquem. Deficere aliquem, *Cic.* Defectionem inire. Rebellare alicui, *Liv.* Abjicere & relinquere obedientiam, *Cic.* Deſerere virtutis viam, *Hor.*

Deſcri

Digitized by Google

Deſcribere aliquid] Definire verbis. Deformare, depingere, Perſequi. Pingere rem ſuis coloribus. Definitione quam vim res habet, exprimere. Informare, *Cic.* Tractare copioſiſſimè, *Quint.*

Deſcriptio, vid. *Definitio.*

Deſerere] Derelinquere. Derelictui habere. Deſertum eſſe pati. Deſtituere aliquem. A cauſa alicujus recedere. Aliquem non ſolùm relinquere, ſed etiam prodere. Poſtmittere aliquid. Defecit illum ſpes. Migrare ea, quæ pertinent ad veritatem & fidem, & non ſervare, *Cic.* Longum valere juſſit. Dimittit dolor aliquem, *Celſ.* Remittere nuncium mundo & hujus miſeriis, *Baſil.* Rebus humanis valere & plaudere dixit, *Apul.* Emanere, *Scal.* Linquere, *Cic. Virg.*

Deſertio] Deſtitutio. Relictio Conſulis. Derelictio utilitatis. Prætermiſſio alicujus rei, *Cic.* Derelictus, ûs, *Gell.*

Deſertor, vid. *Miles*, & *Profugus.*

Deſertum] Deſertæ ſolitudines. Cultu vacantes regiones, *Cic.* Soli loci. Solæ terræ, *Ter.* Vaſtitas ſoli ſterilis, *Sen.* Deſerta & inhoſpita teſqua, *Hor.* Vaſtitudo inculta, *Pacuv.* Ferus ager, *Feſt.* Eremus, *Iſid.*

Deſertus locus] Solus locus. Orba civitas. Relicta poſſeſſio. Derelicta regio, *Cic.* Deſolati penates, *Tat.* Vacuefacta poſſeſſio, *Æmil. Prob.* Solus ager, *Virg.* Vaſtus locus à natura & humano cultu, *Saluſt.* Adeſpota bona, (quæ in nullius dominio ſunt), *Bud.* Locus nullo hominum cultu, *Tac.* Incultum & derelictum ſolum, *Cic.* Deſolata loca, *Plin.*

Deſiderabilis] Optatus. Optatiſſimus. Exoptatus. Expetendus. In deſiderio eſt civitatis. Eſt in optatis, *Cic.* Cupitus, *Plaut.* Votivus conſpectus alicujus, *Apul.* Exoptabilis, *Sili.* Ego te, mea vota quàm primum videre cupio, *Ter.* Appetibilis, *Macrob.*

Deſiderare] Eſſe in deſiderio alicujus rei. Teneri, moveri deſiderio. Tenet me tui deſiderium. Concupiſcere mortem, opes. Appetere mortem. Avere aliquid audire & diſcere. Expetere aliquid, *Cic.* Eſt aliquid in deſiderio, *Id.*

Inſidet mihi deſiderium alicujus rei, *Lucr.* Cupio te videre, *Plaut.* Optare & expetere aliquam fortunam, *Cic.* Exoptare aliquem exitum, *Id.* Peroptare filiam alicujus nuptiis, *Cornel. Nep.* Eſt in votis aliquid, *Perſ.* Vota facere ut, *Cic.* Expoſcere audire, *Virg.* Percupere, poſtulare, *Ter.* Appoſcere plus, *Hor.*

Deſiderare vehementer] Ardere cupiditate incredibili. Inflammari cupiditate honoris. Rapi ſtudio inflammato ad. Flagrare amore. Laborare ex deſiderio. Efferri ſtudio videndi aliquem. Inhiare alicui rei, *Cic.* Corvus hians. Perfixus deſiderio, *Er.* Vid. *Avere.*

Deſidere, in fundum delabi] Sidere ad ima, *Plin.* Subſidere. Peſſum ire, *Col.* Cum ad infinitam altitudinem terra deſediſſet. Si montes reſediſſent, *Cic.* Multis locis labes facta ſit, *Liv.* Subſedit pondere humus, *Ovid.* Terra in profundum abiit, *Iul. Obſeq.*

Deſidere hiatu] Hauriri urbes terræ hiatibus, publicum malum eſt. Hiatus ſorbuit aliquid. Perire chaſmate, *Vlp.* In ſubitam cavernam concidentis ſoli, lapſus abduxit urbem, *Sen.* Multa mœnia in terris ceciderunt magnis motibus, & multæ per mare peſſum ſubſedêre ſuis pariter cum civibus urbes, *Lucr.* Pedibus raptim tellus ſubtracta fertur in barathrum. Abeant per inane profundum, *Id.* Dehiſcit alicui terra, *Virg.* Hiſcere nempe tibi terra neganda foret, *Ovid.*

Deſidére, otioſum eſſe] Deſideo reſes, *Pacuv.* Marceſcere deſidiâ, *Liv.* Reſidére, *Plaut.* Sedere, *Virg.* Sedere ferias, *Plaut.* Torpeſcere ſocordiâ, *Saluſt.* Marcet animus, *Liv.* Turdeſcere, *Lucr.* Pigreſcere, *Plin.* Deponere ſtudium. Lentere, *Lucil.* Vid. *Otio torpere.*

Deſidendo nihil proficimus] Nec currimus, nec navigamus.

Deſiderium] Optatio. Optatum. Deſideratio. Votum. Appetentia, *Cic.* Eſt in votis, *Perſ.* Deſiderii flamma, ardor, *Er.*

Deſideria cuique ſua] Canis panes ſomnians, *Adag.*

Deſidia] Deſidies. Socordia. Segnities, *Ter.* Inertia laboris. Ignavia. Veternus civitatem occupavit. Pigritia.

Tardi-

Digitized by Google

Tarditas. Deſidioſiſſimum otium, *Cic.* Inertia. Animi torpedo, *Sal.* Torpor mentis, *Firmic.* Torpor corporis, *Virg.* Exercitus *marcore* ducis circumventus, *Paterc.* Tarditudo, *Plaut.*

Deſidioſus] Deſidiæ indormit, *Plin.* Deſes, *Liv.* Supinus, *Iuv.* Reſes & Reſiduus, *Acci.* apud *Feſt.* Reſes populus animus, *Virg.* Subbaſilicanus. Marcidus, *Plaut.* Subroſtranus. Ignavus. Segnis, *Cic.* Oſcitans, *Ter.* Perſegnis, *Liv.* Socordiſſimus, *Apul.* Endymion, *Varr.* Vid. *Otioſus, Piger.*

Deſignare, vid. *Definire.*

Deſignator hoſpitiorum] Epiſtathmus, *Bud.* Metator, *Briſſon.* Menſor, *Veget.* Epidemeticus, *Cal. Rhod.*

Deſinere] Abire incepto, *Liv.* Abſiſtere, Abſcedere incepto, *Id.* Canere receptui. Diſcedere à contentione. Facere intercapedinem ſcribendi. Deſiſtere facere. Deſiſtere ſententiâ, à ſententia, de ſententiâ. Deſitus eſt vocari Papiſius. Intermiſſionem à re aliquâ facere. Modum lugendi facere. Modum inimicitiarum ſtatuere. Interponere moram. Reprimere objurgationem, *Cic.* Ceſſo dicere. Poſtquam aurora eſt, nunquam conceſſavimus lavari. Finem facere orandi. Quieſcere. Mitte malè loqui. Neque defetiſcar experiri donec, *Ter.* Reſcindere beneficium, *Sen.* Vacare à ſcribendo, *Plin. Iun.* Si unquam fatiſcar facere quidpiam boni, *Pac.*

Deſinit, vid. *Terminatur.*

Deſipere] Fatuari, *Sen.* A mente deſeri. Dementem eſſe. Mente capi, *Cic.* Morari (*ſtultè agere*) inter homines deſiit, *Suet.* Exire à ſe. Vid. *Delirare.*

Deſolare, vid. *Vaſtare.*

Deſpectus, vid. *Contemptio.*

Deſperare] Deſperare honores. Deſperare ſaluti. Deſperare ſe. Sibi ipſe deſperat. A ſe ipſo deſperatus. Abjicere ſpem aliquid faciendi. Abjicere ſpem alicujus rei, & de aliquo. Perdere ſpem. Orbari ſpe. Spes extenuatur, evaneſcit. Deſerit me ſpes. Frangi animo. Concidere mente. Animo contrahi, & animum contrahere. Abjicere clypeum. Jacet. Diffidit. Abjicit haſtas, *Cic.* Conclamatum eſt. Decidere

Digitized by Google

ſpe, de ſpe, *Ter.* Deficit me ſpes. Depelli de ſpe. Deturbari ſpe, & ex ſpe, *Cic.* Labi ſpe. Pervenire ad deſperationem. Deſerere ſeſe, *Cæſ.* Diffidere rebus ſuis. Prædamnatâ ſpe dimicandi. Cadere animis. Succumbere animô. Abjicere ſe & proſternere, *Liv.* Demittere mentes, *Virg.* Deſpondere animum, *Plaut.*

Deſperandum non eſt] Adhuc cœlum volvitur. Adhuc aliquis Deus nos reſpicit. Ægroto dum anima eſt, ſpes eſt. Dum ſpiro, ſpero. Nihilne à Deo ſperemus opis? Nullum ne auxilium cœlitùs exſpectandum eſt? Hæccine Deum aut neſcire, aut negligere? Nullane Deo noſtri cura? Quid ſi hoc Deus avertat, aut in melius convertat? Eventum à Deo exſpectemus. Fata viam invenient. Deſperatio contumelia eſt in bonitatem Dei. Non dum omnium dierum ſol occidit.

Deſperabundus] In ſtatum inemendabilem adductus, *Sen.* Ad ultima ſalutis detruſus. Deſperatiſſimus latro extremæ pœnæ certus, *Apul.*

Deſperabundus quidvis tentat] Deſperatio facit Monachum. Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta movebo, *Virg.*

Deſperanter] Perditè ſe gerere, *Cic.* Gladiatorio animo ad me affectat viam, *Ter.* Aperto ore in mare deſilire, *Sen.*

Deſperatio] Projecta audacia, *Cic.*

Deſperatus] Exſpes, *Hor.* Depoſitus, *Virg. Stat.* Conclamatum eſt, *Ter.* Res conclamata & perdita, *Amm.* Actum & conclamatum eſt, *Id.* Res illi ad reſtim rediit.

Deſpicere, vid. *Contemnere.*

Deſpicere, (2) *deorſum ſpectare*] Aſpicere ex alto, *Sen.* Ad terram aſpice, & deſpice. Demittere oculos, *Plaut.* Deſpectare regionem oppido, (id eſt, ex oppido) *Liv.* Proſpicere ex ſpeculâ. Identidem ex altiſſima rupe ſpeculabundus, *Cic.*

Deſpondere ſponſam] Paciſci filiam alicui, *Cic.* Paciſci nuptias filiæ cum aliquo, *Iuſtin.* Spondere alicui aliquam uxorem, *Plaut.* Deſtinare alicui filiam, *Plin. Iun.* Dicta eſt inter nos nuptiarum dies, *Afran.*

Deſponſata] Pacta conjux, *Ovid.* Pacto jugali deſtinata,

Digitized by Google

ta, *Apul.* Deſponſa, *Cic.* Sperata antè quàm petatur & promittatur, deinde pacta promiſſa dicitur, *Plaut.*

Deſponſatio] Pactio connubialis, *Liv.* Sponſalia, *Cic.* Sponſus, *Varr.* Sponſionum contractus. Stipulationum contractus, *Gell.*

Deſpumare] Detergere ſpumam, *Plin.*

Deſquamare] Depurgare piſces, *Plin.* Oppectere, (id eſt, *digitis ceu pectine purgare*) *Lambin.*

Deſtillans humor] Catarrhus, *Vall.* Defluxio, *Henr. Steph.* Deſtillatio, *Celſ.* Rheumatiſma, *Cœl. Rhod.* Gravedo, *Lambin.*

Deſtillare aquam, oleum &c.] Aquas ſtillatitias ex herbis calore ignis elicere, *Matthiol.* Sublimare, *Iul. Scal.* eſt tenuiſſimas partes vi ignis à craſſioribus, ſublatas ſecernere.

Deſtructio] Demolitio. Dejectus arborum, *Plin.* Exciſio tectorum, *Cic.* Ruina, *Sal.*

Deſtructor] Demolitor, *Vitruv.* Everſor, *Cic.*

Deſtruere] Demoliri. Demolitione aliquid tollere. Evertere civitatem. Inferre tectis everſionem. Deturbare tectum, ædificium. Revellere crucem, quæ fixa eſt. Affligere ſtatuam, Edere ruinas. Subvertere molem, *Cic.* Dejicere mœnia, *Ovid.* Dare ruinas. Diſturbare ædes, *Lucr.* Proruere urbem. Sternere ariete muros, *Liv.* Deſtruere mœnia. Convellere turres, *Virg.* Proſternere oppida. Conſternere mœnia, *Sil.* Percellere arietem, *Varr.*

Deſuefieri, & *Deſuefacere*, vid. *Dediſcere, dedocere.*

Deſuper] Supernè volvitur amnis. Inſuper impoſita Ætna. Superpremor, *Virg.* E ſublimi jacere, *Plin.* Deinſuper, *Saluſt.* Ex ſupero, *Lucr.* Super è vallo proſpectat.

Detegere aliquid] Revelare caput, *Arnob.* Aperire, patefacere, *Cic.* Nudare viſcera, *Virg.* Retegere ſcrinium, *Iuv.* Adaperire, *Plin.*

Detentio] Retentio currus vel equorum, *Cic.* Retardatio, *Id.* Continentia, *Suet.* Moratio terræ, *Firmic.*

Detergere, vid. *Abſtergere.*

Deterrere, vid. *Abſterrere.*

Determinare, vid. *Terminare.*

Deteſtari, vid. *Abhorrere.*

Digitized by Google

Detinere aliquem, aliquid] Demorari aliquem, Retinere. Ventus nos tenuit. Reprehendere manu aliquem, Retardare. Spes me obtentabat, *Cic.* Infrenare navigia anchoris pluribus, *Plin.* Retrahere fugitivum, *Varr.* Inhibere tela, *Liv.* Premere carmen in annum novum, *Hor.* Suſtinere manum, *Ovid.* Reſtringit nauſeam hæc herba, *Plin.*

Detorquere, vid. *Dirigere.*

Detrahere] Deripere aliquem capillo de curru, *Plaut.*

Detrectare laborem] Reſtitare, *Ter.* Reſiſtere, *Liv.* Cunctanter procedere, *Col.* Tergiverſari. Muginari, id eſt, tardè conari, *Cic.* Dubito dicere aliquid, *Plaut.* Tardari, *Caſ.*

Detrimentum, vid. *Damnum.*

Detritus] Trita veſtis, *Hor.* Subtritus. Vid. *Attritus.*

Detrudere aliquem de] Deturbare aliquem de fortunis, *Cic.* Proturbare à ſolio, *Val. Arg.*

Detumeſcere] Deſedit tumor, *Celſ.* Receſſit venter. Deturget Nilus, *Plin.* Deferbuit mare. Sternuntur fluctus. Conflacceſcunt, *Gell.* Abire in profundum, *Cic.* Subſidunt undæ, *Virg.*

Deturpare, vid. *Contaminare.*

Devehere aliquid] Convehere æs plauſtris ad ærarium, *Liv.* Convectare prædas, *Virg.*

Devenit res eò] In eum caſum veneram, ut, *Cic.* In eum caſum res deducta eſt. Res ad pugnam venit. Eò recidit. In eum locum adducta res eſt. Rem huc deduxi, *Id.* Eò res devoluta eſt, *Liv.* Adeo res rediit, *Ter.* Eò res recidit, *Quint.* Eò inſolentiæ furoriſque proceſſit, *Plin. Iun.* In eam fortunam deveni, *Cic.* Ventum juxta ſeditionem, *Tac.* Progredi in, *Cic.*

Devexus, vid. *Declivis.*

Deviare] Deerrare itinere, *Quint.* Deceſſit viâ errabundus, *Suet.* Flexiones, diverticula perſequi, *Cic.* Exorbitare, *Aug.* Exſpatiari à viâ diverſiſſimè, *Sipont.* Vid. *Aberrare.*

Devincire] Vita coërcebat capillos, *Ovid.* Nectere brachia, *Id.* Prævincire, *Gell.* Vid. *Alligare. Colligare.*

Devinctus alicui] Obſtrictus maximis beneficii vinculis.

Addictum

Digitized by Google

Addictum, deditum ſibi ac liberis ſuis habere aliquem. Obligatus. Servus. Mancipatus alicui, *Cic.* Obnoxius ſum illi, *Plaut.* Tenetur jurejurando, voto, legibus. Auctoratus, *Liv.* Offrenatus unius prædæ offulâ, *Apul.*

Devium] Seceſſus, *Virg.* Seductus receſſus, *Ovid.* Diverticula, flexiones, anfractus, *Cic.*

Devius] Devius, *Cic.* Devia gens, *Liv.* Devia rura, *Ovid.*

Devolvere aliquid] Provolvo ſubter jugum ſaxa. Infeſto pondere ſaxa volvere. Detrudere naves ſcopulo, *Virg.* Proturbare hoſtes in præceps, *Liv.* Demovere aliquid, *Cic.* Commoliri, *Lucr.*

Devorare] Abligurire, Obligurire, *Cic, Ter.* Abſorbere, *Plin.* Vid. *Vorare.*

Devotio, Vid. *Dedicatio.*

Devovere] Devotare, *Cic.* Devovere ſe pro aliquo, *Id. Livius.*

Deus] Mens, *Cic.* Mens mundum fabricata eſt. Numen. Numen divinum, *Lucr.* Incorporalis ratio. Ingentium operum artifex, *Sen.* Cauſa cauſarum, *Id.* Circulus æternus, cujus centrum ubique, circumferentia nuſquam. Authors omnium & fons, *Er.* Artifex; Fabricator, Effector mundi. Molitor mundi, *Cic.* Opifex, *Id.* Conditor ævi, *Claud.* Qui nobis omnia ſolus eſt, *Varr.*

Deus eſt ubique] Jovis omnia plena. Omnia Deo plena.

Deus omniſcius] Deo nihil clauſum. Oculus Dei fortiſſimus.

Deus regit omnia] Fatum rotat omnia. Cum Deo quiſque & gaudet, & flet. Conſilia humana divinitus gubernantur. Sors noſtra in manu Dei.

Deus eſt longanimis] Deus naturâ cunctabundus. Deus tolerat malos, ut exerceat bonos. Dii laneos habent pedes. Dii lenti, ſed certi vindices. Deorum molæ tardè quidem molunt, ſed tenuiſſimè. Lento gradu ad vindictam ſui divina procedit ira, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſat, *Val. Max.*

Deus dat cui vult] Dormienti Dii conficient. Dormientis rete trahere.

Deus fortunet] Adſint Dii beati. Dii fortunent tuum patrimonium. Benè hæc verruncent populo. Benè venire velim quod, *Cic.* Quæ res benè vertat mihi & vobis. Benè ſit, *Plaut. Ter.* Macte virtute ac pietate in patrem patriamque eſto, perge, & nomen invictum Diis juvantibus præſta, *Liv.*

Deo favente] Si Deus annuerit, *Plin. Iun.* Deo proſperante. Spondente Deo proſpera. Deo vobiſque fautoribus, *Amm.* Sperat quidem animus, quò eveniat, Diis in manu eſt, *Plaut.* Modò Jupiter adſit, Si qua viam dederit fortuna. Si qua fata ſinant, *Virg.* Diis benè volentibus. Si Diis placet. Si Dii volunt, *Plaut.* *Nos dicemus:* Deo volente. Si Deus volet.

Cum Deo] In Deo virtutem faciemus, Pſal. 60. Cum Muſis.

Deo adhæreamus ſemper] Animam potiùs deſeramus, quam Deum.

Deo id committamus] Viderit Deus.

Deo non reſiſtendum] Cum Diis non pugnandum. Fato non repugnandum.

Cum Deo ſuperamus omnia] Obex nullus officit Deo præeunte.

Dei voluntas immutabilis] Fatum inevitabile. Fatum rotat omnia.

Dei dona ſemper bona] Cœlitus ſublimia dantur, *Sigiſmundi* III. *Regis Polon.* Symbolum.

Deum colere] Venerari, Advenerari Deum, *Varr.*

Deum eſſe credere] Conſtringi ſenſu numinis. Piare pietatem, *Plaut.*

Vt Deum ſe gerere] Jovi paria intonat.

Dextera] Dextra. Dextella, *Cic.* Dextrabus manibus, *Liv.*

A Dextrâ parte] Dextrâ illum aſſedit, *Saluſt.* Dexter aſſedit, *Cic.* Quo dexter abis? *Virg.* A dextrâ; *Cic.* Ad dextram, *Ter.* Sepulchrum in via Appiâ *dextrùm* euntibus, *Spart.*

Dextram versùs] Dextrorſum, *Cic.* Dextrorſus, *Liv.* Ad dextram, *Plut. Plin.* Dextroverſum, *Plaut.*

Dextra

Digitized by Google

Dextra lævaque] A lateribus.

Diabolicus] Dæmonicus, *Lactant.*

Diabolus, Vid. *Dæmon. Calumniator.*

Diadema] Inſigne regium, *Tac.* Corona aurea, *Cic.*

Dialectica] Ratio diſſerendi. Ars diſſerendi. Judicandi via. Veri & falſi diſceptatrix & judex. Contracta & conſtricta eloquentia. Logice, *Cic.* Diſputatrix virtus, *Quint.* Culter veritatis anatomicus.

Dialecticus clariſſimus] Chryſippus.

Dialogus] Collocutio. Diſputatio. Scholæ, *pro diſputationibus, Cic.* Dialogiſmus, *Rufin.* Fabula. Lupus eſt in fabulâ, *Ter.* Diverbium, *Liv.* Alloquium, *Hor.* Sermocinatio, *Quint.* Affatus, *Sen.*

Diarium] Diurnum, *Tac.* Ephemeris. Commentarius, *Cic.* Quotidiana, pl. *Vopiſc.*

Diarrhœa, Vid. *Alvus cita.*

Dic] Cedo, *Ter.* Cedo dic mihi, *Cic.* Dic bonâ fide. *Plaut.* Age loquere. Eja dicito. Loquere porrò. Dic tandem. Dic age ſis, *Ter.* Ain tu? Diciſne hoc, quod te rogo? Poſſumne ego hodie ex ſe exſculpere verum? Taces. Monſtrum hominis, non dicturus? Dic mihi verò ſeriò, *Plaut.*

Dica] Libellus forenſis, *Schard.* ex *ICt.* Formula, *Quint.* Vadimonium, *Plaut.*

Dicacitas. Vid. *Garrulitas. Cavillatio.*

Dicacula] Lingulaca, *Plaut.* Lingulata, *Turneb.* Sermocinatrix, *Apul.* Garrula, *Ter.* Oblatratrix. Argulatrix, *Plaut.* Citeria, *Feſt.*

Dicax] Homo mordax. Maledicus convitiator. Criminoſus orator, *Cic.* Maledicentiſſimus liber, *Gell.* Petulans verbum, *Ovid.* Diaſyrticum dictum, *Spart.* Petulantiſſima verba, *Sal.* Famoſus libellus, *Suet.* Acida lingua, *Sen.* Cùm aculeo & maledicto facetus, *Cic.*

Dicere] Verbis exponere. Expedire, *Lucr.* Edere, exſequi verbis. Oratione perſequi, referre, ediſſerere, *Cic.*

Dicere paucis] Paucis dare, *Ter.*

Dicere planius] Rudius ac planius dicere. Craſsâ, pinguiore Minervâ dicere.

Dicis

Digitized by Google

Dicis causâ] Dicis gratia auxilium ferre, *Vlp*. Ut careas reprehenſione, *Bud*. Verbotenus. Ut poſſit dicere ſe emiſ-ſe. Ad ſpeciem & uſurpationem veritatis, *Cic*. In ſpeciem preces jactantur. Juris uſurpandi causâ, *Liv*. Moris causâ ingemiſcunt, *Sen*. Verbo poſcebat, re verâ autem, &c. *Cic*. *Specie* recuſantis, flagrantiſſimè poſcebat, *Tac*. Quaſi joco dicere, *Spart*.

Dicitur, Vid. *Ajunt*.

Dictare alicui] Præire alicui voce, *Cic*. *ſcil. ſcribenti*. Præi-re aliquem de ſcripto, *Plin*.

Dicterium] Scomma, *Macrob*. Aſteiſmus, *Donat*. Salſum dictum. Amari ſales, *Quint*. Vellicatio, *Sen*. Styli naſus, *Plin*. Sugillatio, *Id*. Aculeus, *Cic*. Morſus figuratus, *Macr*. Opprobrium linguæ, *Hor*. Conviciolum, *Lampr*.

Dictitare] Crebris ſermonibus aliquid uſurpare. Crebrò aliquid uſurpare. In ore tibi ſemper eſſe ſolet. In omnibus dictis aliquid uſurpare. In ore ſemper habere aliquem au-thorem. Creberrimè commemorare aliquid, *Cic*.

Dicturire, geſtire dicere] Quidquid illos urit, in quaslibet aures exonerant, *Sen*.

Diducere] Diffundere vitem in orbem. Diſpenſare. Dige-rere crines. Diſpergere, diradiare vitem, *Col*. Divaricari taleas, *Cat*. Explicare acies, *Liv*.

Die aut Nocte] Luce rediiſſe, *Cic*. Nocte ac Die, *Plin*. Nocte dieque, *Ovid*. Nocteſque & dies, *Ter*. Diu noctu-que *Saluſt*. Noctes atque dies, *Lucr*. Dies nocteſque, *Plaut*. *Ter*. *Cic*. Diem noctemque, *Cic*. Sub ipſa die, *Plin*. Luce clarâ. De die portare, *Plaut*. Interdiu, *Cat*. *Cæſ*. *Ter*.

Dies] Diurnum ſpatium. Spatium diei, *Cic*. Lumen. Tertia te *tempeſtas* in portu locabit, *Id*. Lux, *Mart*. Lam-pas ſolis, *Lucr*. Quotidianum principium, æternaque com-mutatio. Revolutio diei.

Dies periculoſus à Medicis dictus] Dies decretorii, *Plin*. Criticus dies, *Celſ*. Criſimus, *Id*.

Diffamare] Infamare aliquem, *Sen*. Lædere, atterere fa-mam alicujus. Inurere, inferre, conflare alicui infamiam. Aſpergere aliquem infamiâ. Detrahere de famâ alicujus.

Inurere

Digitized by Google

Inurere alicui famam ſuperbiæ, *Cic*. Infamem aliquem facere, *Cic*. Infamiâ lædere, *Quint*. Inquinare, lacerare famam alicujus. Per ora hominum aliquem traducere, dare ſermonem per civitatem de aliquo, *Liv*. Sauciare famam alicujus. Pipulo differre, *Plaut*. Pipulo poſcere, *Scal*. Stigma alicui imponere, *Suet*. Mittere in ſermones & fabulas, *Quint*. Infligere vulnus infamiæ, *Firm*. Notare infamiâ. Sugillare famam alicujus, *Ulp*. Differre.

Diffamatus] Infamatus, *Ovid*. Flagitatus, *Cat*. Notatus, *abſ*. Notatiſſimus omnium ſcelerum, flagitiorum maculis. Opertus infamiâ, *Cic*. Vid. *Infamis*.

Differens] Diverſus ab illo. Diverſi inter ſe. Longiſſimè inter ſe diverſa ſunt. Diſſimilis alicui, ſui. Diſſimiles inter ſe. Diſſimillimi ſuorum, *Cic*. Diverſus quàm, *Plin*. Diſſimiles inter ſe re aliquâ, *Hor*. Diſpar ætas, fortuna, color. Diſpares inter ſe. Diſpar ſui. Diſparilis aſpiratio terrarum. Diſſociabilis, *Cic*. Diſpares viribus, *Liv*. Diſcolor calculus, *Mart*. Diſſonæ moribus gentes, *Liv*. Alterius notæ piſces, *Col*.

Differentia] Diſſimilitudo morum. Diſcrimen rerum. Diſtinctio & diſſimilitudo cauſarum. Diſſidium, varietas, Diverſitas ingeniorum, *Plin*. Variatio ſententiarum, *Liv*. Variantia, *Lucr*. Diſparilitas diverſarum rerum, *Macrob*. Diſtinctus pennarum à cæteris avibus, *Tacit*.

Differentia eſt] Differt inter locum & locum. Intereſt inter locorum naturas.

Differre ab alio] Res cum re differt. Apparet in aliquibus diſtinctio. Diſtat aliquid ab alio. Diſtant aliqua inter ſe. Eſt inter eos diſtantia. Habet ab aliquo diſſimilitudinem. Intereſt inter nos & illos, *Cic*. Diſtinguuntur inter ſe, *Plin*. Diſcordet parcus avaro, *Hor*.

Differre negotium] Differre tempus, horam. Rejicere aliquid in menſem. Retrudere, reſervare in aliud tempus. Proferre diem, opus. Procraſtinare. Prorogare diem, Prolatare. Suſtento ædificationem in adventum tuum, *Cic*. Diem de die differre, ducere. Suſtinere rem in noctem. Suſpendere rem. Extrahere in annum, *Liv*. Recraſtinare,

Cic.

Digitized by Google

Col. Promovere nuptias, *Ter.* Producere rem, *Caeſ.* Protollere, *Plaut.* Prolongare diem mortis, *Sen.* Negotium paxillo ſuſpendere.

Differre judicium] Diffindere diem. Trajicere negotium ad novos magiſtratus, *Liv.* Comperendinare reum. Transferre cauſam in annum proximum. Dirimere tempus. Ampliare rem, hominem, cauſam. Dimiſit illo die quæſtionem, *Cic.* Protelare cauſam, *Vlp.*

Differamus] In craſtinum ſeria. In nocte conſilium.

Differre aliquod ſuo malo] Echinus partum differt.

Difficilis] Difficilis & multum ſæpe quæſita res. Magni laboris eſt. Infinitus, operoſus, & moleſtus eſt labor. Operoſa res, ars, opus. Provincia negotioſa. Perdifficilis. Perobſcura quæſtio. Spinoſa oratio, *Cic.* Id in difficili eſt, *Liv.* Perdurum, *Quint.* Laborioſus, *Quint.* Parum ex facili fluens res, *Sen.* Inimitabile opus, *Quint.* Hoc opus, hic labor eſt, *Virg.* Malignus aditus, *Id.* Scrupuloſa res, *Feſt.* Ardua res, via, *Cic.* Res multi laboris & operæ, *Caeſ.* Ardui operis eſt, *Plin.* Inſuperabiles moles. Ineſt nodus. Gravius, quàm ſit Trojam capere. Difficilè naturam mutare. Difficilè eſt tacere, cùm doleas. Difficile eſt ſimul ſorbere & flare.

Difficilia tentare] Extorquere clavam Herculi. Curſum fluvii detorquere. Contra torrentem niti. Iſthmum perfodere. Admovere manus deploratis vulneribus. Contra ſtimulum calcitrare. Ire per extentum funem.

Difficultas] Negotium, *Plin.* Multum negotiorum ferunt negotia, *Sen.* Iniquitas temporum. Nodus, *Cic.* Moles curarum, *Tac.* Nodus Herculeus, *Sen.* Incitæ, Tricæ, *Plaut.*

Difficultatem tollere] Nodum ſolvere.

Difficulter] Difficile. Difficiliter, perdifficiliter, vel perdifficulter. Difficillimè fit aliquid. Inveterata vitia ægrius depelluntur. Laborioſè. Laborioſiùs, *Cic.* Non ſine negotio, *Plin.* Facilius clavam Herculi extorqueas. Facilius ex illo excuteres ignem, *Adag.*

Diffidere] Diffidere alicui & de aliquo. Subdiffidere, *Cic.* Levi momento fides (alicujus) pendet, *Liv.* Ne fidei quidem

dem credere. Ne Catoni quidem crederem, *Adag.* Vid. *Deſperare.*

Diffidentia] Incredulitas. Credendi difficultas, *Sipont.* Incredibilitas, *Martian. IC.*

Difflare] Differt favillam ventus, diſſipat, *Lucr.*

Diffluere] Diffluit extra ripas, dilabitur, funditur fluvius. Diffunditur glacies liquefacta & dilapſa, *Cic.* Evagatur Nilus, *Plin.*

Diffluens] Diffluus, *Macr.* Incontinens ſui aqua, *Sen.*

Diffugere] Dilabuntur in agros, in oppida milites. Diſcurrit juventus, *Liv.* Diſpalantur. Diſpalata multitudo, *Saluſt.*

Digerere aliquid] Diſponere ſemina, plantas, *Sen.* Diſſerit olitor in aream aliquid, *Varr.* Serere, *Plin.*

Digitalis, id eſt, digiti craſſitudine] Digitalis craſſitudo, gracilitas, *Plin.* Unciarius, *Col.* Uncialis altitudo. Pollicarius, (*i. pollicem craſſus, vel latus*) *Plin.* In pollicem tondeatur vitis, *Col.*

Digitis ſtare] In ſummis ambulans digitis, *Sen.* In plantas exſurgere, *Id.* Primoribus digitis ſtare, ut in littore cancri, *Varr.*

Digitus index] Digitus ſalutaris, *Suet.* Digitus ſilentii (*quia ori appreſſo, Harpocrates ſilentium indicabat*), *Iuven.* Demonſtratorius, *Iſid.*

Digitus medius] Infamis digitus, (*quia tantùm probroſæ res porrectione hujus digiti indicabantur*), *Perſ. Sipont.* Impudicus, *Mart.* Verpus, *Iun. Gerr.* Famoſus (quia, quando porrigebatur, ſignum deriſionis erat,) *Iunio.*

Digitus annularis] Medicinalis, *Mart.* Medicus digitus, (quia ob munditiem pharmaca eò miſcentur commodè) *Gerræ.*

Digitus auricularis] Digitus minimus, *Plin.*

Digladiari] Rotare enſem, *Virg.* Licitari machæra contra aliquem, *Non.* Pugillatu decertare. Ceſtu pugnare, *Plaut.*

Dignitas] Eſt honeſta, & cultu & honore; & verecundiâ digna authoritas. Amplitudo, *Cic.* Dignatio, *Tac.* Axioma familiæ.

Digitized by Google

Dignari aliquem aliquâ re] Te unum ex omnibus voluit Venus magnificare, *Plaut*. Mactare aliquem honore, *Cic*.

Dignoſcere] Internoſcere. Dignum & indignum ſecernere. Judicare oculorum ſenſu aliquid. Judicare quid interſit. Diſcernere alba & atra. Diſtinguere civem & hoſtem, *Cic*.

Dignus] Digniſſimum donum. Idoneus auctor. Idonei atque integri homines. Ad omnia ſumma natus. Honoribus ampliſſimis perfunctus. Summa eſt in eo dignitas. Summæ eſt dignitatis. Magnâ dignitate præditus, *Cic*. Condignum donum. In eam rem ſi quid habebo, *Plaut*. Luculentus Auctor.

Dignus honore] Dignus obeliſco. Statuâ dignus. Meritus es cui laurea imponatur. Promeritus es ut tibi decernatur triumphus, *Er*.

Dignus longâ vitâ] Dignus qui quàm diutiſſimè vivat. Dignus ut quàm diutiſſimè vivat. Longiſſimâ vitâ dignus. Dignus quàm diutiſſimè vivere, *Er*.

Digna dignis] Invenit gladius ſe dignam vaginam. Dignum patellâ operculum. Similes habent labra lactucas. Mala malis conveniunt. Stramenta aſino, non aurum, *Adag*.

Dignis indigni quandoque præferuntur] Corvi luſciniis honoratiores.

Digredi à propoſito, vid. *Evagari*.

Dijudicare] Diſceptare controverſias aliorum. Diſtrahere controverſias. Decidere de negotio, dirimere controverſiam, *Cic*. Cernere, *Pacuv*. Diſceptare inter aliquos, *Liv*. Secare litem. Secare res, *Hor*.

Dilacerare] Diſcerpere. Diripere, *Lucan*. Dilaniare, *Cic*. Diverſum actis cruribus diſtrahere, *Sen*. Dilancinare, *Ammian*. Differre in diverſa quadrigis, *Virg*.

Dilapidare, vid. *Diſſipare*.

Dilatare, in amplius ſpatium diducere] Propagare fines, laudem, religionem. Amplificare gloriam, dignitatem, *Rempubl*. Collatare, *Cic*. Prolatare agros. Proferre imperium, *Tacit*. Ampliare plagam ſcalpello, *Celſ*.

Digitized by Google

Dilatare, ſermonem prolongare] Amplificare aliquid dicendo. Amplificare rem orando, dolorem, orationem, verbis aliquid. Exaggerare verbis aliquid, oratione rem. Fundit ſe latiùs orator, *Cic.* Augere peccati atrocitatem; aliquid verbis; rem laudando. In majus vulgare, *Tacit.* Rem parvam attollere, *Celſ.* In majus aliquid provehere, *Hor.* Ultra verum aliquid ferre, *Sen.* Vid. *Amplificare orationem.*

Dilatatio] Propagatio. Amplificatio. Exaggeratio, *Cic.* Paraphraſis, *Quint.*

Dilatio alicujus rei] Procraſtinatio in rebus agendis. Cunctatio. Suſtentatio. Mora ſupplicii, *Cic.* Prolatatio victoriæ inimica, *Tac.* Fruſtratio, *Liv.*

Dilatio juris] Comperendinatio. Comperendinatus. Advocatio, Prorogatio, Mora. Prolatio judicii, *Cic.* Amplificatio, *Aſcon.* Sufflamen litis, *Iuv.* Exceptio dilatoria, *Vlp.* Diffiſſio, *Gell.*

Dilatio parit ignaviam] Qui non eſt hodie, cras minùs aptus erit.

Dilaudare aliquem, i. valde laudare] Celebrare aliquem laudibus. Celebrare laudes alicujus. Tollere, ferre aliquem in cœlum. Tollere aliquem laudibus. Tollere famâ in cœlum. Tollere laudes alicujus in aſtra. Extollere aliquem in cœlum laudibus. Ferre in aſtra, ad cœlum aliquem, *Cic.* Tonare laudes alicujus, *Plin.* In cœlo eſt Bibulus, (id eſt, laudatur) *Cic.* Laudare maximis laudibus, *Cato.* Elaudare, *Varr.* Tollere in altum gloriam Viri, *Ariſtoph.*

Dilectus] Deliciæ, deliciolæ noſtræ Tullia. In amore & deliciis alicui eſt, *Cic.* In intimis meis eſt, de alicujus delectu, complexu, ſinu eſt. Anima. Alter ille eſt, vel Alter idem, *Id.* Hi ſunt deliciæ & amores tui, *Virg.* Primus apud aliquem eſt, *Ter.* Homines à latere, *Curt. Liv.* Continuus Principis, *Tacit.* Mea voluptas. Mea delicia, *Plaut.* Deliciolum meum es, *Sen.* Delicies mea Critias, *Apul. Col.* Dimidium animæ alicujus eſt, *Hor.* Pars animæ alicujus, *Id.* Meus. Mea lux. Meum deſiderium. Vos meæ chariſſimæ animæ, Cic,

Dilectio, vid. *Amor.*

Digitized by Google

Dilemma] Cornutus ſyllogiſmus. Complexio, in qua utrum conceſſeris, reprehenditur, *Cic.* Argumentum ab utraque parte concludens.

Diligens] Studioſus. Aſſiduus. Curioſus famæ ſuæ. Sedulus, *Cic.* Intentus ad, *Tacit.* Multus in opere, *Sal.* Propenſo animo in hoc incumbens, *Er.*

Diligens nimiùm] Perdiligens. Perattentus, *Cic.* Nimius in aliqua re, *Id.* Anxiè diligens, *Macrob.* Cleanthes. Librorum heluo, *Cic.*

Diligens ſemper habet quod agat] Homini diligenti ſemper aliquid ſupereſt.

Diligentem eſſe in aliqua re] Adhibere curam, contentionem, ſtudium. Incumbere alicui rei, *Cic.*

Diligenter] Perdiligenter. Vigilanter. Perquiſitius. Perattentè. Etiam atque etiam conſidera, *Cic.* Solicitiſſimè, *Sen.* Obſervanter, *Macr.* Obſervatè, *Gell.* Excuſsè, *Sen.* Enixâ operâ, diligentiâ. Examinatiùs, *Amm.* Sedulè, *Gell.* Sedulò, *Cic.* Inquiſitiùs, *Gell.* Curioſiùs, *Col.* Rebus relictis, *Plaut. Ter. Lucr.* Acceptâ candelâ. Levato velo de cauſa cognoſcere. Oculis fixis, immobilibus intueri. Omnibus veſtigiis inquirere. Paſſim & effusè. Paſſis velis. Nihil obiter.

Diligentia] Navitas. Sedulitas. Aſſiduitas. Mira obſervatio operis. Accuratio, *Cic.* Intentio diſcentis, *Quint.* Intentiſſima cura, *Id.* Fervet opus.

Diligentia inverſa frigeſcens] Principium fervet, medium tepet, ultima frigent.

Diligentia errantium] Benè currunt, ſed extra viam.

Diligere, vid. *Amare.*

Dilucidare] Accendere facem, vid. *Declarare.*

Diluculò] Primulo diluculo, *Plaut.* Cum prima luce, *Ter. Cic.* Primo diluculo, *Cic. Suet.* Manè obſcuro, *Col.* Primâ luce, *Ter. Liv.* Cœptâ luce, *Tacit.* Primo manè, *Col.* Principio lucis, *Tacit.* Benè manè ſcripſi. Multo mane, *Cic.* Maturrimè, *Caſ.* Maturiſſimè, *Cic.* Vid. *Antelucano tempore.*

Diluere] Diluvium facere. Ad diluvium revocantur glebæ

imbri-

imbribus, *Lucr.* Miſcere vinum aquâ, *Plaut.* Temperare merum lymphâ, *Tibul.* Infucare vinum, *Plaut. Turneb.* Infuſcare, *Lamb.*

Dilutum vinum] Vinum lymphatum, *Iun.* Diluta potio, *Celſ.* Infucatum vinum, *Plaut.* Aquâ mixtum, *Plin.*

Diluvium] Cataclyſmus, *Varr.* Vid. *Eluvio.*

Dimenſio] Metatio vinearum, *Col.* Limitatio, *Vitruv.* Centuriatio. Cancellatio. Typus, *Sicul. Flacc.* Normatio agri per angulos, *Aggen. Vrbic.* Pedatura, (pedibus facta dimenſio) *Veget.* Podiſmus, *Id.* Menſio, *Cic.*

Dimetiri] Dimetari. Limitare vineas, *Plaut.* Collibrare, *Cat.* Determinare regiones, *Plaut. Liv.* Metari agros, *Virg.* Dimenſa verba, *Cic.*

Dimicare, vid. *Digladiari, Præliari.*

Dimicatio, vid. *Prælium.*

Dimidium] Dimidia pars, *Cic.* Dimidia circuli forma, *Plin.* Media pars, *Caſaub.* Semis, *Col.* Semiſſis, *Lampr. Cic.*

Dimidiatus] In partem dimidiatam decoquere, *Col.* Ex parte dimidiâ hæres, *Cic.* Decoquere ad dimidias, ad tertias, ad quartas, *Col.*

Diminuere, vid. *Minuere.*

Dimiſſione non factâ abire] Vaſis non conclamatis abire, *Cic.*

Dimittere] Solvere cœtum, *Ovid.* Miſſos facere. Ablegare, *Cic.* Domuitionem dare alicui, *Pacuv.* Miſſionem dare militibus, *Tac.* Amittere aliquem à ſe, *Ter.*

Directè] Rectâ. Rectè feruntur atomi. Directò deorſum ferri. Ad *lineam* ferri. Rectis lineis ſubvolare. Protinus, *Cic.* In rectum jacit, *Sen.* Normaliter è regione ſtare, *Amm.* Proverſus, vel Provorſus, *Varr.*

Dirigere] Circumflectere curſum navis, Torquere proras ad littora, *Virg.* Contorquere aliquò gubernaculum, *Lucr.* Flectere currum. Convertere navem ad. Clavum tenere. Gubernacula tractare. Detorquere voluntatem alicujus. Obvertere proram, *Cic.* Offlectere navem, *Plaut.* Obtorquere proram. Obliquare equos, *Stat.* Strigare mulas dextrà. id. *in Catul. Virg.*

Digitized by Google

Dirimere rixas] Sedare lites. Componere, *Liv.* vid. *Componere litig.*

Diripere aliquid] Membra direpta, *Ovid.* Diſturbare vitæ ſocietatem. Diſcindere amicitias. Dirumpere ſocietatem, *Cic.*

Diruere aliquid] Diſturbare tecta. Edere ruinas, *Cic.* Dare ruinas, *Virg.* Vid. *Deſtruere aliquid.*

Dirus, vid. *Crudelis*, *Atrox.*

Diſcedere, vid. *Abire.*

Diſceptare cum aliquo] Dimicare cum aliquo de fortunis. Decertare cum aliquo de aliqua re; manu, vi, armis. Decernere pro ſuo ſodali. Controverſia eſt mihi cum aliquo de aliquâ re. Controverſias habere inter ſe de. Litem habere cum aliquo. Litigare cum aliquo. Contendere cum aliquo de aliquâ re. Contendere jure. Vitam ferro, non auro cernamus. Habere cum aliquo contentionem de. Confligere ratione cum alicujus ratione. Cauſæ inter ſe confligunt. Conflictari judicio, *Cic.* Certare multum, *Liv.*

Diſceptator, vid. *Arbiter.*

Diſcere] Dare ſtudium alicui rei. Erudiri in ſcholis, *Quint.* Dare operam Præceptori, *Suet.* Studere literas, literis, artibus. Imbuere ſe ſtudiis literarum. Subdoceri alicujus labore. Accipere ab aliquo diſciplinam. Adhæreſcere ad aliquam diſciplinam, *Cic.* Perdiſcere literas, *Plin.* Adjungere animum ad aliquod ſtudium, *Ter.* Uti aliquo magiſtro, *Cic.* Vid. *Studere.*

Diſcere à doctiori] A bove majori diſcit arare minor.

Diſcendum ſemper] Ætas nulla ad diſcendum ſera. Nulla eſt ſera ad bonos mores via.

Diſcenda utilia ſolùm] Dementia eſt diſcere ſupervacanea in tanta temporis inopia.

Diſce, qui neſcis] Auſcultare diſce, qui neſcis loqui.

Diſcerpere, vid. *Dilacerare.*

Diſceſſus, vid. *Abitio.*

Diſcinctus] Recinctus, *Virg.* Tunicis demiſſis ambulat, *Hor.* Tu, qui zonam non habes, *Plaut.* Solutis tunicis ſemper in urbe inceſſit, *Sen.* Effluit effuſo cui toga lapſa ſinu, *Tibull.*

Diſcin-

Digitized by Google

Diſcingere aliquem] Ego non diſcingor, *Cic.* Recingor. *Plin.* Ire ſolutis zonis, *Ovid.* Solvere zonam ligatam, *Catull.*

Diſciplina] Animadverſio in ſceleratos. Caſtigatio. Pœna. Supplicium. *Fraudi* eſſe, *Cic.* Punitio, *Gell.* Noxa, *Liv.* Multatio bonorum, *Cic.* Vexat *cenſura* columbas, *Iuv.* Cenſio bubula. Malùm. Iniqua hæc patior cum *pretio* tuo, *Plaut.* Luela ſceleris, *Lucr.* Vindicta legis, *Ovid.*

Diſciplina eſt ſalubris] Caſtigans unum, emendat centum.

Diſciplinam deſerere] Pullus de nido avolat. Ferulæ manum ſubducere, *Id.*

Diſciplina exoleſcit, vid. *Molleſcere.*

Diſciplina labens] Lapſi ad mollitiem mores. Mollis diſciplina, *Cic.* Nuſquam eſt diſciplina ignavior, *Plaut.* Diſſolutio, *Spart.* Vid. *Licentia.*

Diſcipulus inchoat à vitio] Nihil ſine peccato diſcitur. Errando non errare diſcimus.

Diſcordare] Diſconvenit inter me & te, *Hor.* Diſcrepare, diſſidere ab aliquo, *Cic.* Diſſonare, *Col.* Faciliùs inter horologia convenit. Tanta mihi tecum concordia, quanta agnis cum lupo, *Hor.*

Diſcordia] Diſſenſio. Diſſidium. Diſcrepantia, *Cic.* Diſſidentia. Diſſenſus, *Plin.*

Diſcordia ſibi ſuiſque nocet] Navem, quâ vehuntur, perforant.

Diſcors] Malè concors, *Lucan.* Diſſonus, *Liv.* Diſſentaneus, *Cic.* Inſociabilis, *Tac.*

Diſcrimen] Variatio, *Liv.* Variantia, *Arnob.* Vid. *Differentia.*

Diſcrimen rerum vilium & pretioſarum noſſe] Novit quid diſtent æra lupinis, *Hor.*

Diſcrimina ſunt rerum] Alia res ſceptrum, alia plectrum.

Diſcrepare, vid. *Diſcordare.*

Diſcurrere] Curſare huc atque illuc, ultro ac citro. Volitare per forum. Pervagari, *Cic.* Vagari tota urbe, *Virg.* Diſcurſare, *Quint.* Percurſare, *Liv.* Intercurſare. Ultro citroque pervolare, *Plin.* Curſitare ſurſum deorſum. Curſatur ſurſum prorſum, *Ter.* Volitare totâ acie, *Tac.*

Digitized by Google

Diſcutere] Diverberare aliquid ictu, *Lucr.* Elidere caput. Excutere cerebrum alicui. Diſpertiri cerebrum alicui, *Plaut.* Aperire caput fuſte, *Iuv.* Diſpercutere, *Lambin.* Diſplodere capita oſſibus perfractis, *Amm.* Diſplanare caput raſtro, *Varr.*

Diſertus] Copioſus ad dicendum. Cujus quaſi torrens fertur oratio. Omnibus naturæ & doctrinæ præſidiis ad dicendum paratus. A natura ſolutus ad dicendum. Celeriter verba volvens. Volubilis orator. Non eſt illi oratio. Vir omnium eloquentiſſimus. Pereloquens, *Cic.* Diſertiſſimus, *Mart.* Facundus. Perfacundus, *Iuſtin.* Orandi validus, *Tacit.*

Dujicere] Disjectat mare carinas. Diſpergere corpus paſſim per agros. Diſturbare domum, *Cic.* Diſſipare cumulos, *Pallad.* Diſpulverare montes, *Nev.*

Dujunctio, vid. *Separatio.*

Dujungere aliquid ab aliquo] Diſtrahere. Divellere. Diſtinguere. Disjugare. Sejugare, *Cic.* Dejungere. Abjungere, *Plaut.* Dijungere, *Var.* Diſparare, *Gell.* Vid. *Separare.*

Diſpar, in aliquo alicui] Inæqualis varietas. Inæquatum onus, *Tibul.* Impar intervallum. Nihil ad Perſicum, *Cic.* Injuſtus faſcis, *Virg.* Majus ferens onus, *Sen.* Nihil ad noſtram hanc, *Ter.* Ad ſapientiam hujus ille nimius nugator fuit, diſparat, *Plaut.* Incomparabilis, *Plin.* Comparatio Bithi cum Bacchio.

Diſparere] Evaneſcunt hirundines, *Plin.* nubes, *Ovid.* Ex oculis tenuem ceu fumus in auram evanuit, *Virg.* Vaneſcere in auras, *Ovid.* Rapi ex oculis, *Liv.* Oblituit cometes, *Sen.*

Diſpellere aliquid] Diſſipare hoſtes, *Caſ.* Digerere humorem, *Celſ.* Diſcutere fuliginem, advocationem. Fugare inermes homines, ſomnum, *Cic.* Reſolvere nebulas, tenebras, *Ovid.* Diſperſa per agros agmina, *Plin.* Diſpalantur milites, *Gell.*

Diſpenſare] Arbitrio ejus omnia tractantur, *Cic.* Non ex fide *verſare* pecuniam, *Suet.*

Diſpenſatio] OEconomia, *Sipont.* Digeſtus opum, *Stat.* Erogatio pecuniæ, *Cic.* *Diſpen-*

Digitized by Google

Diſpenſator] Promus, *Plaut.* Actor ſummarum, *Suet.* Vid. *Quæſtor.*

Diſpergere, vid. *Disjicere.*

Diſperſe, vid. *Sparſim.*

Diſpeſcere] Interpungere, *Cic.* Interſtinguere, *Stat.* Diſtinguere caput acu, *Claud.* Diſcludere, *Cæſ.* Intervenit aliquid, *ex Col.*

Diſpicere aliquid] Proſpicere longè animo aliquid. Proſpicere mente & cogitatione aliquid. Proſpicere multò antè. Providere quid futurum ſit. *Spectari* in judice debet fortuna & dignitas, *Cic.*

Diſplicere] Injucundum eſſe alicui, Odioſum. Memet mei pœnitet, *Cic.* Gravis ſum mihi, *Vall.* Laborare faſtidio ſui, *Sen.*

Diſplicet palato] Non eſt mei ſtomachi, *Cic.* Non juvat. Non facit ad ſtomachum. Nec cœlum nec aquæ faciunt, nec terra, nec auræ, *Ovid.*

Diſponere] Digerere aliquid in partes. Diſtribuere. Diſpenſare, *Cic.*

Diſputabilis] Omnia, quæ tractantur ab oratoribus, dubia ſunt & incerta. Habet dubium res. Habet dubitationem fœdus. Venit, vocatur in dubium aliquid, in controverſiam. Verſatur in controverſia. Controverſa res. Jus controverſum. Revocatur in dubium. Habet aliquid quæſtionis. Habet res deliberationem, *Cic.* Eſt in quæſtione, in dubio, *Plin.* Controverſioſa res, *Liv.*

Diſputare] Diſſerere cum aliquo. Decertare per diſceptationem. Contendere verbis, non pugnis. Certare cum aliquo dicacitate, *Cic.*

Diſputatio] Diſceptatio. Altercatio. Pugna doctiſſimorum virorum. Contentio dicendi. Conflictus & concurſus rationibus ac firmamentis. Decertatio, *Cic.*

Diſquirere] Exquirere aliquid ab aliquo, Inquirere; & de aliquo; in aliquem, *Cic.* Habeo quæſtionem alicujus rei, de aliquâ re. Sciſcitari ſententiam alicujus, *Id.* Aliquid ex aliquo, de aliquo exquirere. Inveſtigare aliquid, de aliquo diligenter. Expiſcari aliquid ab aliquo. Explorare futura.

Digitized by Google

Perſcrutari voluntatem alicujus, *Plaut.* Vocare in diſquiſitionem, *Suet.* Inſcrutari aliquid altiùs, *Macrob.* Mittimus ſcitatum oracula Phœbi, *Virg.* Requirere res novas, *Plaut.* Viſe redieritne domum, *Ter.*

Diſſecare] Secare in partes, *Cic.* Dirigere gallinam cultro. Diribere. *Feſt.* Anatomen exercere. Anatomas factitare, *Henr. Steph.*

Diſſentire] Diſcrepare, diſſidere ab aliquo. Diſſonare. Pugnat oratio ejus cum vita, *Cic.* Abludere, *Hor.* Non ad exemplar orationis ſuæ vivit, *Sen.* Diverſus animi; in diverſum abire. Ego longè diverſa ſentio. Multò aliter, atque tu, ſentio. Ei ſententiæ refragabuntur omnes. Iſti ſententiæ nemo non reclamabit. Mihi tua ſententia neutiquam probatur. Magnopere noſtra cum tua pugnat opinio. Variatum eſt ſententiis. Id unum nobis eſt controverſum. Multum à tua mea diſcrepat ſententia. Longe ſecus atque tu, ſentio. Haud mediocriter à tua mea diſſidet opinio. Nimiùm inter tuam atque meam intereſt opinionem. Mihi ſecus videtur, *Er.*

Diſsidere] Diſceſſit in duas factiones civitas. Fovere partes, *Tacit.* In alia omnia ſenatus tranſiit, *Cic.* Tendunt in diverſum ſententiæ, *Liv.* Scinditur in contraria ſtudia vulgus, *Virg.*

Diſsidium] Diſtractio animorum. Seceſſio non bellum. Exſtinctæ amicitiæ, *Cic.* Studium in partes diductum, *Plin. Iun.* Divortium, Factio, *Cic.* Partes, *Tac.* Renunciatio ſocietatis, *Vlp.*

Diſsilire] Diſſultare, *Lucr.* Rumpuntur inflata, *Virg.* Dirupi me penè, *Cic.*

Diſsimilis, vid. *Differens.*

Diſsimilia non cohærent] Morum diſſimilitudo amicitias diſſociat.

Diſsimilia comparare] Aquilam noctuæ comparas. Cygno fulicam.

Diſsimulare] Apertis oculis tranſilire, *Sen.* Obſcurè aliquid ferre. Condere iram; ſimulationem. Fronte & vultu facilè ſuſtinere, *Cic.* Spem vultu ſimulat, premit alto corde dolorem, *Virg.* Se lætum aſſimulat. Tu, ſi ſapis, quod ſcis, neſcis, *Ter.*

Digitized by Google

Diſſimulare artem, Ars artium] Diſſimulare artem, ſummi artificis.

Diſſimulatio] Hypocriſis, *Bud.* Fallaciloquentia, *Cic.* Loligo. Hic nigræ ſuccus loliginis, hæc eſt ærugo mera, *Hor.* Vid. *Simulatio.*

Diſſipare] Diſturbare ac diſſipare omnia. Diſſeminare, *Cic.* Diſparare, *Plaut.* Vid. *Prodigere.*

Diſſociare, Vid. *Disjungere.*

Diſſociari, Vid. *Amicitiam dimittere.*

Diſſolvere] Reſolvere nodos, *Plin.* Relaxare, *Cic.* Reſtringere, *Apul.* Exſolvere nodos, *Liv.* Nexus, *Lucr.* Nexos artus, *Virg.* Abnodare, *Col.* Solvere nodum, *Hor.* Enodare, *Non.*

Diſſolvere ſubtiliter] Reſecare ad vivum.

Diſſoluta vita] Licentia, Effuſa licentia, *Ter.* Immoderata libertas. Effrenatio impotentis animi. Lapſi ad mollitiem mores. Bacchatio. Diſſoluta conſuetudo, & licentia impudens, *Cic.* Diſſolutio, *Spart.* Deſidentes mores, *Liv.* Bacchanalia.

Diſſolutus] Licentioſus miles, *Ter.* Cui quod libet, licet, *Cic.* Vid. *Licentioſus.*

Diſſuadere, Vid. *Dehortari.*

Diſſuere] Reſuere, *Suet.*

Diſtare] Locorum & temporum intervallo disjuncti ſumus. Abeſſe ſpatio bidui. Dirimuntur oppida itinere diei. Diſtinguunt nos duo millia paſſuum, *Mart.* Longiùs à mari recedit, *Curt.* Tantâ intercapedine diſpeſcuntur, *Apul.* Diametro diſtare.

Diſtanter longinquè] Quantum diſtat cœlum à terrâ.

Diſtantia] Longinquitas, *Cic.* Intervalla ſiderum, *Quint.* Spatiũm, *Ovid.* Interjecta non mediocri, *Amm.* Vid. *Intervallum.*

Diſtendere] Expandere, *Plin.* Extendere vites. Prolixare aciem ferramenti. Porrigit radices arbor. Exporrigere crura. Prolongare. Diſpandere, *Plin.* Protendere brachia. Tendunt vela Noti, *Virg.* Pandere alas ad ſolem, *Id.* Contendere poplitem, *Hor.* Producere pelles dentibus, *Mart.*

Diſtin-

Digitized by Google

Diſtinguere] Diſcernere alba & atra, *Cic.* Vid. *Dignoſcere.*

Diſtractus animo] Diſtractiſſimus negotiorum onere, *Paterc.* In plura ſtudia diſtrahi induſtriam. Diſtentus operâ & animo. Alias res agit, *Cic.* Diverſæ animum trahunt curæ, *Ter.* Dividit huc illuc animum, *Virg.* Nos aliò mentes, alio diviſimus aures, *Catul.*

Diſtractus ſenſus impeditur] Duos inſequens lepores, neutrum capit. Nuſquam eſt, qui ubique eſt. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus.

Diſtribuere] Diſpartiri. Dilargiri, *Cic.* Dividere argentum in vivos, *Plaut.* Diſpenſare officia, *Sen.*

Diſtribuendum prudenter] Manu ſerendum, non thylaco.

Ditare aliquem] Augere aliquem divitiis. Locupletare. Collocupletare, *Cic.* Opulentare, *Col.* Luculentos reddit lucrum, *Plaut.* Multos annos eſt poſſideo.

Diteſcere] Rem, opus augere. Amplificare rem familiarem. Pervenire ad nummos, opulentiam. Confirmare poteſtatem opibus & copiis. Fundare opes. Conſequi opum potentiam, *Cic.* Convaleſcunt opes alicujus, *Liv.* Creſcere in multas opes, *Id.* Facere rem, *Ter.* Emergere ad ſummas opes, *Lucr.*

Diu] Perdiu. Longo ſpatio. Multum. Plurimum ætatis, *Cic.* Diútinè. Ætatem velim ſervire. Seculum eſt, *Plaut.* Mille annorum. Perpetuò vivunt. A ſeculo ad ſeculum. Non longum lætabere, *Virg.* Annus eſt dum comuntur, *Ter.* Longinquum, Longum nimis loquor. Per longinquum eſt, *Plaut.* Longum eſt explicare, *Cic.* Perlongè eſt, *Ter.*

Divaricare] Dilaxare crura, *Porphyr.* Coſſigerare. Diſpendere, *Accius.*

Divendere] Diſtrahere, *Suet.* Haſtæ ſubjicere, *Cic.* Vid. *Vendere.*

Diverſorium, Vid. *Hoſpitium.*

Diverſus] Longiſſimè diverſi ſunt. Alius longè. Aliud melle, *Col.* Res diſſociabiles miſcere, *Tac.* Alienigenæ res, *Lucr.* Vid. *Differens.*

Diver-

Diverſis diverſa conveniunt] Inſania non omnibus eadem. Facta juvenum, Conſilia mediocrium, vota ſenum. Conſilia ſenum, juvenum lanceæ. Equis quadrigis; aratro bos.

Diverſos diverſa juvant] Alia aliis pulchra. Alia apud alios bona. Alia vita, alia diæta. Aliam ætatem alia decent. Alia æſtate, alia hieme.

Diverſi diverſa poſſunt] Conſilio pollet, cui vim natura negavit.

Divertere, Vid. *Hoſpitari.*

Dives] Opulentus, prædives, perdives. Copioſus, Divitior. Pecunioſus. Lautus, *Cic.* Luculentus, *Plaut.* Præpollens divitiis, *Liv.* Rem habet. *Cic.* Largæ ſunt illi facultates, *Plin.* Unctum patrimonium, *Catul.* Æris alicujus homo. Crœſus. Crœſo ditior. Plutone. Mido ditior. Multorum nummorum. Tantali opes aſſecutus, *Er.*

Dives fundis, ſeu prædiis] Locuples, *Cic.* (Qui locorum plenus.) Bene peculiatus, *Cic.* Benè prædiatus, *Apul.*

Dives avarus] Fontes ipſi ſitiunt.

Dives rudis] Deauratus ſtipes. Simia purpurata. In eburnea vagina, plumbeus gladius. Midas Rex auriculas aſini habet. Aureum pecus. Ovis aurea. Aureus aſinus. Stultitiam patiuntur opes, *Hor.*

Dives ſuperbus] Superbia divitiarum comes.

Dividere] Tribuere in partes membra; partiri. Facere partes, *Cic.* Diſpertiri. Diſpertire aliquid aliquibus. Orbis certis paſſibus dimenſus. Dividuum facere, *Plaut.* Diſpendere curam alicujus. Diſpenſare æquâ portione ſuccum. Contribuere in regna Tetrarchias. Diſcernere aliquid ſorte, *Col.* Diducere in particulas aliquid, *Sen.* Æquare laborem, *Iuſtin.* Erciſci, & Erciſceri hæreditatem, *Feſt.*

Dividere unam rem ab aliâ] Diſterminare aliquid ab aliquo, *Cic.* Dirimere, *Plin. Iun.* Librare, *Col.* Diſcludere, *Virg.* Diſcriminare, *Cic.* Diſſepire, *Sen.* Diſpeſcere, *Plin.* Cernere, *Bud.* Diſcernere, *Stat.* Limitari vineas, *Plin.* Limitare, *Feſt.*

Divinare] Augurari conjecturâ, Hariolari, *Cic.* Viam rectam inſtare. Rem acu tangere, *Plaut.* Addivinare. Omen facere

Digitized by Google

facere, *Plinius.* Inaugurare, *Livius.* Ominari, *Bud.*

Divinatio] Ars divinationis. Auguratus ſcientia. Ars exſtiſpicum, *Cic.*

Divinator] Diſſector nodorum Gordiorum.

Divitiæ] Res. Opulentitas. Bonæ res, *Plaut.* Opes. Copiæ, Fortuna, *Cic.* Opulentia, *Virg.* Midæ opes. Crœſi opes. Arabum gazæ. Stimuli in corde. Sudes in oculis. Tantali opes. Tantali talenta. Cenſus, *Iuv.*

Divitiæ pariunt ſtultitiam] Miſera eſt magni cuſtodia cenſus.

Divortium, Vid. *Repudium.*

Dium] Divum, *Hor.* Sub Jove frigido. Subdialis locus, *Plin.* Hypæthrum, *Vitr.* Aperta promptaque cœli, *Lucr.* Loca retecta, *Plin.*

Divulgare aliquid] Publicare reticenda, *Iuſtin.* Vulgatum hoc veſtrâ voce eſt. Pervulgare atque edere aliquid populo. Percelebrare. Diſſipare famam, rumores, ſermones. Spargere famam, diſſeminare. Edere in vulgus aliquid. Decantare aliquid, *Cic.* Vulgare famam per omnes. Rem vulgo ferre, *Liv.* Dare aliquid famæ. Rumoribus aliquid differre, *Tac.* Tradere famæ, *Curt.* Invulgare aliquid, *Gell.* In vulgum vulgas, quæ ſcis, *Enn.* Mittere aliquid in ora populi, *Quint.* Diſpergere famam, *Plin.* Spargere aliquid in vulgus, *Virg.*

Docere] Artem docendi tradere. Tradere ſcientiam alicui. Dare alicui præcepta. Et rationes dicendi. Inſtituere aliquem artem. Tradere vias artium. Erudire aliquid ad aliquam diſciplinam. Perdocere aliquem aliquid, *Cic.* Inſtruere aliquem ſcientia, *Quint.* Imbuere ingenium artibus, *Plaut.* Formare ſtudiis mentes, *Hor.* Inſtillare præcepta auriculis, *Id.* Formare juventutem, *Plin.* Præcipere artem, *Quint.* Peritum aliquem facere, *Propert.* Edocere. Addocere artes, *Saluſt.*

Docendum aut diſcendum ſemper] Doce vel audi.

Doctrina] Ars doctior quàm natura. Diſciplina juris. Ingenuarum artium ſcientia. Facultas oratoris, *Cic.* Ratio benè vivendi, *Id.*

Docte]

Digitized by Google

Doctè] Literatè reſpondere. Literatius, Eruditius, *Cic.* Perdoctè, *Plaut.*

Doctor] Doctor Sapientiæ. Magiſter artium. A ſtudiis, *Suet.* Præmonſtrator, *Ter.* Formator, *Gell.* Exercitator hominis vel artis, *Plin.* Literator linguæ, *Gell.* Præceptor, *Cic.* Inſtitutor, *Lampr.* Eruditor, *Tertul.*

Doctor juris] Interpres legum, *Cic. Sic.* Theologiæ interpres.

Doctor indoctus] Aſinus portans myſteria.

Doctrina, Vid. *Eruditio.*

Doctus] Inſtructus artibus ingenuis. Politus literis. Sunt in eo literæ plurimæ. Tinctus arte. In omni recto ſtudio, & humanitate verſatus, *Cic.* Doctiloquus, *Varr.* Madet arte, *Lucr.* Vivum Muſæum. Bibliotheca obambulans, animata, *Er.* Proceres & anteſignani literarum, *Polian.* Docere poſſe, ſignum eſt ſcientis. Minervâ doctior. Ariſtarcho doctior, *Er.* Vid. *Eruditus.*

Doctus quidem, ſed malè moratus] Vir eſt doctrinâ quidem egregiâ, verùm moribus illaudatis.

Docti ſunt humani] Commiſce Gratias Muſis.

Documentum, Vid. *Argumentum.*

Dolere] Dolorem capere, habere, ſuſcipere. Dolore angi, *Cic.* Diſtrahi, diripi doloribus, *Ter.* Dolore urgeri, cruciàri, *Celſ.* Concruciari, *Lucr.* Dolori operam dare, *Sen.* Caput condoluit, *Tibul.* Doleo ab oculis, *Plaut.* Conflictari capitis doloribus, *Celſ.* Dolitat mihi aliquid, *Cat.* Indolere. Indoleſcere, *Juſtin.*

Dolor] Motus aſper in corpore à ſenſibus alienus. Ægritudo crucians, *Cic.* Voluptatis comes.

Dolor juſtus diu durat] Temperare juſtum dolorem difficilè.

Dolosè] Inſidiosè, Fallaciter. Fraudulenter, *Col.* Per dolum, *Hor.* Per fas & fidem deceptus, *Liv.* Perfidiosè, *Plaut.* Ex inſidiis, *Cic.* Vid. *Aſtutè.*

Doloſus] Fraudulentus. Inſidioſus, *Cic.* Fraus, *Ter.* Callidus in fraudem, *Amm.* Ulyſſe doloſior, *Er.* Vid. *Deceptor, Aſtutus.*

Dolus]

Digitized by Google

Dolus] Fallacia, *Ter.* Fraudes. Fraudatio. Perfidia, *Cic.* Techna, *Ter.* Impoſtura, *Gell.* Dolus doctus. Dolus malus. Vid. *Deceptio.*

Dolus adverſus dolum] Laqueus laqueum cepit. Ars deluditur arte. Vulpinari cum vulpe.

Dolos ſtruere] Dolos nectere. Dolare dolum. Dolos texere. Fabricare fallaciam. Fabricam fingere, *Plaut.*

Domeſticus] Penetralis. Dii penetrales. Vernaculus. Familiaris, *Cic.* Privatus, *Lucr.* Gentilis mos, teſſera, *Amm.*

Domi mea] Intra ſepes meas.

Domi ſuæ quiſque Dominus] Gallus in ſuo ſterquilinio multùm poteſt.

Domi optimè] Domus amica. Domus optima.

Domi deſidere] Cochleæ vitam agit. Umbraticus homo, *Plaut.* Incubator domi ſuæ, *Macrob.* Non facilè hunc quiſquam non modò extra tectum, ſed ne extra lectum quidem vidit. Ipſe tanquam cochlea abſcondens & retentans ſeſe, *Tacit.* Lucem conventumque hominum vitat. Tectis ac tenebris continetur. Omnes ſolitudines perſequitur. Januâ ſe ac parietibus tegit. Publico caret. Quæ vitatio oculorum? lucis, urbis, fori? Solitudo ei pro frequentiâ, nox pro die, *Cic.* Ipſa domus puerum quem videt, ipſa ſenem, *Claud.* Microſpicus, *Mart.* (qui parum conſpicitur foris) Nimis *urbanus* es, niſi concupiſcis ſeceſſum, *Plin. Iun.* Claudus ſutor.

Domina] Dominatrix, *Cic.* Herois, *Mart.* Optimates matronæ, *Cic.* Summates matronæ, *Plaut.* Summates Deæ, *Apul.* Hera major.

Dominari] Potiri rerum. Imperare. Imperium in aliquem tenere. Tenere in dicione, *Cic.* Divitiæ meæ ſunt, *Sen.* Imperitare, *Lucr.*

Dominium, vid. *Imperium.*

Dominus] Dominus in ſuos. Dominus in bonis alicujus. Dominus rerum ſuarum. Dominus juris ſui, ſui municipii. Nemini mancipatus. Dominationem habens in aliquos, *Cic.* Herus, *Ter.* Dominator, *Plin.*

Domus] Tectum. Ædes, *Cic.* Nidus, *Hor.*

Digitized by Google

Domus lapidea] Domus lateritio opere ſtructa.

Donare] Condonare alicui munuſcula, *Cic.* Dare dono aliquid, *Liv.* Offerre, mittere munera, *Quint.* Munerare (&, ri,) aliquem aliquâ re, *Cic. Ter.* Dare in peculium, *Plaut.* Dare alicui mancipio aliquid, *Lucr.* Perſcribere pecuniam, *Id.*

Donec, vid. *Quàm diu.*

Donum] Munus, *Cic.* Donarium, *Macrob.* Aureæ compedes. Aureæ catenæ.

Dona magna à non magnis fruſtra exſpectes] Dii parvi parva dant.

Donis ne inhia] Non omnia, nec paſſim, nec ab omnibus accipienda dona.

Dona ſponſalitia] Dona propter nuptias, *ICt.*

Dona strictim non examinanda] Donum quodcunque aliquis dederit probato.

Dormiens interdiu] Antipodes noſtri.

Dormire] Operam dare ſomno, *Plaut.* Quieti ſe dare, *Caeſ.* Somnum capere. Imaginem mortis quotidie inducere, *Cic.* Nocturnâ quiete diurnum laborem relaxare, *Curt.* Sopor me habet, *Virg.* Tota mihi dormitur hiems, *Mart.*

Dormire altùm] Gravi ſomno premi, *Plin.* Somno vinoque ſepultus, *Virg.* Gravi ſopore membra devinxit ſomnus, *Lucr.* Temulento ſopore profligatus, *Quint.* Arctè & graviter dormitare. Arctior me ſomnus amplectitur. Somno ſolutus, *Cic.* Altus ſopor illum habet, *Virg.* Sorbet dormiens, *Plaut.* Totum diem ſtertere, *Hor.* Vigilanti ſtertere naſo, *Iuv.*

Dormire leviter] Intervigilare, *Sen.* Dormitio noſtri pectoris vigilabilis, *Varr.* Semiſomnus vel ſemiſomnis ſum, *Cic.* Corybantiare, (dormire patentibus oculis) *Plin.*

Dormire parcè] Non quantùm luſciniæ dormiunt.

Dormire ſtando] Cantherino more ſomniare.

Dormiturire] Dormitare, *Plaut.* Soporari, *Plin.* Obrepſit mihi ſomnus, *Plin. Iun.*

Dotalia dona] Super dotem aliqua accepta, *Liv.* Præter dotem accepta, *Cic.* Parapherna, pl. Paraphernalia, pl. *Vlp.*

Digitized by Google

Paraphernica, pl. *Sidon.* Dona peculiaria uxoris, *Vlp.* Dotalitia, *ICtis.* Acceſſio dotis præter profectionem, *Vlp.*

Dotem dare] Dotare filiam, *Suet.* Dicere doti pecuniam. Largiri dotem. Dote locupletare, *Cic.*

Dubiè] Dubitanter. Ambiguè, *Cic.* Perplexùm, & perplexè loqui, *Plaut.* Suſpenſa manu commendare, *Plin. Iun.* Incertè, *Gell.*

Dubitare] Dubium habere. Dubitatione æſtuare. Injectus eſt mihi ſcrupulus. In dubitationem venire. Hærere, hæſitare in aliqua re. Pendere animi, animis. Pendere, *Abſ.* Incertus ſum. Suſpenſus & incertus pendeo. Suſpenſas habeo rationes. Ambigere de aliquâ re. Ambiguum habere, *Cic.* In dubio ponere, *Liv.* In dubio eſt animus, *Ter.* Totâ vitâ pendent, *Sen.* Fluctuari animo, *Curt.* In ſalo ſtare, *Apul.* Revocare in dubium. Scrupoſam commeare viam, *Id.* Res in ambiguo eſt. Non dum ſatis conſtitui. Adhuc anceps animi ſum. Non dum huc aut illuc inclinat ſententia. Adhuc in æquilibrio vacillat animus utroque nutans. Hactenus ſuſpendo decretum animi. Nondum liquet, *Er.*

Dubitare valde] In magna quæſtione aliquid habere, *Plin.* Hæc me res in diverſum trahit, *Cic.* Incertior multo ſunt, quàm dudum. Longa dies meum incertat animum, *Plaut.*

Dubitatio] Dubium. Ambiguitas. Addubitatio. Hæſitatio. Quæſtio anceps, perobſcura, *Cic.* Fluctuatio animorum, *Liv.* Suſpenſio animi, *Hirt.* Dubietas, *Ammian.* Salum mentis & cogitationum, *Apul.*

Dubitatione liberare] Scrupulum evellere, eximere.

Dubitatur adhuc] Sub judice lis eſt, *Hor.* In incerto eſt. In quæſtione eſt. In quæſtionem, diſceptationem vocatur. In quæſtione verſatur, *Cic. Er.*

Sine dubio, vid. *Procul dubio.*

Dubium movere alicui] Scrupulum injicere. Adducere alicui dubitationem. Injicere, facere animum alicui dubium, *Cic.* Dubietatem facere, *Amm.*

Dubius] Anceps eventus rei. Ambiguus futuri, *Tacit.* Suſpenſus

Digitized by Google

ſpenſus animi. Incertus ſententiæ, *Liv.* Peranceps labor, *Amm.* Ancipitis conſilii res, *Cic.*

Ducere] Manu ducere. Præbere alicui ducem, *Cic.* Præducere, *Tacit.* Ducatum alicui præbere, *Hor.* Perductare, *Plaut.*

Ductum Dei ſequamur] Quò fata trahunt retrahuntque ſequamur.

Dudum] Pridem, Olim, Jam pridem, jam olim, Tanto intervallo. Longo intervallo, *Cic.* Diu. Jam dudum. Jam dudum ætatem ſunt inter nos, *Ter.* Jam diu, Perdudum, *In multos annos eſt* cum poſſideo, *Plaut.* Annò, *Id.*

Duellum] Pugna ſingularis, *Macrob.* Monomachia, *Caſ. Rhod.* Singulare prælium, *Auſon.* Gladiatorium certamen. Gladiatoria pugna, *Cic.*

Dulcis] Dulcior melle, Ambroſiâ. Nectareus, *Mart.* Ambroſius. Mulſeus. Muſteus, *Col.* Mellifluus, *Sipont.*

Dulce-amarus] Plus aloës quàm mellis habet.

Dulciculus] Languidè dulcis. Subdulcis, *Plin.*

Dum, vid. *Quam diu*,

Duo] Tot, quot ego & tu ſumus, *Plaut.* Geminus ictus, *Plin.* Geminatus ſol, *Cic.* Paribus equis, id eſt, duobus. Binæ literæ, *Cic.*

Duo non ſunt idem] Dominus domino, ſervus ſervo præſtat.

Duo plus poſſunt uno] Meliùs duo defendunt retinacula navem.

Duplum] Bis tanto valeo, *Plaut.* Dupla pars alicujus. Altero tanto, *Cic.*

Durabilis] Firmus. Stabilis ad diuturnitatem, *Cic.* Vivax oliva, *Col.* Tenax morbus, *Suet.* Pertinax certamen, *Liv.* Duratrix firmitas, *Plin.* Benè fert ætatem, *Macr.* ex *Cic.* Contumax emori, *Plin.* Perſeverans, *Col.*

Durabilis parum, vid. *Cedens annis.*

Duracinus] Servabilis uva, *Plin.* Fert ætatem vinum. Fert vetuſtatem, *Cic.* Fert annos; non fugit vinum, *Quint.* Stabilia mala. Lupinum patitur ævum in granario, *Col.* Servant poma nomen. Conſervat notas vinum, *Virg.* Non perdit nomen vinum, *Cat.*

Digitized by Google

Durare diu] Durare pertinaciſſimè, *Quint.* Perennant fructus diutiùs, *Col.* Imber continuus tendit, *Liv.* Expetit ætatem aliquid, *Plaut.* Perſtat hiems, *Ovid.* Viguit ad noſtram ætatem. Manet mos memoriæ, *Cic.* Stat Troja, *Virg.* Prorogant tempus veſtes, *Plin.* Pervigere, *Tac.* Annare, *Macr.* Continuare, *Celſ.*

Dureſcere] Guttæ durantur in grana. Lapideſcere in duritiem. Duritiem induere. Uſque in duritiem pumicis craſſeſcente limo. Spiſſari duritie, *Plin.* Semen diuturnitate obdureſcit, *Varr.* Subdureſcunt grana, *Col.* Præduratur terra, *Gell.* Rigere ferro, *Virg.* Rigidari, *Sen.* Obducere callem, *Cic.* Solidari, *Celſ.*

Durities] Duritia adamantina. Centrum, in lignis & marmore partes duriores, *Plin.* Duritas, *Cic.* Soliditas tophi, *Vitr.* Robur ſaxi, *Lucr.* Duramen aquarum. Rigor auri, *Id.*

Durus] Edurus, *Virg.* Durus ad tactum. Solidum robur. Rigida quercus. Spiſſus ager, *Id.* Prædura gemma, *Plin.* Impenetrabilis ſilex, *Lucr.* Adamantinum ſaxum, *Id.* Intractabiles lapides, *Plutar.* Reſpuit ſecures, ictum ferri. Contumaciùs tranſmittit ferrum. Centroſum lignum, *Plin.* Materina terra, *Cato.* Calloſa ova, *Hor.* Corneus, *Perſ.* Foſſore durior. Adamantinus. Adamante durior. Totus ſaxeus, *Er.*

Dux] Coryphæus, *Cic.* Caput, *Ter.*

Dux exercitus] Ductor, Imperator caſtrorum, *Cic.* Rector exercitus, *Suet.* Campiductor, *Amm.* Magiſter militiæ, *Virg.*

Dyſenteria] Dyſenterica paſſio, *Pallad.* Tormina, *Cic.* Profluvium alvi. Morbus edacitatis, *Cic.* Vid. *Alvus cita.*

Dyſuria] Urinæ cum difficultate cupiditas, *Celſ.* Urinæ difficultas, *Plin.* Veſicæ morbus, *Cic.* Dyſuricum pathos, *Id.*

Dyſuriacus] Cui ægrè lotium it, *Cato.*

Digitized by Google

E.

E Vid. *Ex*.

E. *E conſpectu*] E regione, & è contrariâ parte nobis eſt, *Cic*. Ex adverſo, *Plin*. Ex adverſum eſt fabrica. Ex adverſus ei loco erant, *Ter*. Adverſum, *Plin*. Ex adverſo cœli. Contrà, *Virg*. Diverſum cœli, *Id*. Erga, *Plaut*. Exantè porticum, *Apul*.

E parvis initiis magna rerum incrementa] De parvâ ſcintillâ magnum ſæpe concitatur incendium.

Ebenum] Hebenus, *Virg*.

Ebibere] Exhaurire poculum, *Liv*. Perpotare laticem, *Lucr*. Epotare poculum. Obducere. Obbibere. Exſorbere ſanguinem, *Cic*. Age effunde hoc citò in barathrum. Properè prolue cloacam. Medullam mihi laſſitudo perbibit. Educere cirneam vel hirneam vini. Exantlare ſubmerum, *Plaut*. Ducere pocula Lesbii, *Hor*. Exſiccare amphoram, *Sen*. Siccare poculum avidè, *Mart*.

Eblandiri aliquid] Blanditiis elicere aliquid. Eblandita ſuffragia, *Cic*. Electare, *Plaut*. Pellicere, *Col*. Expalpare aliquid ab aliquo, *Pompon. Plaut*.

Ebrietas] Vinolentia. Vinarium crimen, *Cic*. Temulentia, *Plaut*. Crapula, *Lucr*. Potatus, *Sen*. Hilaris inſania. Voluntaria inſania, *Lud. Viv*.

Ebrioſus qui libenter inebriatur] Vinoſus, *Plaut*. Bibax. Biboſus, *Gell*. Bibulus, *Hor*. Doliaris anus. Lagenam dicas. Vinoſiſſima eſt. Merobibus. Potator, *Plaut*. Crapuloſus, *Fe m*. Merobibulus, *Sipont*. Multimeri, *Hor*. Potor, *Plin*.

Ebrius, potu plenus] Ebriolus. Ebriacus. Potus. Appotus. Madidus, *Plaut*. Vinolentus, temulentus, *Cic*. Benè potus, *Var*. Crapulæ plenus, *Liv*. Vini plenus, *Ter*. Potulentus, *Suet*. Crapulentus, *Amm*. Merſus vino, *Sen*. Heſterno vino ſauciati, *Iuſtin*. Vino ſepultus, *Virg*. Vertigine tectum ambulat, & geminis exſurgit menſa lucernis, *Iuv*. Caminus ſemper fumans.

Digitized by Google

Ebrius incautus] In vino veritas. Quod in animo ſobrii, id in lingua ebrii.

Ebullire] Effervеſcit aqua, *Cic.* Circumfunditur, *Plin.*

Ebulum] Ebulus. Chamæacte. Helion. Actæa, *Plin.*

Eburnus] Eburneus, *Cic.* Eburatus lectus, *Plaut.* Eburneolus, *Cic.* Eboreus codex, *Vlp.* Eborata ſella, *Lamp.*

Ecce] En ecce, *Apul.* Ecce autem. Ecce tibi. En hic eſt ille, *Cic.* Eccere atque, *Plaut.* Vah, *Diomed.* Habes, quæ tota mente petiſti, *Virg.*

Eccum] Eccos. Ecciſtam. Ellum. Eccillum. Eccam, *Plaut.* Hem Davum tibi, *Ter.* Habemus hominem ipſum, *Id.*

Echeneis, piſcis] Remora, *Plin.* Odinolyon, *Id.* Remeligo, *Feſt.* & Remiligo, *Lamb.*

Echo] Echea ſonantia, *Vitr.* Sonorum imagines, *Var.* Filia aëris & linguæ, *Auſ.* Repercuſſus vocis, *Plin.* Reſultat vox. Reſpondent ſilvæ, *Virg.* Repercuſſæ clamoribus valles, *Liv.*

Eclipſis] Defectio ſolis, lunæ. Defectus ſolis, lunæ, *Cic.* Deliquium, obſcuratio ſolis, lunæ. Labores ſiderum, *Plin.* Labores lunæ, *Virg.*

Ecquid audis? vid. *Heus.*

Ecſtaſis] Alienatio mentis (divinitus facta) *Celſ. Plin.*

Ecſtaſin pati] Vis eum quædam abſtraxiſſe à ſenſu mentis videtur. Cum à corpore animus abſtractus divino inſtinctu concitatur. A mente diſceſſit, *Cic.*

Eculeus, inſtrumentum examinandi ſceleratos] Fidiculæ, *Suet.* Cataſta, *Prudent.* Lectus ferreus, *Iſid.* Tabularia, *Sen.* Tortum, *Pacuv.* Rota. Fabrica, *Amm.*

Edacitas] Gula, *Ovid.* Implacata gula, *Saluſt.* Immenſa gula, *Mart.* Ingenioſa gula, *Cic.* Ingluvies, *Ter.* Ligurritio vel Liguritio, *Cic.* Peredia, *Plaut.* Voracitas, Guloſitas, *Sipont.*

Edax] Guloſus, *Mart.* Vorax, *Ovid.* Improbus anſer, *Virg.* Ingluvioſus, *Feſt.* Multi cibi homo. Profundæ, intempeſtivæ, & ſordidæ gulæ homo, *Suet.* Cui modulus vitæ eſt culina, *Var.* Intemperatus. Intemperatiſſima pecus, *Cic.* Maximæ eſcæ eſt, *Plaut.* Ventri & veneri deditus,

tus, *Cornel. à Lap.* Paraſito edacior. Vulture edacior, *Er.* Vid. *Comed.*

Edentare] Everberare, Excutere, Elidere dentes, *Cic.* Exoſſare alicui os pugnis. Dentilegum aliquem facere, *Plaut.*

Edentulus] Exedentulus, *Tertull.* Edentatus, *Macr.* Defectus dentibus, *Plin.*

Edere, vid. *Comedere. Eſitare.*

Edere libros] Divulgare libros. Emittere aliquid dignum ſuo nomine. Pervulgare, *Cic.* Publicare librum, *Plin. Iun.* Dare in publicum aliquid; in manus hominum, *Plin.* Juri humano publicare verſus, *Arnob.* Vid. *Exeunt libri.*

Edicere aliquid] Imperare alicui tributum, *Plaut.* Irrogare alicui tributum, *Hirt.* Indicere tributum. Pronunciare bellum, *Liv.* Denunciare judicium. Decernere alicui ſupplicationem, *Cic.* Imponere alicui frumentum, *Hirt.* Imputare civitati terna millia, *Plin. Iun.* Injungere alicui onus, munus, *Liv.* Damnare aliquem tributis, *Tacit.*

Edictum] Diploma Cæſaris. Decretum, *Cic.* Edictio baſilica, *Plaut.* Codicilli, *Macr.* Mandatum, *Plin. Iun.*

Ediſcere artem] Rudem accipere, *Cic.* Rudem mereri, *Mart.* Edoctus belli artes ſub magiſtro, *Liv.*

Ediſcere memoriter] Mandare aliquid memoriæ: animis ac mentibus mandare. Perdiſcere tanquam dictata. Ediſcere ad verbum. Conſequi artium ſcientiam. Addiſcere, *Cic.*

Ediſſerere, vid. *Enarrare.*

Edormire] Edormiſcere ſomnum, *Plaut.* Satiari ſomno.

Educare] Eduxit eam mater pro ſua, *Ter.* Locus, ubi ille altus & edoctus eſt, *Cic.*

Educatio] Diſciplina, *Cic.* Curatura, *Ter.* Alitura, *Gell.* Educatus, *Ter.* Nutrimentorum ejus locus, *Suet.* Nutritus pius, *Sen.*

Educator] Altor. Alumnus pacis. Auctor pacis, *Cic.*

Educatrix] Nutrix. Altrix, *Cic.* Alumna omnium rerum terra, *Plin.* Alma tellus, *Col.*

Educere aliquem] Producere aliquem in proſpectum populi, *Cic. Ter.*

Digitized by Google

Edulcare] Imbuere aliquid ſapore, *Quint.* Indulcare, *Eccleſ.* 12.

Edulium, vid. *Cibaria res. Ferculum.*

Edulis] Eſcaria uva, cibaria. In pabulo eſt. Eſt veſcendo aliquid, *Plin.* Eſculenta fruſta, *Cic.* Ad eſcam uva, *Col.* Veſcum papaver, *Virg.* Pabularis, *Plin.*

Edurare, moleſtum quid] Durare laborem, ſuperare, *Virg.* Exantlare clades. Pertolerare. Exigere ærumnam, *Plaut.* Exſorbere difficultatem. Devorare moleſtiam, *Cic.* Concoquere, *Liv.* Sufficere dolori, *Sen.*

Effarcire aliquid] Confercire. Saburrare, *Plin.* Infercire, *Suet.* Differcire, *Tac.* Refercire libros fabulis, *Cic.* Diſtendere ventrem, *Plaut.* Stipare, *Virg.*

Effarcire ſe cibis] Ingurgitare ſe cibis, confertus cibo. Onuſtus cibo & vino, *Cic.* Implere ſe. Implere ſe nimiùm, *Celſ.* Diſtentus cœnâ, pabulô, *Quint.* Obſaturari alicujus rei, *Ter.* Gravis cibo & vino, *Liv.* Vino ſe & epulis ſepelire, *Sen.*

Effatum] Enunciatum, quicquid enunciatur. Enunciatio. Pronunciatum. Pronunciatio, *Cic.*

Effectio] Factio teſtamenti, *Cic.* Cùm ab *actu* receſſerunt, *Quint.*

Effector, vid. *Factor.*

Effectus] Vires ad effectum dare, *Prop.* Effectas res *vocat, Cic.* Conſilia *primùm, deinde* Acta, *poſteà* Eventus exſpecta. Res ipſa loquitur. Vis erumpit in actum. Eventus, &c. Eventum, *Cic.*

Ex effectu cognoſcitur cauſa] Ex cantu dignoſcitur ales. Ex ungue leo. Ex auribus aſinus. Ex tinnitu olla. Ex veſtigio Hercules. Ex fimbria veſtis. Ex culmo ſpica.

Effeminatè, vid. *Effœminatè*, &c.

Efferari] Degenerare in feritatem.

Effervеſcere] Infervefieri, *Scrib.* Conferveſcere, *Col.* Inferveſcere. Infervere, *Cat.* Bullare, *Id.* Inæſtuat bilis præcordiis, *Hor.*

Effetus, vid. *Effætus.*

Efficacia] Efficacitas virium. Efficientia ſolis, *Cic.*

Effica-

Digitized by Google

Efficaciter] Efficienter. Incantatione quâ vis efficaciùs, *Cic.*

Efficax] Efficaciſſimum; Præſentaneum remedium. *Plin.* Præſens remedium, *Col.* Efficiens cauſa, *Cic.* Operoſa herba, *Ovid.*

Efficere] Perficere; præſtare aliquid, *Cic.* Effectum dare, *Ter.* Effectum propoſitum obtinere, *Plin. Iun.* Ad effectum adducere, *Liv.*

Effigies] Ectypum, *Sen.* Forma ab exemplari ſumpta, & operi impoſita, *Id.*

Effigiare] Exprimere exemplar, *Plin. Iun.* Conformare columnam, *Vitr.* Imitari penicillo, *Cic.* In exemplum operis aliquid aſſumere, *Quint.*

Effingere] Manu fingere. Exprimere imitando. Informare aliquid, *Cic.* Exprimere ſimilitudinem è membris alicujus, *Plin.* Aſſimulare aliquid, *Quint.* Vid. *Comminiſci.*

Efflagitare, vid. *Depoſcere.*

Efflagitatio] Efflagitatus. Poſtulatio. Deſiderium. Poſtulatum, *Cic.* Poſtulatus, *Liv.* Votum, *Virg.* *Hinc* reſpondere votis alicujus. Subſcribere votis, *Virg. Ovid.*

Efflictim] Intimè. Perliberaliter, *Cic.* Enixè, *Caeſ.* Toto pectore amare aliquem; ex animo. Medullitùs amplecti aliquem. Oculitus, corde, animo, Viribus aliquid perſequi, *Plaut.* Plus oculis meis amo aliquem, *Catul.* Te pectore toto accipio, *Virg.* Addictiùs, *Tacit.*

Efflorеſcere, vid. *Florere.*

Effluentia] Effluvium humoris è corpore, *Plin.* Effluxio, *Bud.*

Effluere] Emanare. Exſtillare. Exſaniari baccam olivæ patimur, *Col.* Eliqueſcere, *Varr.* Effunditur oculus ictu, *Vlp.*

Effodere] Eruere aurum terrâ, *Ovid.* Defodere, *Col.* Refodere, *Plin.* Excodicare, *Feſt.* Exobruere, *Apul.*

Effœminatè] Muliebriter; animo fracto. Molliter; abjectè. Parum fortiter ferre aliquid, *Cic.*

Effœminare aliquem] Enervare aliquem, *Cic.* Mulierare, *Varr.* Malaciſſare aliquem, *Plaut.* Mollire & reſolvere aliquem, *Sen.* Frangere deliciis, *Iuv.*

Effœminari] Puellaſcere, *Pacuv.* Fœmineo imperio regi; *Non.*

Effœminatus] Effœminatiſſimus, *Apul.* Fractus, *Plin. Jun.* Uxorius, *Virg.* Enervatus, *Victor.* Mulieroſus, *Malacut.* Tymbanotriba, *Plaut.* Muliebris animus, *Enn.* Enervis, Enervus, *Quint.* Semivir, *Liv.* Eviratus, *Mart.* Spado tener, *Juv.* Animi fluxioris, *Suet.* Elumbis, *Feſt.* Delumbis, *Perſ.* Mollitia & fluxu fluit, Mollis, omnia ad voluptatem corporis referens. Mulierarius. *Cic.* Mollis ac fœminei corporis animique homo, *Plin.* Mollitiâ vincens quamlibet mulierem, *Hor.* Moribus gallinis, *Mart.* Fluxiore cincturâ cingitur. Malè præcinctus, *Suet.* Plumâ, auriculâ infimâ, ſpongiâ mollior, *Er.*

Effœtus] Defœta ſenio arbor. Defatigatum ſolum, *Col.* Exoleta ſtirps. Expartæ pecudes. Exſuctiores ſolent eſſe ſegetes, *Varr.*

Effœtum fieri, vid. *Sterileſcere.*

Effrenis] Infrenatus equus, *Liv.* Infrenis, *Gell.* Infrenus curſus, *Col.* Effrenatus, *Cic.* Defrenatus, *Ovid.*

Effringere] Perfringere repagula. Revellere fores. Vincula carceris rumpere, *Cic.* Refringere portas, *Cæſ.* Perrumpere limina, *Virg.* Molliri fores, *Tac.* Diſcutere clauſtra, *Petron.*

Effrons, vid. *Impudens.*

Effugere] Subducere ſe de circulo. Ducere ſe. Evolare ex inſidiis. Subtrahere ſe. Colligere ſe de alicujus regno, *Cic.* Subterducere ſe. Promigrare, *Plin.* Suffugere ex ſtationibus. *Prævertere* fugâ metum ſupplicii, *Liv.* Nunquam *evadere.* Exauſpicari è vinculis. Concedere à foribus, *Plaut.* Cuſtodiis elapſus. Elabi pugnam, vincula, *Tac.* Secedere à luſu, *Propert.*

Effundere] Profundere lacrymas, *Cic.* Urna refundit aquas, *Prop.* Effutire, *Donat.* Quod montes nullos *evergerent* rivos, *Liv.* Progeritur urceis oleum. Frons aquas *eliquans*, *Apul.* Vergitur in terras ſolis ardor, *Lucr.* Efflat nimbas balæna, *Plin.*

Effuſè] Ampliter. Affatim iiſdem & homines veſcuntur.

Cumu-

Digitized by Google

Cumulatè explere, Cumulatiſſimè gratiam referre. Accumulatiſſimè gratiam polliceri. Eleganter acceptus eſt. Magnificè & ſplendide ornare convivium. Largè effuſeque donare. Liberaliter, lautè vivere. Perliberaliter. Opiparè. Prolixè promittere. Pleno modio. Plenâ manu, *Cic.* Abundè, *Lucr.* Genialiter, *Ovid.* Rectè & dapſilè convivari. Abundantiſſiè cœnam præbet, *Svet.* Largiter auferre, *Hor.* Paſcuè, *Apul.* Lepidè accipiemur, *Plaut.* Locupletiſſimè muneratus, *Spart.* Opimè, *Plaut.* Munificè. Utraque manu. Soluto ſinu, *Sen.* Benignè præbere, *Ter.*

Egenus] Egens. Egentiſſimus in ſuâ re. Egens omnibus rebus. Indigens. Egeſtate perditus & præditus, *Cic.* Defectus aquâ ciboque, *Quint.* Egens omnium rerum, *Liv. Sil.* Indigus alicujus rei, *Virg.*

Egenus extremè] Nec obolum habet, unde reſtim emat. Pedem ubi ponat, non habet.

Egenus inter egentiores eminet] Inter cæcos regnat Strabus. Luſcus in regione cœcorum rex eſt. Inter indoctos, qui ſemidoctus eſt, doctiſſimus habetur. Inter mendicos, qui paululum habet nummorum, Crœſus eſt. In urbe cœcorum regnat lippus.

Egere] Indigere conſilii, adjumento. Deſiderare. In egeſtate eſſe. In mendicitate vivere, *Cic.* Egetur acriter, *Plaut.* Opus eſt mihi dux, *Cic.* Opus ſunt milites, *Ter.* Opus habere aliqua re, *Col.* Vid. *Opus habere, miſeria premi.*

Egere dat valere] Indigentia mater ſanitatis.

Egeſtas] Defectus, *Liv.* Inopia. Egeſtas. Indigentia. Anguſtiæ rei familiaris, ærarii. Penuria amicorum. Neceſſitas, *Cic.* Coactus rerum *neceſſitudine, Saluſt.* Viduitas opum, copiarum, auxilii, *Plaut.*

Egredi, vid. *Exire.*

Egregiè, Egregius, vid. *Eximiè, Eximius.*

Eja, vid. *Age.*

Eja autem.] Quid? malum! Quid? domum veſtram! Ain' tandem carcer? *Plaut.* Cur non introëo in noſtram domum, *Mercur.* Autem. Eja autem inimicos. Ego non tanquam meam? Tuam autem, furcifer? Pergin' malè

loqui

loqui hero , homo impuriſſime ? *Terentius.*

Ejaculari] Emittere arcu ſagittam, *Plin.*

Ejectio] Ejectus, us, *Lucr.* Exactio regum, *Cic.* Egeſtus, us, *Sen.* Egeries, *Solin.*

Ejicere] Ejectare, *Ovid.* Extrudere furcâ. Projicere foras. Explodere aliquid. Evomere conchas. Exterminare, *Cic.* Eructat fluvius arenas, *Virg.* Expungere pupillum, *Perſ.* Evallare. Evallefacere, *Varr.*

Ejulatio] Ejulatus. Vociferatio muliebris, *Cic.* Planctus fœmineus; cum planctu fœmineo mixtus clamor, *Sen.* Plangor fœmineus. Ululatus fœmineus, *Virg. Ovid.* Conclamatio & lamentatio, *Tac.*

Ejulare] Magnitudine dolorum ejulare. Ululare, *Lucan.* Complere auras ejulatibus, *Ovid.* Quiritare, *Quint.* Edere ploratum, *Cic.*

Elabi. vid. *Evadere.*

Elabitur verbum alicui] Excidit. Verbum ab aliquâ cupiditate prolapſum. Solet hoc ebullire nonnunquam. Effutita aliqua temerè, *Cic.* Elapſa ſunt verba, *Ovid.*

Elaborare aliquid induſtriâ] Elucubrare aliquid, *Cæſ.* Elucubrari. Elimare. In quadrum redigere orationem, ſententiam. Procudere linguam. Quadrare orationem, *Cic.* Expolire, exaſciare opus aliquod, *Plaut.* Evigilare aliquid, *Ovid.* Polire agrum, *Enn.* Ad unguem facere, caſtigare, *Hor.*

Elaboratio] Elaborata concinnitas, *Cic.* Interpolatio. Politura telæ, *Plin.* Politio frumenti, *Cat.* Depolitio agri, *Varr.*

Elaboratum aliquid induſtriâ] Elaborata diligenter oratio. Diu multumque in manibus fuit liber. Præcultus & præparatus habitus. Retractatus liber, oratio. Limatus, *Cic.* Multæ operæ & laboris res, *Cæſ.* Quadrata compoſitio orationis, *Quint.* Decoctus, *Perſ.* Laboratus arte, *Virg.* Everganeus, *Vitr.* Amuſſitatus, *Plaut.* Emuſſitatus, *Feſt.* Ad amuſſim factus, *Gell.* Politus ager, *Enn.* Expolitum frumentum, *Col.*

Elapidare agrum] Lectionem lapidum expedire, *Col.* Exoſſare terram, *Perſ.* Delapidare, *Cat.*

Elar-

Digitized by Google

Elargiri alicui] Totum ſe in aliquem profundere. Largitiones maximas facere. Ærarium vel patrimonium effundere in aliquem, *Cic.* Si ignotis impertit, *eluet* faciliùs, *Iun.*

Elatio, Elatus. vid. *Superbia. Superbus.*

Electio] Electus necis, *Ov.* Lectio ſenatus, *Suet.* Optio, *Cic.*

Electio plurium] Calculis omnium. Plurium calculus vicit.

Elector Imperii] Septemvir, *Lipſ.*

Electus] Selectus. Cunctorum ſuffragiis factus conſul, *Cic.* Optivus, *Hor.*

Eleemoſyna] Stips, *Ovid.* Sportula, *Rader.* Cellecta, *Id.* Collatitia, vel Collectitia pecunia. Collatitia ſtips, *Amm.*

Elegans] Excultus homo, omni vitâ & cultu lautus, mundus homo, Politus, *Cic.* Lautiuſculus, *Apul.* Præterſus, *Plaut.* Excuratus homo, *Id.* A Deo factus. Concinnus. Scitus, *Cic.*

Eleganter] Bereleganter. Enucleatè & Atticè, *Cic.* Lautè, munditer veſtitus, *Plaut.* Converſè, *Cat.* Purgatè. *Non.* Mundulè, *Apul.* Mundè, *Titinn.*

Elegantia] Munditia. Vitæ cultus cum elegantia & copiâ delectat., *Cic.* Mundities, *Catul.* *Lautitia*, eſt munditia in veſtitu & cibo, *Plin.*

Elegantia ſermonis] Atticus ſal. Vid. *Sermo elegans.*

Elegantia nihil] Nullo apparatu.

Non eſt in tanto } corpore mica ſalis.
Nulla in tam magno eſt }

Elementa] Prima, genitalia corpora, *Lucr.* Quatuor naturæ, ex quibus omnia conſtant. Corpora principiorum. Rerum matrices, nutrices, populatrices. Elementaris mundi rotæ quatuor.

Elephas] Elephantus, *Cic.* Barrus, *Hor.* Bos luca, *Plin.* Turres armatorum, *Id.*

Elevare, vid. *Attollere.*

Elicere aliquem] Elicere aliquem ad aliquid præmiis. Invitare voluptatibus, *Cic.* Electare aliquid (ſcil. ab aliquo) *Plaut.* Carminibus clauſas *excantare* puellas, *Propert.* Evocare aliquem præmiis, *Quint.* Delectare hoſtem, *Non.* Extrahere ſerpentes cantu, *Plin.*

Elices,

Digitized by Google

Elices, vid. *Lira.*

Elidere, vid. *Excudere.*

Eligere] Legere locum, tempus idoneum, *Ovid.* Deligere ex omni numero. Adoptare ſibi patronum. Adhibere delectum. Seligere, *Cic.* Præoptare aliquam rem alteri, *Liv.* Ut ex collegis optaret, quem vellet. Deſumere ſibi aliquem, *Id.* Cenſuram facere, *Plin.* Secernere nucleos, *Col.* Capere locum oculis.

Eligere ad munus] Deligere magiſtratum. Legere in ſenatum aliquem. Creare conſulem, magiſtratum. Facere conſulem, *Cic.* Cooptare ſibi collegas, *Suet.* Deſignare conſulem, *Saluſt.* Dicere Dictatorem, *Liv.*

Eliminare aliquem, vid. *Extrudere.*

Elinguis, ſine *linguâ*] Elinguatus, *Cornel. Front.* vid. *Mutus.*

Eliquare aliquem humorem] Defæcare vinum, *Plin.* Fæculentum liquorem clarum reddere, *Pallad.* Examurcare oleum, *Apul.* Liquare. *Hor.* Depurare, *Sipont.*

Eliqueſcere, humorem emittere] Delacrymat vitis. Exſudat amurcam oliva. Exſaniatur bacca olivæ, *Col.* Succeſcit terra madida imbribus, *Arnob.*

Elixare. vid. *Coquere.*

Elixum] Coctum, *Feſt.*

Elixus] Madidus, *Plaut.* Jurulentus, *Celſ.* Juſſulentus, *Apul.* Percoctus, *Plin.*

Elocare filiam] *Locare* in matrimonio. Collocare filiam alicui; in matrimonium; in matrimonio, *Cic.* Collocare filiam nuptui, *Cæſ.* Dare filiam nuptum. Dare alicui in manum virginem, *Ter.* Dare in nuptias, *Id.* Dare in matrimonium, *Liv.* Locare nuptu filiam, *Plaut.* nuptiis, *ad Her.* Maritare filiam, *Suet.*

Elocare fundum. vid. *Locare.*

Eloquens] Architectus verborum, Logodædalus. Perfectus Orator, *Cic.* Tam facundus, ut nemo ſit ei conferendus. Quis hoc uno facundior? Eloquentiæ princeps. Alter Cicero, *Er.* Rhetor. Dicendi artifex, opifex. *Cic.* Opifex perſuadendi. Elocutrix. *Quint.* Orandi validus, *Tac.* Vid. *Diſertus.* Facundus.

Elo-

Digitized by Google

Eloquentia] Rhetoris ars. Copiosè loquens ſapientia. Eloquendi vis. Copia dicendi. Facultas dicendi ſingularis. Summa vis dicendi Vis oratoria. Ratio dicendi, *Cic.* Facundia, *Tac.* Scientia orandi. Ars oratoria, *Quint.* Vid. *Loquentia.*

Eloquentia magnam vim habet] Citò perſuadebis, ſi benè dicas.

Eloquentiæ ſtudere] Imbuere linguam lepore eloquentiæ.

Eloquentia ſingularis] Attica eloquentia. Eloquium liquidum, melleum, *Auſon.*

Eloquentia vana, vid. *Loquentia.*

Eloqui] Efferre aliquid non indecenter. Depromere verba, *Quint.* Promere voces, *Cic.* Expromere quid ſentiam, *Liv.* Enunciare. Proloqui. Effari, *Cic.*

Elucere, in lucem & conſpectum venire] Elucet lumen ingenii. Enitet acumen alicujus. Pellucet honeſtum ex virtutibus. Vultus mores indicat, *Cic.* Eminet foras animus, *Id.* Proditur furor, *Vitr. Sen.* Prorumpit cupiditas, *Cic.*

Eluctari difficultates] Eluctari per multa impedimenta. Ereptare ex pecuniâ, *Sen.* Erepere ruinis domus, *Id.* Emergere de paludibus; *Liv.* Emergere ſe ex malis, *Corn. Nep.* Replicare tricam, *Plaut.* E ſcopulis emergere. Enavigare. Vid. *Extricare aliquid.*

Eludere aliquem] Te verò quemadmodum eluſurus ſit, videre jam videor. Fingere cauſas, *Ter.* Nectere cauſas, *Virg.* Incertis reſponſis aliquem implicare, *Liv.* Vid. *Evitare.*

Elugere, vid. *Lugubris.*

Elutriare vinum] Transfundere vinum in alia vaſa, *Cato.* Defundere in vaſa oleum. Deliquare vinum in alia vaſa, *Col.* Diffundere vinum. Decapulare oleum, *Plin.* Detrullare, *Apit.* Trajicere in alia vaſa, *Varr.* Deplere, *Cat. Iun.*

Eluvio] Eluvies; Alluvio. Proluvies, *Cic.* Exundatio, *Plin.* Proluvium, *Ter.* Interluvies fluminis, *Amm.* Reſtagnatio, *Plin.*

Em, vid *En.*

Emaceratus] Pereſus languoribus, *Catul.* Quem amor tabe

tabe peredit, *Virg.* Fœdior corporis habitus. Pallore & macie peremti, *Liv.*

Emaciare] Emacrare. Ad maciem reducere obeſum corpus, *Plin.* Ad maciem ultimam redigere, *Col.* Tenuare vultum, *Propert.* Macerare fame, *Liv.* Permacerare, *Enn.* Tenuare armenta macie, *Virg.*

Emancipare, vid. *Subjicere.*

Emancipatio] Mancipatio, *Vlp.* Traditio rei, mancipi, aut nexu, *Cic.*

Emanare, vid. *Effluere.*

Emanere] Abeſſe, *Cic.* Abſtinere curiâ, *Suet.* Emanſorem agere.

Emax] Coëmptionalis, *Plaut.*

Præſtat eſſe emacem, quàm vendacem] Vendacibus res pereunt.

Emblema] Pictura loquens. Pictura poëſis tacita.

Embolimus menſis] Addititius, *Bud.* Intercalaris, *Macr.*

Embryum] Mola. Partus inchoatus, *Plin.* Tumor carneus, *Actuar.* Pecus, *Firmic.* (*Veteres, quicquid non erat homo, id pecus appellabant.*)

Emedullare, vid. *Exprimere per vim.*

Emendabilis] Capax ad præcepta animus, *Ovid.* Bonâ diſciplinâ exercitus, *Cic.* Diſciplinoſus, *Cat. apud Gell.*

Emendare aliquem] Meliorem facere, *Sen.* Ad frugem perducere, corrigere. In viam reducere, *Plaut.* Reparare in melius vetuſtate ſublapsâ. Reformare mores, *Plin.* Reſtaurare, *Tac.* Corrigere aliquem ad frugem, *Plaut.*

Emendari] Ad bonam frugem ſe recipere. Mutare mentem, (ſcil. malam). Frugi jam factus eſt. Redire in viam. Ad bonitatem venire. Revocare ſe ad mediocritatem, *Cic.* Applicare ſe ad frugem, *Plaut.*

Emendationem à ſe ipſo ordiri] A laribus inchoandum. Medice cura teipſum. Increpa te ipſum. Vir bonus ipſe ſibi ſpongia.

Emere] Emptitare, *Plin.* Mercari aliquid à; de aliquo pretio. Nundinari, *Cic.* Comparare aliquid cariùs, *Suet.* Conciliare benè vel malè, *Plaut.* Empturire, *Varr.*

Eme-

Digitized by Google

Emerere] Meritare, *Plin*. Emereri ſtipendium, *Plaut*. Permerere, *Stat*. Magna operæ pretia mereri. Stipendia facere, *Liv*.

Emergere] Emerſit, totumque ſe ejecit, atque extulit, *Cic*. Efferre caput undis, *Col*. Submerſus equus non exſtitit, *Cic*. Superenatare, *Lucan*.

Emeritum ſtipendium] Enavatæ operæ premium, *Tac*. Præmia meritorum, *Hor*. Præmium pro induſtriâ, *Cic*. Peculium caſtrenſe, *Vlp*. Parta labore militiæ, *Iuv*. Operæ pretium, *Liv*. Vid. *Stipendium*.

Emeritus] Emeritus Marte (miles) *Lucan*. Emeritus eſt ſtipendiis. Accepit rudem, *Cic*. Rudem meritus eſt, *Mart*. Donatus rude, *Hor*. Rudiarius, *Suet*. Exauctoratus, *Tac*.

Emicare] Erumpit ignis. Exoritur honeſtum ex virtutibus, *Cic*. Renitent gemmæ. Eluctatur flamma fornacibus, *Plin*. Erumpunt ſe radii inter nubila, *Virg*.

Emigrare, vid. *Migrare*.

Eminens] Eminulus. Prominulus, *Var. Iul. Cap*. Prominens, *Liv*. Protectus, *Bud. Perſ*. Protentus, *Priſcian*. Proſtans, *Lucr*. Extumidus, *Varr*. Extuberans, *Plin*. Vid. *Prominens*.

Eminens. (2.) vid. *Conſpicuus*.

Eminere] Prominere, Supereminere extra aquam, *Plin*. Exſtare è terrâ : ſuper terram, *Col*. Exſerit herba cacumen ex humo, *Ovid*. Exſtare ab humo, *Plin*. Exſiſtit corpore ſudor, *Lucr*.

Eminere, eſſe notabilem] Præminere, vel Præeminere aliis. Signa ferre, *Sen*. Digito monſtrari, *Plaut*. Excellere præter cæteros. Enitere cunctis, *Cic*. Supereminet omnes viros, *Virg*. Vid. *Antecellere*.

Eminentia] Prominens littoris, *Tac*. Exſtantia, *Col*. Ecphora, *Vitr*. Umbo montis, *Stat*. Procurſus urbis anguloſus, *Plin*.

Eminentiſſimus] Primæ claſſis, *Gell*. Flos populi. Præcellentiſſimus omnium. Omnium gentium, & omnis memoriæ clariſſimum lumen, *Cic*. Optimæ, primæ notæ, *Col*. Primarius vir, *Plaut*. Potiſſima nobilitas, *Stat*. Prima laus

Digitized by Google

illi eſt, *Plin.* Apprimus, *Virg.* Vid. *Anteferendus.*

Eminus] Deprocul aſpicere, *Plaut.* E longinquo, *Plin.* Longè proſpicere, *Cic.* Intervallo magno ſequi, *Caſ.* Procul de rupe videre aliquem, *Virg.* A limine ſalutare diſciplinas, *Sen.*

Emiſſarius, vid. *Explorator.*

Emittere ex aliquo loco] Dimittere reum, *Plin.* Effundere carcerem (incarceratos) in aliquem. Emittere è cuſtodiâ, de carcere, è manibus, *Cic.*

Emollire] Mollire cibum dentibus, *Cic.* Præmollire ſemina, mentes, *Quint.* Remollire terram, *Col.* Ah nimium ferus es! malaciſſandus es, *Plaut.* Commitigare caput alicui, *Ter.* Inflectere ſenſus alicujus, *Virg.* Inflectere aliquem lacrymis, *Stat.*

Emolumentum, vid. *Commodum.*

Emungere, vid. *Mungere.*

Emphatica verba] Fulmina verborum.

En] Ecce, *Ter.* Ecce tibi. Em hic eſt ille, *Cic.*

En tibi] En ſume, *Cornel. Gall.* *Cape* hoc flagellum, *Ter.* Accipe, *Plaut.* Capſis, *Cic.* Cape hoc ſis. Accipe ſis argentum, Tene ſis, *Plaut.* Sume Catelle tibi, *Hor.* Accipin' argentum? *Plaut.*

Enarrabilis] Explicabilis res, *Cic.* Effabilis, *Apul.*

Enarrare] Denarrare aliquid alicui, *Ter. Hor.* Exponere rem ordine, Proſequi rerum ordinem. Ediſſerere aliquid, Digerere mandata alicujus. Explicare cauſas rerum. Exprimere ſenſus animi. Efferre aliquid. Eloqui cogitata mentis. Enunciare, Effingere aliquid verbis. Expromere alicujus crudelitatem, odium, *Cic.* Omnem rem modò Seni, quo pacto ſe haberet, enarravimus ordine, *Ter.* Ediſſertare. Expedire capita rerum, *Plaut.*

Enarratio] Explicatio rerum. Enodatio nominum. Explicatus difficilis naturæ Deorum. Interpretatio juris. Explanatio portentorum. Expoſitio, *Cic.* Commentarium. Interpretamentum Latinæ linguæ, *Gell.* Commentum, *Priſc.*

Enatare] Enare, *Liv.* Denatare alveo, *Hor.*

Encomium, vid. *Laudatio.*

Ency-

Digitized by Google

Encyclopædia] Orbis doctrinæ, *Quint.* Encyclios diſciplina, *Vitr.*

Enervis, vid. *Debilis.*

Enervare, vid. *Debilitare,*

Enim, vid. *Nam.*

Eniti] Adhibere nervulos; omnem machinam, Omnia facere, ut. Obniti, *Cic.* Omnia experiri, *Id. Cæſ.* Adniti omni ope, *Plin.* Summa omnia facere, *Lucil.* Intendere animum in rem aliquam, *Liv.* Intendere animum & ſtudium. vid. *Curato.*

Enixè] Quam ego credo, manibus pedibuſque obnixè omnia facturum, *Ter.* Enixiſſimè juvare, *Suet.* Magno conatu ſtudioque agere aliquid. Omni ope atque opere eniti. Toto corpore, atque omnibus unguiculis. Contentiùs. Contento ſtudio. Intenſius petere. Remis veliſque. Velis equiſque. Equis & quadrigis. Summis viribus, medullitùs contendere. Omnibus nervis, *Cic.* Summâ ope niti, *Saluſt.* Omnibus opibus experiri. Ex ſummis opibus ire mihi te opitulatum. Pro ſe quiſque. Remigio veloque, quantum potes, *Plaut.* Tenaciter urget fortuna, *Ovid.* Certatim me omnes amant. Inſtanter petere. Inſtantiſſimè, *Plin. Iun.* Totius corporis nixu, *Quint.*

Enixus] Impenſus, *Suet.* Preces impenſiſſimæ. Intentus animus. Contentus curſus, *Cic.*

Enormiter aliquid facere] Offendere ad montes.

Enotare aliquid] Adnotare aliquid curſim, *Plin. Iun.* Subſcribere, *Suet.* Subnotare aliqua verba; *Mart.* Notare ad memoriam aliquid, *Cic.* Excerpere, *Cic.*

Enucleatè. vid. *Expreſse.*

Enumerare] Enumerare per ſingula. Percenſere numerando, *Cic.* Perſequi numeris aliquid, *Quint.* Recenſere ad numerum, *Col.* Percenſere numerum legionum, *Tac.* Obire numero, *Cic.* Traloqui tuas impuritias nemo poteſt, *Plaut.* Retexere noxas, *Stat.*

Enumeratio] Dinumeratio, *Cic.* Confectatio in numerum generum, *Plin.* Recenſio, *Bud.*

Enunciatum, vid. *Effatum.*

Digitized by Google

Eò, vid. *Illuc.*

Ephebus] Adoleſcentulus. Extremâ pueritiâ adoleſcens, *Cic.* Miracidium, *Feſt.* Parectatus, *Lucil.* Cataſtus, *Vitr.*

Ephemeris, vid. *Diarium.*

Ephippiatus, qui epipphio utitur.] Sagmarius, *Iſid.* Iuſtratus, *Virg.*

Ephippium] Sella equeſtris, *Sidon.* Sagma, *Rhodin.* Scordiſcus, *Turneb.*

Epicedium] Nenia, *Varr.* Cantus funebris, *Cic.* Elegus, *Hor.* Elegia, *Ovid.* Elegidion, *Perſ.* Mortualia, *Plaut.* Mortuaria gloſſaria. Præficarum voces, *Gell.* Monodia, *Iun. Rob.*

Epicureus, vid. *Voluptuarius.*

Epigramma, vid. *Inſcriptio.*

Epilepſia, vid. *Caducus morbus.*

Epilepticus] Comitialis homo, *Plaut.* Caducus, *Firm.* Morbus, qui ſputatur interdum, ei venit. Eum morbum mihi eſſe, ut qui me opus ſit inſputarier, *Plaut.*

Epilogus, vid. *Clauſula.*

Epiſcopa, ſedes Bpiſcopi] Epiſcope, *Crom.* Epiſcopium, *Bud.*

Epiſcopalis] Pontificius, Pontificialis, *Cic.*

Epiſcopatus] Pontificatus, *Cic.* Antiſtitium, *Mart.* Pontificium, *Gell.*

Epiſcopus] Pontifex, *Cic*, Protomyſta, *Sidon.* Antiſtes legis Chriſtianæ, *Amm.*

Epiſtola] Literæ, Literulæ. Libellus. Libelli, *Cic.* Tabellæ, *Plaut.* Epiſtolium, *Catul.* Charta ſalutatrix, *Mart.*

Epiſtolicè] Per literas colloqui. Literis appellare. *Abſens* exponam audacius, *Cic.* Scripto adire, *Tac.* Tabellis obſignatis agere.

Epitaphium] Eloquium ſepulchri, monumenti. Laus mortui ſepulchro verſibus inciſa. Sepulchrum, *Cic.* Titulus ſepulchri, *Sili.* Titulus monumenti, *Plin. Iun.* Nomen ſignatum ſaxo, *Ovid.*

Epithalamium] Nuptiale carmen, *Catul.* Feſcennini verſus, *Feſt. Liv.* Hymen, *Stat.* Hymenæus, *Ter.* Talaſſio, Talaſſius, Talaſſus, *Catul. Mart.*

Epota-

Digitized by Google

Epotare, vid. *Ebibere.*

Epulari] Saliarem in modum epulari. Hilarem in modum epulari. Apparare, inſtituere convivia, *Cic.* Agitare convivia. Hilarem ſumere diem, *Ter.* Obſonare pollucibiliter, *Plaut.* Obſonitare, *Cat.* Vid. *Convivari.*

Epularis] Convivalis, *Liv.* Cœnatorius, *Mart.* Genialis dies, *Iuv.* Genianum triclinium, *Varr.*

Epulatio, vid. *Compotatio.*

Epulo, vid. *Convivator.*

Equa] Equila, *Varr.*

Equorius medicus] Veterinarius. Veterinariæ medicinæ peritus, *Col.* Mulœnedicus, *Firmic.*

Eques] Equeſtris ordinis homo. Equeſtri loco ortus, natus, *Cic.* Eques auratus; à rege creatus, & calcaribus aureis donatus, vid. *Nobilis.*

Equidem, vid. *Certè.*

Equiſo] Domitor, agitator equorum, *Cic.* Exercitator equorum. Equitarius, *Firm.* Deſultor, *Varr.*

Equitare] Vehi in equo, *Cic.* Vehi equo, *Feſt.* Invehi equo. Ferri equo, *Virg.*

Equitabilis] Vectarius equus, *Varr.*

Equitatio] Atterere equitatu femina, *Plin.* Peragratio itinerum. Profectio, *Cic.* Vectatio equi, *Suet.*

Equitatus] Copiæ equeſtres, *Cic.* Equites, *Plin.*

Equus] Equinum genus, pecus, *Col.* Celſior in campo ſonipes, *Luc.*

Eradicare] Exſtirpare radices. Explantare. Exherbare. Radicitus effodere, *Col.* Evellere fibras radicum. Stirpitus radicem exigere, *Cic.* Evellere radicitus, *Vlp.* Cum imis ſtirpibus evellere. Ab radice altâ revellere, *Virg.*

Eradicatio] Exſtirpatio filicum frequens, *Col.*

Eradere] Diſtringere & eradere muſcum, *Col.* Radere nomen alicujus in faſtis, *Tac.*

Eraſus, vid. *Depoſitus ab officio.*

Eremita] Anachoreta, *Iſid.*

Erga] Ad. Adverſum. Ad ſe verſum, *Cic.* *Supernè* tendit non in terram, *Suet.* Verſus. Horſum, *Cic.* Advorſum, *Virg.* Contrà, *Ter.*

Digitized by Google

Ergaſtulum] Fuſtitudinæ. Ferricrepinæ inſulæ. Piſtrinum, *Plaut.*

Ergo] Proinde. Proin. Igitur, *Ter.* Quamobrem. Quapropter. Quocirca. Quas ob res. Itaque, *Cic.* Ergo igitur, *Apul.*

Erigere]. Sublevare ad pedes ſtratum, *Ovid.* Arrigere comas, *Virg.* Levare in ſublime, *Plin.* Subrigere, vel Surrigere, *Liv.* Suberigere, *Sili.*

Eripere aliquid] Extorquere arma è manibus. Exprimere pecuniam, *Cic.* Exſculpere prædam leoni, *Plaut.* Mordicus evellere aliquid, *Hor.* Vid. *Extorquere.*

Erogare, vid. *Impendere. Expendere.*

Erogatio, vid. *Diſpenſatio. Quæſtura,*

Errabundus] Erraticus. Erroneus, *Col.* Homo de viâ, *Catul.* Vid. *Vagus.*

Errare] Decipi, duci errore. Labi per errorem. In errore eſſe. In errorem induci, rapi. Objectus eſt mihi error, *Cic.* Deerravi ſententiâ, *Col.* Errore labi, *Quint.* Errore teneri. Falli opinione. Rapi, inferri in fraudem. Hallucinari. Delirare in aliquâ re, *Cic.* Fruſtrari ſe, *Hor.*

Errare valdè] Errare toto cœlo. Errare totâ regione. Longè avius à verâ ratione vagaris. Procul avius erras.

Errare errorem alicujus] Laborat morbo Manichæi, *&c.*

Errare humanum eſt]. Cuique mortalium ſuus attributus eſt error.

Errantium diligentia] Benè currunt, ſed extra viam.

Erro, vid. *Vagabundus.*

Error] Erratum. Erratio. Mendum. Menda, *Cic.* Vitium, *Plin.* Hallucinatio, *Non.* Senticetum errorum.

Errorem agnoſco] Non putâram, *Cic.*

Erubeſcere] Erubeſcere malis, *Ovid.* Ruborem mihi aliquid evocat, *Sen.* Vehementer erubeſco, rubeo, *Cic.* Hærere humo. Vid. *Pudefieri. Pudet me.*

Erubeſcendus, vid. *Pudendus.*

Eruca, vid. *Volvox.*

Eructare, vid. *Ructare.*

Erudire aliquem] Exercere, Excolere, Informare ad humani-

manitatem. Inficere artibus. Expolire & hominem reddere. Elaborare in aliqua re. Recoquere hominem, *Cic.* Recolere ingenium, *Plin.* Procudere ingenium, linguas, *Amm.* Mercurium ſculpere. Vid. *Docere. Exercere.*

Eruditio, pro habitu] Ars liberalis. Doctrina. Scientia Dialecticorum. Studium agri colendi. Facultas oratoris. Diſciplina juris civilis. Ratio benè vivendi, *Cic.*

Eruditio, pro actu erudiendi, vid. *Inſtitutio.*

Eruditor] Exercitator, *Plin.* Exercitor, *Plaut.*

Erudituluſ, vid. *Semidoctus.*

Eruditus] Pereruditus. In omnibus artibus politus. Inſtructus magnarum artium diſciplinis. In arte & facultate excellit. Vir præclarâ eruditione atque doctrinâ. Eſt ingenio præſtanti, & eruditione perfectâ, *Cic.* Animata Bibliotheca. Vid. *Doctus.*

Eruditus poteſt eſſe, licet vili veſtitu amictus] Sæpe ſub obſcuro palliolo latet ſapientia.

Eruere aliquid occulti] Ego in hoc triduo, aut terrâ aut mari alicunde *evolvam* id argentum tibi. Exterebrare, *Id.* Conruſpari conſilia in pectore, *Plaut.* Eveſtigare, *Sen.*

Erumpere] Proripere ſe foras. Projicere ſe ex urbe. Ejicere ſe è ſylvis. Evolare & impetum facere, *Cic.* Provolare, *Liv.* Proruere ſe foras, *Ter.* Dare ſe foras, *Lucr.* Eruptionem facere, *Cæſ.* Proſilire ex, *Liv.* Effundi, *Id.* Excurſionem facere. Ruere portis, *Virg.*

Eruncare, vid. *Runcare.*

Eruptio] Excurſio militum, hoſtium. Decurſionibus vaſtat loca, *Cic.* Procurſus militum temerarius, *Liv.* Procurſatio, *Id.* Procurſio, *Quint.* Diſcurſio prædatoria, *Amm.*

Eruptor] Procurſator. Excurſator, *Liv.*

Eſca] Illecebra, *Cic.* Illicium, *Varr.* Cibus, *Plaut.* Cibarium, *Col.*

Eſculentus, vid. *Edulis.*

Eſitare] In pabulo alicui eſt aliquid, *Plin.*

Eſſe] Tenere aliquam perſonam, ſuſtinere. Agere Paſtorem &c. Gerere conſulatum, &c. Suſtinere aliquid muneris. Fungi officio, *Cic.*

Digitized by Google

Eſt pro] Habet vicem antidoti. Adimplet vicem. Supplet, obtinet, explet, reddit, efficit vicem alicujus rei. Obtinet vim medicamenti. Valet pro antidoto, *Plin.* Cedit pro, *Col.* Eſt tanti, *Cic.* Complet tres duces, *Claud.* Penſat, Repræſentat vicem olei, *Plin.*

Eſto, quod eſſe poſſis] Aulœdus ſit, qui Citharœdus eſſe non poſſit. Eſt aliquid prodire tenus, ſi non datur ultrà. Bovem ſi nequeas, aſinum agas.

Eſuriens] Eſurio. Eſurialis, *Plaut.* Eſuritor, *Mart.* Latrans ſtomachus, *Hor.* Ipsâ fame eſurientior, Eſuritione eſurientior, *Er.* Famelicus, *Plaut.* Vid. *Famelicus.*

Eſuries] Eſuritio, *Mart.* Eſurigo, *Varr.* Rabies ventris, *Poëticè.*

Eſurire] Adeſurire. Hunc hominem curculio exercet. Huic homini curculio eſt exercitor, *Plaut.* Urgeri fame, *Liv.* Fame laborare, *Col.* Fames appellat, *Sen.* Latrat ei ſtomachus, vel, Latranti eſt ſtomacho, *Hor.* Fatigat aliquem edendi rabies, *Virg.*

Eſurire diu moleſtum] Fames & mora bilem in naſo conciunt.

Et] Que. Atque. Ac. Juxta, &c. Æquè, ac, perinde. Cum. (Remo cum fratre Quirinus.) Item. Itemque. Et autem. Quoque. vel, *Cic.*

Et, &, ex, &c. Et doctus, & pius] Eſt vir *tam* doctus, *quam* probus. Vir eſt doctus *juxtà ac* bonus. Vir eſt *non minùs* probus, *quàm* literatus. Vir eſt non inferior literis quàm moribus. Vir eſt *ex æquo* probus *atque* doctus. Vir eſt *non minore* probitate *quàm* aliâ doctrinâ præditus. Vir eſt *quemadmodum* doctus, *ita &* integer. Vir eſt *haud ſecius* eruditus *ac* probus. Vir eſt *ut* doctus, *ita* & probus. Vir eſt optimus, *idemque* doctiſſimus. Vir eſt *pari vel* doctrinâ, *vel* probitate præditus. Vir eſt *non tantùm* eruditus, *ſed & integer.* Vir eſt *præter* ſummam eruditionem *etiam* optimus. Vir eſt *de quo dubites* doctior *ne* ſit *an* melior. Vir eſt, qui literas æquavit cum vitæ ſanctimonia. Vir eſt, cujus eruditioni reſpondet morum ſanctimonia, *Eraſm.*

Et dives, & probus] In hoc fortuna cum probitate facit paria.

Et

Digitized by Google

Et deformis , & vitioſus] Parùm erat deformem eſſe, nî mores formâ dignos addidiſſet. Nihil erat deformi eſſe vultu, niſi moribus etiam eſſet deterrimis, *Eraſm.* Vid. *Tamquàm.*

Et cætera, vid. *Cætera.*

Eteſiæ] Eteſiarum prodromi flatus, *Gell.* Aquilones, quos prodromos appellant, *Plin.* Eteſia flabra Aquilonum, *Gell.*

Ethica] Philoſophia moralis. Pars Philoſophiæ de moribus. Ethice, *Cic.*

Ethnicus] Gentilis, *Iſid.* Gentes. Nationes, *Arnob.* Gentilitas, *Sipont.*

Etiam] Quoque, *Cic.* Ergo, *Plaut.*

Etiam ſi ſic] Ne ſic quidem malè.

Etſi, vid. *Quamvis.*

Evacuare] Exinânire naves. Exhaurire ærarium. Everſum & exterſum fanum, *Cic.* Exinanire corpus morbidum fluvio ſanguinis, *Plin.* Exenterare marſupium, *Plaut.*

Evadere, vid. *Evitare.*

Evagari] Vagor quocunque volo, *Cic.* Exſpatiantur equi, nulloque inhibente per auras ignotæ regionis eunt. Populatur flamma capillos, *Ovid.* Exſpatior equis oblitis ad metam tendere, *Id.* Bacchari, *Lucr.*

Evagari longiùs à propoſito] Digredi à cauſa, de causa, de curſu orationis. Digredi ab eo, quod propoſueris. Egredi à propoſito. Recedere paululum à cauſa. Deflectere & declinare à propoſito. Aberrare à propoſito, *Cic.* Divertio Redeamus, unde divertimus, *Id.* Averti, *Liv.*

Evagâtio] Digreſſio à propoſito, à propoſita oratione. Excurſio orationis, *Cic.* Excurſus, *Plin.* Egreſſus, *Tac.* Egreſſio, *Quint.* Diverticulum, *Iuv.* Diverticulum fabulæ. Ecbaſis, *Serv.*

Evaginare enſem] Educere gladium è vagina. Diſtringere gladium, *Cic.* Nudare gladium. Expedire tela, *Liv.* Stringere gladium, *Virg.* Exuere enſe vaginâ. Exſerere enſem, *Stat.* Ducere enſem, *Sen.*

Evaneſcere] Vaneſcit aliquid diuturnitate. Dilabitur res familiaris. Conſeneſcere mœrore. Emori. Tabeſcit hu-

Digitized by Google

mor. Extabuit opinio. Ad nihilum recidere, venire. In nihilum occidere. In nihilum interire. Exſtingui, *Cic.* Conſumi mœrore, incendio, ſenio. Dilabuntur vectigalia negligentiâ, *Liv.* Obſoleſcere. Exolevit diſciplina, *Tac.* Defloreſcere, *Heren.* Ad nihilum funditus res redeunt, *Lucr.* Labitur res, *Plaut.*

Evaneſcere ex oculis, vid. *Diſparere.*

Evanidus] Exeat in tenues evanidus auras, *Ovid.* Tabificus, *Liv.* Evaneſcens memoria. *Sen.* Occiduus, *Plin.* Ventoſa ratio favoris, *Claud.*

Evannare, vid. *Vannare.*

Evaporare] Evaneſcit vetuſtate vinum, *Cic.* Evaporatione exprimitur aura tenuiſſima, *Macrob.* Evaporatio trahit ſaporem, *Sen.* Remittere ſaporem, *Id.* Moritur unguentum, (evaporat), *Plin.*

Evellere] Eruere herbam. Ruere herbas, *Plin.* Vellere aliquid radicitus, *Col.* Runcare ſpinas, *Cat.* Convellere funem à terra, *Virg.* Intervellere barbam, *Sen.* Vid. *Eradicare.*

Evenire] Peropportunè cecidit. Ita cadit, ut prædictum, *Cic.*

Evenit benè vel malè] In bonum exibit, quicquid aget, *Sen.* Benè vel malè ei vertit, *Plaut.* Evadet in aliquid magnum malum hæc licentia, *Ter.* Ea ei fama pro bono ceſſit, *Suet.* In bonum abibit, *Sen.* Præter ſententiam & ſpem evenit. Nequiter expedivit prima paraſitatio, *Plaut.* Irritum cecidit. Non ſponte illius, *Tacit.* Hac nòn ſucceſſit, aliâ aggrediemur viâ, *Ter.* Non ex ſententia eventus proceſſit. Multa ſunt, quæ illi ſtomachum concitant. Alienum id inſtitutis meis. Alieniſſimum rationibus meis, *Cic.* Præter votum, *Bud.* Vid. *Cedit benè.*

Eventus] Exitus, *Cic.* In bonum exibit.

Eventus in fine patet] Duello durante, dubius eventus eſt.

Eventus oſtendet] Mox ſciemus meliùs vate.

Eventus rerum varii, incerti] Animo quicquid ſtatueris, non eveniet. Conſilii & curſus non eſt idem exitus. Non in ejuſdem poteſtate initium & finis.

Even-

Digitized by Google

Eventus non proſpicere ſtultum eſt] Eventus ſtultorum magiſter.

Eventus belli incertus] Mars communis.

Everrere] Deverrere, *Col.*

Evertere alquid] Subvertere decretum, *Saluſt.* Tranſvertere conſilia alicujus, *Firm.* Explantat ventus arbores, *Col.*

Evertere urbem] Excidere urbes hoſtium. Delere & perdere. Exſtinguere urbem, *Tac.* Expugnare oppidum, *Plaut.* Dare excidioni, *Liv.* Vertere arces, *Virg.* Convellere ſtatum civitatis, *Cic.* Subruere arces, *Propert.* Eruere urbem, *Virg.*

Euge!] Evox. Io! *Plaut.* Evohe, *Ovid.* Evæ, *Catul.* Benè factum, macte. Rectè. Præclare, *Cic.* Optimum eſt. Patrone ſalve! Nunc places. Ædepol. Mortalem graphicum! *Plaut.* Laudo. Vir es. Virum te judico, *Ter.* Euge beate! *Mart.* Tanto fortior, tanto felicior, *Sen.* Io Pæan! *Ovid.* Vid. *Benè.*

Evidens] Probabilis, *Cic.* Authenticus, *Vlp.* Authenticæ rationes. Argumento patet, *Quint.* Explicitus locus, *Cic.*

Evidenter] Liquidè. Liquentiùs, *Gell.* Perſpicuum, *Cic.* Vid. *Clarè.*

Evigilare] Expergiſci, *Virg.* Expergefieri, *Suet.* *Excita* juventus, *Ovid.* Excutior ſomno, *Virg.* pro, *Excutio ſomnum.* Somnus me reliquit.

Evirare] Caſtrare, *Claud.* Eunuchare ſe, *Varr.* Eunuchum ſe facere, *Iuv.* Adimere virilitatem, *Tacit.* Excidere virilitatem, *Quint.* Eunuchare, *Hieron.* Emaſculare, *Serv.* Mœcho adimere abdomen, *Plaut.* Onus inguinis auferre, *Ovid.* Demetere ferro caudam ſalacem, *Hor.*

Eviratus] Exſectus ab aliquo, *Cic.* Gallus, *Quint.* Præciſus, *Lampr.* Spoliatus viro. Exmas, *Arnob.* Ademptæ virilitatis homo, *Tac.* Exciſâ virilitate puer, *Quint.* Semivir, *Iuv.* Semimas, *Varr.* Spado, *Plin.* Deliaci manu reciſus, *Petron.* Eunuchus, *Iuv.* Deſperatio barbæ, *Id.* Caſtratus hæres. Ambiguus mas, *Claud.* Vir non vir.

Evitare] Evadere ex periculo. Evitare dolorem. Exire ærumnâ. Vitare fabulam. Elabi ſuſpicione, è, ex, de manibus

Digitized by Google

nibus alicujus, *Cic.* Tranſmittere diſcrimen, *Plin. Iun.* Fallere retia. Eluctari laqueum, effugere. Subducere ſe nimbo, animam morti, *Ovid.* Defungi fatalibus malis, *Suet.* Præterire malum, *Ter.*

Evitatio] Devitatio incommodorum, *Cic.* Fuga. Effugium, *Id.*

Eunuchus, vid. *Eviratus.*

Evocare] Evocare foras, excire, *Plaut.* Sevocare in privatam domum de communi, *Cic.* Devocare aliquem. *Liv.*

Evolare] Evolitare, *Col.* Provolant omnes apes, ſi dies mitis futurus eſt, *Plin.* Superevolare, *Lucan.*

Evolvere, vid. *Explicare.*

Evolutio] Explicatio rudentis, *Cic.* Explicatus, ûs, *Plin.*

Eurus] Eurinus ventus, *Col.*

Evulgare ſecreta, vid. *Prodere.*

Ex] A, ab, è, de aliquo audire, *Plaut. Cic. Vnde* empta eſt? *Plaut.* Id *unde* te audiviſſe dicis? *Cic.*

Exacerbare, vid. *Irritare.*

Exactè, vid. *Accuratè.*

Exactio] Exactus mercis, *Quint.* Efflagitatio Conſulatus inſulſa, *Cic.* Coactio argentaria, *Suet.* Efflagitatus, ûs, *Cic.*

Exactor] Exactor ſtudiorum, operis, rectè loquendi, *Quint.* Flagitator aëris aſſiduus. Coactor, *Cic.* Collectarius, *Acron in Horat.* Repetitor nuptæ ademptæ, *Ovid.* Reciperator, *Feſt.*

Exactus, vid. *Accuratus.*

Exacuere, vid. *Acuere.*

Exæquatio] Æquatio juris Civium. Æquatio Civitatis, *Cic.* Temperatio juris, *Reip.* Temperamentum, quo alii cum aliis æquantur, *Id.* Libratio, & perlibratio aquarum, *Vitruv.*

Exæſtuare, vid. *Æſtuare.*

Exaggerare, exaggeratio, vid. *Dilatare, Dilatatio.*

Exaggerare nimis] Elephantum ex muſca facit.

Exagitare aliquem] Verſare, *Quint.* Ego te exercebo hodie, uti dignus es. Solicitum habere aliquem, *Ter.* Solicitudo vexat impios, *Cat.* *Exal-*

Digitized by Google

Exaltare] Tollere in ſublime aliquid, *Plin.* Suſtollere aliquem, *Plaut.* Sublimare aliquid, *Non.* Levare in ſublime aliquid, *Plin.* Extollere caput, *Cic.* Relevare corpus à terra, *Ovid.* Attollere pedes, *Quint.*

Exaltatio] Elevatio, *Quint.*

Examen apum] Grex apum. Pulli apum. Apum pullities. Populus. Una, *Col.* Globus apum. Uber, *Pallad.*

Examen ſeu probatio alicujus rei] Periclitatio longi temporis. Experientia. Periculum, *Cic.* Experimentum. Specimen ſumere, *Plin.* Exploratio, *Macrob.* Spectamen, *Plaut.* Tentatio perſeverantiæ, *Liv.* Tentamen, *Ovid.* Tentamentum, *Virg.*

Examinant apes] Vernant apes. Exundant novis fœtibus apes, *Col.*

Examinare] Tentare alicujus ſcientiam, *Cic.* Extentare vires, *Plaut.* Facere periculum innocentiæ alicujus, *Cæſ.* Experimentum facere, capere, *Quint.* Explorare animum alicujus, *Ovid.*

Exardeſcere] Incandeſcere. Corripi flammâ, *Ovid.* Flammeſcere, *Sipont.* Excandeſcere, *Cat.* Inflammari. Excipere flammam, *Cic.* Inardeſcere, *Hor.* Concipere ignem, *Lucr.*

Exarmare] Dearmare, *Liv.* Inermare, *Feſt.* Spoliare armis, *Virg.* Nudare armis, *Ovid.*

Exauctorare] Miſſionem dare militibus, *Tac.* Dimittere exercitum. Miſſum facere militem, *Cic.* Auctoratum militem dimittere, *Liv.*

Exauctoratus miles] Sacramento ſolutus, *Cic.*

Exaudire aliquem] Concedere petitioni alicujus. Deduci prece ab aliqua re. Exorabilis ſum alicui. Præbere ſe exorabilem, *Cic.* Dare aliquid precibus alicujus, *Plin.* Flecti precibus, *Virg.* Vinci precibus, *Sen.* Moveri, frangi precibus. Dare manus precibus. Accipere preces alicujus, *Ovid.* Audire precantem, *Id.* Preces ratas facere, *Bud.* Cedere precibus alicujus *Cic.*

Excæcare] Obcæcare. Privare oculis, *Cic.* Exoculare caput alicujus. Exturbare alicui oculos, *Plaut.* Lumine oculorum privare. Conſciſcere alicui cæcitatem. Effodere aciem luminis

Digitized by Google

luminis ſolis radiis, *Gell.* Eluſcare, *Vlp.* Cæcitatem inferre. Offundere oculis pulverem. Officere luminibus.

Excæcatio] Eluſcatio, *Vlp.* Occæcatio, *Iſid.*

Excellens] Excellenti animo ac virtute vir. Illuſtris. Præſtans. Præſtabilis, Præclara indoles. Excellens omni genere laudis, (& in omni genere) ornatiſſ. & ſplendidiſſimus vir. Ampliſſ. Nobilis, *Cic.* Divinus vir. Magna anima, *Tac.* Animæ, quales neque candidiores terra tulit. Inſtar multorum unus. Inter paucos. Cedro dignus. Problema Archimedeum.

Excellentiſſimus negligit vilia] Elephantus non captat murem.

Excellere, vid. *Eminere*. *Antecellere*.

Excellentia] Splendor nominis. Præſtantia virtutis, *Cic.* Claritudo familiæ, *Tac.* Claritas perſonarum, *Plin. Iun.* Nobilitas morum, animi, *Ovid.*

Exceptio, vid. *Conditio.*

Excerpere] Tu id, quod boni eſt, excerpis. Ex variis ingeniis excellentiſſima quæque libavimus. Depromere aliquid de libris, *Cic.* Vid. *Enotare.*

Excidere] Exſcindere ſilvam. Exſecare, *Cic.* Exputare vitem. Explantare arbuſculam, *Col.* Recidere vepres, *Cat.*

Excidere, cadere] Fluunt arma è manibus. Erumpit repente riſus, *Cic.* Excuſſi manibus radii, *Ovid.* Vid. *Elabitur.*

Excidium urbis] Excidio. Everſio tectorum. Diſturbatio Corinthi. Diſperditio, *Cic.* Excidio, *Feſt.*

Excipere aliquid in emptione] Exceptione cavere. Exceptum eſt aliquid fœdere, *Cic.*

Excitare è ſomno] Suſcitare è quiete, *Catul.* Exſuſcitare quietum, *Cic.* Abrumpit ſomnos cura, *Virg.*

Excitare ad alacritatem, vid. *Incitare.*

Exclamatio] Excitus vocis, *Apul.* Proclamatio.

Excludere] Excludere aliquem foras, *Ter.* Excludere domo. Præcludere alicui aditum. Intercludere alicui omnes aditus, *Cic.* Secludere curas, *Virg.* Prohibere aliquem domo, *Ter.* Arcere aliquem aditu, *Liv.*

Digitized by Google

Excludere ova] Excudit gallina ovum. Excudit pullos, *Var.* Excludit gallina, *abſol. Virg.*

Excogitare aliquid] Effingere animo. Depromere ex ſuo ſenſu aliquid. Fingere cogitatione, depingere aliquid. Commoliri dolum, machinam. Promere à ſe aliquid, *Cic.* Comminiſci, *Liv.* Inveſtigare cum animo, *Plaut.* Excoquere malum, *Id.* Conſequi cogitatione aliquid. Architectari, *Cic.* Machinari, *Lucr.*

Excogitatio] Machinatio, & Solertia, *Cic.*

Excolere, vid. *Exercere.*

Excommunicare] Sacrificiis alicui interdicere. In numero ſceleratorum ac impiorum aliquem habere. Devovere hominis caput. Anathemate plectere caput. Animam alicujus inferis ſacrare. Ultimæ animadverſionis exempla ſtatuit in aliquem Pontifex, *Bud.* Anathema alicui dicere. A ſacris amovere. A piorum ſocietate & communione ſecludere. Ab Eccleſiæ communione repellere. Communione mulctare, ſecludere. Anathemate percellere, jugulare. Communionem alicui interdicere. Dirum anathema alicui intorquere.

Excommunicato] Excluſio, *Macrob.* Vid. *Proſcriptio.*

Excommunicatus] Excluſus à communione eccleſiæ. Cui interdictus eſt ingreſſus templi, & conſortium, ac communicatio cum omnibus. Abſtentus, *Cyprian.* Sacer homo, *Hor.* Exſecrandus ac deteſtabilis, *Cic.* Dirâ proſcriptione, vel, diris programmatibus (eccleſiæ, epiſcopi) per compita confixus, *Bud.* Extorris domo, penatibus, foro, congreſſu æqualium, *Id.*

Excoquere, vid. *Decoquere.*

Excoriare] Deglubere pecus, *Suet.* Deſpoliare dorſum, *Plaut.* Exaſperat fauces aliquid, *Plin.*

Excors, vid. *Demens.*

Excrementa] Retrimenta cibi, *Varr.* Reliquiæ cibi, *Cic.* Fimus. Fimum, *Plin.* Stercus, *Plaut.* Egeries, *Solin.* Merda, *Hor.* Sordes aurium, *Cic.* Coacta alvi, *Celſ.* Foria, *pl. Non.* Oletum, *Feſt.* Purgamenta, quæ homines corporibus edunt. Proluvies ventris, *Col.*

Excreſce-

Digitized by Google

Excreſcere] Exire in herbam. Repullulare è radicibus. Aſſurgere in altitudinem, *Plin.* Tollunt ſe altiùs à terra vites, *Cic.* Proſiliunt in altitudinem frutices, *Col.* Creſcere in altitudinem, *Liv.* Exit in cœlum ramis, *Virg.*

Excruciare, vid. *Cruciare tormentis.*

Excruciari] Diſcrutiari animi, *Plaut. Ter.* Percruciari, *Plaut.* Rumpi inediâ. Rumpi, *Abſ. Mart.* Quàm magis id reputo, tam magis uror. Omnibus exemplis cruciari. Maceror, quòd ſim tibi cauſa doloris. Ipſus ſe comeſt. Exenteror miſer. Angere ſe animi. Cordolium mihi eſt. Dolere ab animo, ab ægritudine. Exeſt animam ægritudo. Exedor exſpectando, *Plaut.* Conficere ſe. Moderi conſcientia, *Cic.* Mandendo ſeſe conficit ipſa. Invidia aliquem macerat, *Lucr.* Fremere, *Cic.* Ringi, *Ter.*

Excubare] Agere excubias, *Ovid.* Vigilias agere. Stare in vigilia urbis. Agere ſtationem. In ſpecula eſſe, obſervare. Advigilare ad cuſtodiam ignis, *Cic.* Excubare pro portis in muris, *Liv.* Agrarias facere, *Veget.*

Excubiæ] Vigiliæ. Cuſtodiæ. Præſidium ſtativum, *Cic.* Statio militum, *Suet.* Procubitores, *Cato.* Velites ante caſtra excubantes, *Feſt.*

Excubitor] Vigil nocturnus, *Plaut.* Vigiles caſtrorum, *Lucan.* Vigiliarius, *Sen.*

Excudere ignem] Excutere, Elidere ignem è ſilice, *Plin.* Elicere ignem conflictu & ictu lapidum, *Cic.* Procudere ignem, *Lucr.*

Excultus] Excultus ad humanitatem ex agreſti immanique vitâ. Expolitus homo. Subactum ingenium, *Cic.* Exuit animum ſilveſtrem, *Virg.* Exercitus vario & aſſiduo motu & diſſidiis. Depexus, *Ter.*

Excurrere ex aliquo loco] Evolare ex ſenatu, è carcere, *Cic.* Exſpatiari longè equis, *Ovid.* Procurrere in publicum, in vias, *Liv.* Longiùs, *Virg.* In pugnam, *Col.*

Excurſio, vid. *Eruptio.*

Excuſare aliquem] Excuſare aliquem alicui, apud aliquem. Elevare noxam alicujus. Extenuare crimen, *Cic.* Cuncta ad Imperatorem in mollius relata, *Tac.*

Excu-

Digitized by Google

Excuſare ſeipſum] Afferre excuſationem. Uti excuſatione, *Cic.* Cauſari, *Virg. Plaut.* Extra omnem culpam ſe ponere. Crimen diſſolvere, diluere, purgare. Ex culpa ſe eximere. Exſolvere ſe ſuſpicionibus. Levare ſe infamiâ. Purgare ſe alicui; de aliqua re. Expedire ſe de peripetaſmatis, *Cic.* Levare facinus. Liberare ſe culpa, *Liv.* Lavare peccatum, *Ter.* Expurgare ſe, *Plaut.*

Excuſare ſe, id eſt, cauſam dicere] Excuſari morbi cauſa. Afferre excuſationem oculorum. Uti excuſatione valetudinis &c. Defendere vitia excuſatione adoleſcentiæ. Excuſatio neceſſitatis, ætatis &c. aliquem ſatis defendit: à labore vindicat, *Cic.* Cauſam dicere, fingere, *Ter.* Excuſare mare & flatûs, *Quint.* Vires, *Ovid.* Cauſari, afferre ætatem, *Cic.* Cauſari ignorantiam, &c. *Vlp.* Prætendere ignorantiam, *Quint.* Verba culpæ, *Ovid.* Prætexere culpam nomine conjugii, &c. *Virg.* Obtentui eſt mihi aliquis, *vel* aliquid, *Sal.* Paupertatis obtentu ſe excuſare, *Paul. IC.*

Excuſatio] Cauſa. Diverticulum quærere peccatis, *Cic.* Cauſatio ægri corporis, *Gell.* Tranſcriptio. Color, *Quint.*

Excuſatio juſta] Cauſa ſontica, *Tac.* Impedimentum legale, *ICt.*

Excuſatio ficta] Excuſatio calva. Cauſa non cauſa. Prætextus. Fucus, *Cic.*

Excuſatus] Excuſabilis, *Ovid.* Excuſatiſſimus eſt. Excuſatè fieri videtur, *Quint.* Excuſatius facies, *Plin. Iun.* Excuſationem habens, *Bud.*

Exdorſuare, vid. *Exenterare.*

Exedere, vid. *Depaſci.*

Exemplar] Archetypus. Proplaſma, *Plin.* Species, *Cic.* Vid. *Idea.*

Exemplaris vir] Gnomon & regula. Exemplum continentiæ, *Ter.* Exempli rari; Singularis, *Quint.* Exemplar vitæ morumque, *Hor.*

Exemplum] Me ſibi habeat documentum. Specimen virtutis, *Cic.* Parſimoniæ *diſciplina* aliis eram, *Plaut.* Exemplare, *Lucr.* Paradigma, *Donat.*

Exemplum ſtatuere] Documentum in poſterum ſtatuere,

ne quis, &c. *Cic.* Curabo ut omnibus exemplo ſis. Edere exempla in aliquem. Malis exemplis perdere, *Ter.*

Exempli causâ] Verbi causâ, Verbi gratiâ, *Cic.* Exempli gratia, *Plin.* Ut puta, *Ulp.*

Exemplo alieno cautum fieri] Alienâ inſaniâ frui optimum. Alieno periculo cautus. Alieno diſcere periculo. Alienum vulnus noſtra cautio. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Exenterare] Exdorſuare piſcem, *Plaut.* Exoſſare, *Id.* Eviſcerare, *Virg.*

Exercere corpus] Exercere vires. Exerceri in venando. Modicis exercitationibus utendum, *Cic.*

Exercere ſe in aliqua re] Exerceri ad pugnam, *Fab.* Recolere ingenium, *Plin. Iun.* Elaborare in aliqua re, *Cic.* Ponere alicubi tyrocinium, *Liv.* Rudimenta virtutis ſub aliquo ponere, *Quint.* Expoliendum limandumque ſe alicui docto viro permittere, *Plin.* Procudere ingenium, linguam, *Amm.* Meditor me ad curſuram, *Plaut.*

Exercere aliquem in aliquo ſtudio] Excolere aliquem doctrinâ, diſciplinâ. Erudire aliquem artibus, laboribus. Informare ad humanitatem. Formare pueros. Inficere artibus. Inſtituere. Expolire aliquem & hominem reddere. Recoquere hominem, *Cic.* Erudire aliquem artes, *Ovid.* Exercitator ſum alicujus artis vel hominis, *Plin.* vid. *Docere.*

Exercitatio] Exercitium. Meditatio. Rudimentum. Uſus aſſiduus. Commentatio, *Cic.* Tyrocinium, *Plin.* Meditamenta puerilia. Diſceptatiunculæ memoriarum, *Gell.* Exercitus, *Plaut.* Studium, *Ovid.*

Sine exercitio nihil fit] Teſta non fit, niſi lutum tundatur.

Exercitatus] Exercitatiſſimus. Nemini parere animus, *benè* à natura *informatus*, vult, *Cic.* Exercitatus ad rem aliquam, *Ter.* Diſciplinoſus gladiator, *Cato.* Recoctus ſcriba, *Hor.* Exercitus, ti, *Lucr.*

Exercitus] Copiæ. Manus, *Cic.* Res, *Liv.* Armatæ hominum catervæ, *Catul.* Miles, *Ter.*

Exercitus inſtructus] Acies, *Liv.* Acies inſtructa, *Cic.* Acies

Digitized by Google

Acies depoſita, *Tacit.* Inſtructæ copiæ. Agmen compoſitum, *Liv.* Procinctum. Acies procincta. Procincta acies, *Feſt.*

Exeunt libri] Eduntur libri, Libellus excidit. Pervenit in manus hominum. Verſantur ſcripta inter manus, *Cic.* Enoteſcit, *Plin. Iun.* Venit in manus hominum liber, *Quint.* Data eſt in publicum ſcripta oratio. Edita eſt in lucem. Vid. *Edere libros.*

Exhalare] Exſpirat amnis auras. Vaporant aquæ, *Plin.* Reſpirat terra malignum vaporem, *Stat.* Exæſtuat æſtum tellus, *Lucr.* Exſudat gravis halitus faucibus. *Perſ.* Halant alæ ſertis, *Enn.*

Exhalationes] Halitus terræ, *Plin.* Halitus retorridi. Exſpiratio terræ. Reſpiratio aquarum, *Cic.* Spiritus fœdi odoris, *Cel.* Anhelitus vini, *Cic.*

Exherbare, vid. *Runcare.*

Exheredare] Exheredem ſcribere filium. Excludere ab hereditate, *Cic.*

Exhereditatus] Exheres, *Plaut.* Abſtentus, *Vlp.*

Exhilarare aliquem] Traducere à ſeveritate ad hilaritatem. *Remittit* animos cautus. Afficere aliquem voluptate, gaudio, lætitia. Integrare animum, *Cic.* Concire in lætitiam aliquem, *Ter.* Permulcere aliquem jucunditate, *Quint.* Lubentiores vos faciam, quàm lubentia eſt. Faciam ut gaudeas, *Plaut.* Diſcutere vultu nubila, *Stat.* Diſcutere triſtes cogitationes, *Celſ.* Afferre alicui hilaritatem, jucunditatem, *Plin.* Objicere lætitiam alicui, *Ter.* Facere lætitiam, *Cic.* Vid. *Lætificare.*

Exhinc, vid. *Deinde.*

Exhorreſcere, vid. *Horreſcere.*

Exhortari, vid. *Incitare.*

Exigere, vid. *Pellere.*

Exigere (2) *id eſt, repoſcere ſuum*] Cogere pecuniam à Civibus ſtatuarum nomine. Repetere res ſuas. Recuperare ſuum judicio, *Cic.* Coactiones argentarias facere, *Suet.* Vid. *Repoſcere.*

Exiguitas] Parvulum ligni, *Plin. Iun.* Paululum agelli. Pauxillum. Perpauxillum. Aliquantillum cibi, *Plaut.* Gut-

Digitized by Google

tula argenti, conſilii. Perpuſillum rogare, *Id.* Pauca loquitur, *Ter.* Perpauca mutare. Perpauculi paſſus, *Cic.* Aliquantum nummorum. Aliquantulum æris, *Id.* Modicum. Parvum, *Subſt. Hor.* Non eſt in toto corpore *mica* ſalis, *Catul.*

Exiguum temporis] Exiguo pôſt. Exiguum dormire, *Plin.* brevi, *Gell.* Parum diu. Parumper conticere. Paulum abeſſe. Pauliſper commorari. Paulò antè. Paulò pôſt. Paulò ampliùs. Aliquamdiu. Puſillum laxamenti, *Cic.* Parumper operire. Paululum opperiri aliquem, *Ter.* Aliquantiſper hinc concede, *Plaut.*

Exiguus, vid. *Parvus.*

Exilis] Junceus. Juncidus. Ejuncidus, *Varr.* Monogrammos, *Cic.* Perexilis, *Col.* Petilus, *Plaut.*

Exilitas] Gracilitas corporis, *Cic.* Tenuitas caudæ, *Plin.* Gracilitudo ſtaturæ, *Acci. Non.* Contractus, & Contractura columnarum, *Vitr.*

Exilium] Exulatio, *Flor.* Exportatio, *Sen.* Inſularis pœna, *Amm.* Relegatio in inſulam. Deportatio, *Vlp.*

Exilii venia] Reſtitutio exulum; damnatorum, *Cic.*

Eximere] Excipere ſemina pomis, *Plin.* Expedire agrum lectione lapidum, *Col.*

Eximiè] Præclarè geſſit negotium. Divinitus diſputata. Apprimè, egregiè, inſigniter, excellenter. Nihil ſuprà. Ita ut nihil poſſit ſuprà. Ut nihil ultrà poſſit cogitari, *Cic.* Divinè omnia exſequitur, *Tull. Quint.*

Eximius] Singularis vir. Egregia indoles. Inſignis res, *Cic.* Exceptus ſorti. Exſors equus, *Virg.* Edecimatus, *Feſt.* Unicus, *Afran.* Conquiſitus, exquiſitus, lectus, *Cic.* Auro hunc expendi decet. Aurea gens. Auro contrà non carus eſt, *Plaut.* Superba aulæa, *Virg.* Unus inſtar omnium.

Exinanire] Inanire, *Plin.* Vacuare ſulcum, *Col.* Vacuefacere aliquid, *Col.* *Egeritur* dolor lacrymis, *Ovid.* Deplere vitam ſupervacuis querelis, *Manil.* Vid. *Evacuare.*

Exinanitio alvi] Purgatio alvi. Detractio conſumpti & confecti cibi, *Cic.* Dejectio, *Celſ.* Egeſtus ventris, *Sen.*

Exinde] Ex illo. Ex illo tempore, *Virg.* Poſt unquam,

Digitized by Google

quam, *Ter.* *Inde* loci ſeclâ creavit, *Lucr.* Ex tunc, *Apul.*

Exire] Exire foràs, *Ter.* Exire domo à patria, è portu. de triclinio. Ex Italia. In ſolitudinem. Egredi urbe, è portu, ex provincia, ad bellum, extra fines. Prodire in publicum. Procedere è prætorio in publicum, in ſolem. Excedere urbe, ex urbe. Efferre pedem portâ, *Cic.* Exire limen, *Ter.* Exire intùs, i. e. domo, *Plaut.* Progredi. Provenire in ſcenam, *Id.* Excedere, *abſ. Cic.* Evadere limen, *Col.* Faceſſere ædibus, *Pacuv.*

Exiſtimare] Videor mihi perſpexiſſe aliquid, *Cic.* Videor videre illum diem, *Ter.* Optimum factu ratus, *Saluſt.* Videtur ita mihi, *Plaut.* Hoc primùm ſentio, *Cic.* Vid. *Opinari.*

Exiſtimatio, vid. *Opinio.*

Exitium] Interitus. Pernicies. Internecio aratorum. Occaſus urbis, hominis, Reip. Interitio, diſperditio, *Cic.* Occidio, *Col.* Peſtis, *Liv.* Perditio, *Sipont.* Mors æterna, *Lucr.*

Exit, vid. *Terminatur.*

Exitialis] Exitiabilis dies, *Plaut.* Exitioſum bellum. Pernicioſus morbus, *Cic.* Damnoſus, *Hor.* Funeſtus, *Sen.* Lævus, *Virg.* Pernicioſa lex, *Cæſ.* Hoſtis ſtudiorum pernicioſiſſima, *Quint.* Diſpendioſus, *Col.* Decretorius dies. Sonticus morbus. Maleficus, *Plin.* Detrimentoſus, *Cæſ.* Damnificus, *Plaut.* Obnoxius, *Enn.*

Exitus ridiculus] Pro amphora urceus exit, *Hor.*

Exitus omnium idem] Omnia mors æquat.

Exlex] Lege ſolutus ac liber, *Cic.*

Exoleſcere] Vetuſtate aliquid exoleſcit, *Quint.* Defectus ſenio, *Col.* Coaceſcit ætas vetuſtate. Obſoleverunt res propter vetuſtatem. Exareſcere, *Cic.* Abiit res longè in deſuetudinem, *ICtis.*

Exoletus] Obſoletus. Literarum *oblivio*, *Cic.*

Exoptabilis, vid. *Deſiderabilis.*

Exoptare, vid. *Deſiderare.*

Exorabilis] Venia deprecationis facilior, *Quint* Impetrabilis, *Plaut.* Facilis impetrandæ veniæ, *Claud.* Facilis rogantibus. Facilis veniæque paratus, *Ovid.* Facilis ad concedendum, *Cic.*

Exorabilis ſum, vid. *Exaudire.*

Digitized by Google

Exorare aliquem] Impetrare aliquid ab aliquo. Impetrare veniam precibus, *Cic.* Obtinere, *Id.* Exorare aliquid ab aliquo, *Plaut.* Exorator ſum, *Ter.* Litare. Impetratum aliquid reddere; auferre ab aliquo, *Plaut.* Impetraſſere, *Id.* Flectere aliquem prece, *Sen.* Valere rogando, *Ovid.* Cogere precibus aliquem, *Hor.* Precibus evincere aliquem, *Sen.*

Exorbitare] Decedere officio, ab officio, *Liv.* De officio, *Cic.* Flexiones, diverticula perſequi, *Cic.* Extra chorum ſaltare. Extra callem ire, errare eſt. Extra curriculum ferri. Extra oleas ferri. Extra ſcopum jaculari. Extra viam currere. Extra orbitam ruere. Vid. *Deviare.*

Exordiri, vid. *Incipere.*

Exordium] Exorſum orationis, *Cic.* Introitus defenſionis. Ingreſſio dicendi. Orſus, *Cic.* Orſa. Exorſa, *plu. Virg.* Veſtibulum artis, *Quint.* Prooemium. Præfatio, *Cic.* Vid. *Initium.*

Exordium rei parvæ magnum] De puſillis magna prooemia.

Exoriri, vid. *Oriri.*

Exornare, vid. *Ornare.*

Exos] Exoſſis, *Apul.* Exoſſatus, *Lucr.* Anguimanus, *Id.* De *Elephan.*

Exoſſare, vid. *Exenterare.*

Exoſus, vid. *Odioſus.*

Expalpare, vid. *Eblandiri.*

Expandere, vid. *Diſtendere.*

Expaveſcere] Pavefieri, *Ovid. Gell.* Expavere ad aliquem tumultum, *Plin.* Percuſſit animum illico, *Ter.* Inceſſit eum timor, terror, *Liv.* Pertimeſcere. Extimeſcere. Territi & conſternati animis hoſtes. Exterreri aſpectu. Præter modum exterreri. Submittere animum periculo, *Cic.* Compareſcere, *Mart.* Conſternari, *Saluſt.*

Expedire negotium] Conficere negotium. Confectum relinquere. Tantum recipies, quantum *obire* poſſis, *Cic.* Faceſſere juſſa, *Virg.* Tranſactum reddere aliquid, *Plaut.* Factum & curatum dare, *Ter.*

Expedire ſe ab occupationibus] Expedire ſe, *abſ.* Relaxare ſe oc-

ſe occupationibus. A nimia neceſſitate faciendi aliquid ſe relaxare. Eximere tempus è ſuis occupationibus, *Cic.*

Expedit] Fructuoſum eſt de jure ſuo nonnunquam decedere. Confert ad aliquid. Rationes meæ ita ferunt. Operæ pretium eſt, *Cic.* Fœnerat hoc mihi. Quod erit mihi bonum ac commodum. Ex uſu noſtro erit, *Ter.* In rem eſt, *Tacit.* Pretium curæ viſum eſt, *Plin. Iun.*

Expeditè, vid. *Facilè.*

Expeditio bellica] Apparatus belli, qui fit publico conſenſu, *Bud.*

Expeditus] Expeditiſſimus ad aliquid, in aliqua re. Perexpeditus, *Cic.* Vid. *Facilis.*

Expellere, vid. *Pellere.*

Expendere aliquid librâ] Expendere aurum auro, *Plaut.* Penſare aliquid librâ, *Col.* Rependere aliquid argento, *Plin.* Dependere aliquid librâ, *Id.* Librare cœnas, *Gell.*

Expendere pecuniam] Erogare pecuniam. Erogare in ſumptum. Effundere patrimonium in ſalutem Reipub. Facere ſumptum in rem militarem. Impendere laborem & ſumptum ad incertum caſum. Inſumere ſumptum in aliquid magnum. Impenſas facere, *Cic.* Expromere heminas octo in urceum, *Plaut.* Expenſare argumentum, *Id.* Prodere aliquid, *Ter.* Dependere in aliquid multum, plus. Onerare rationes, *Col.* Conferre in aliquid impendia, *Quint.*

Expenſi codex] Codex accepti & expenſi. Tabulæ accepti & expenſi, *Cic.* Rationarius codex, *Suet.* Ratio expenſi, *Plaut.* Calendarium verſat, *Sen.* Magnus calendarii liber evolvitur, *Id.* (Calendarium propriè eſt codex pecuniæ fœnori datæ, calendis exigi ſolitæ, *Bud.*)

Expenſi ratio] Ratio, calculus. Subductio, *Cic.* Ratiuncula, *Plaut.* Computatio, *Plin. Iun.* Ad digitos venit, Et hoc venit in computationem. Ratiocinium, *Col.* Diſcuſſiones rationales, *Firm.* Diſpunctio rationum, *Vlp.*

Expenſas acceptis metire] Meſſe tenus propriâ vive.

Expenſare, vid. *Expendere.*

Expergefacere] Inquietare aliquem, *Suet.* Excitare aliquem de, è, ex ſomno, *Cic.* Excitare cubilibus, *Liv.* Vid. *Excitare.*

Digitized by Google

Expergeſieri, vid. *Evigilare.*

Experiens, vid. *Peritus.*

Experientia] Experimentum, *Plin.* Periclitatio longi temporis, *Cic.* Exploratio, *Macr.*

Experimentum non fit ſine periculo] Empyricus periculosè in corpore humano facit pericula.

Experiri] Experimentum capere, *Liv.* Experimentum facere. Periclitari. Tentare quid poſſim. Pertentare. Attentare fidem alicujus. Deguſtare & experiri vitam aliquam, *Cic.* Tentare experientiâ, *Varr.* Probare boves, *Col.* Facere periculum, *Cæſ. Ter.* Uſu explorare, *Celſ.* Prætentare chordas. Aurum in ignibus *ſpectatur*, *Ovid.* Extentare vires, *Plaut.*

Expers alicujus rei] Exſors, *Plaut.* Immunis malis, *Plin.* Inconſcius, *Liv.*

Expertus, vid. *Peritus. Gnarus.*

Expertus meliùs rem intelligit] Credendum peritis in ſua arte. Experto crede Ruperto. Artifici in ſua arte credendum. Quiſque ſuæ artis actor & profeſſor optimus, *Val. M.*

Expetendus, expetere, vid. *Deſiderabilis, deſiderare.*

Expiabilis] Luſtralis, *Ovid.* Luſtricus dies, *Macrob.* Luſtrificus, Val. *Argonau.* Piacularis, *Liv.* Piaculus porcus, *Cato.*

Expiare piaculum] Piare culpam morte, *Virg.* Luere ſtuprum morte, *Cic.* Luſtrare urbem, homines, *Virg.* Diluere peccata, *Ovid.* Purificare, *Suet.* Februare, *Varr.*

Expiatio] Luſtratio, *Col.* Luſtratus, *Symmach.* Piamentum, *Plin.* Averruncatio, *Henr. Steph.* Religioſa purificatio, *Mart.*

Expilare, expilator, vid. *Compilare, compilator.*

Expiſcari, vid. *Diſquirere.*

Explere] Complere, *Tac.* Adimplere, *Plin.* Vid. *Implere.*

Explicare] Evolvere quod involutum eſt, *Cic.* Exſinuat collectos amictus, *Virg.* Expandit florem. Mittit folia, *Plin.*

Explicare obſcura] Explanare rem obſcuram. Interpretari. Enodare. Exponere. Enucleare. Aperire, quæ in obſcuritate latuerunt; Planum facere, *Cic.* Subſternere notioni omnium,

Digitized by Google

omnium, *Arnob.* Deplanare aliquid. Liquidum facere, *Non.*

Explicatio] Explicatus difficilis. Explanatio interpretum. Expoſitio. Enodatio, *Cic.* Enarratio poëtarum. Paraphraſis, *Quint.* Commentarium. Interpretamentum, *Gell.* Commentum, *Priſcian.*

Explicator] Interpres rerum obſcurarum. Explanator, *Cic.* Commentator, *Bud.*

Explorare] Noctu ventitabat, ut omnia ſpecularetur, *Cic.* Speculandi causâ miſſus. Proſpeculatum mittere aliquem. *Liv.* Acutiſſimè indagare & odorari quid &c. Odorari & deguſtare aliquem, *Cic.* Scrutari mentem alicujus, *Ovid.* Introſpicere voluntates, *Tac.* Tentare animos nuntiis, *Cæſ.*

Explorator] Speculator, *Cic.* Luſtrator orbis Hercules, *Apul.* Miſſis viſoribus, *Tac.* Emiſſarius. Canes venatici. Cibyratici. Cibyrathæ pantheræ. Qui cuncta odorantur, perveſtigant, venantur, *Cic.* Conquiſitores, *Plaut.* Inquiſitores, *Suet.*

Expolire, vid. *Polire.*

Expolitio] Politio, *Feſt.* Politura marmoris, *Plin.* Perpolitio ſermonis, Ad *Heren.* Vltima lima ſcriptis deficit, *Ovid.*

Expolitus, vid. *Elaboratus.*

Exponere aliquid] Proponere vexillum, *Cæſ.* Collocare tabulas benè pictas in bono lumine, *Cic.* Efferre, vel extollere ſignum, *Virg.*

Exportare aliquid] Efferre aliquid è navi. Inter manus accipere aliquem. Facere exagogam, *Plaut.* Tollere ex aliquo loco aliquid. Inter manus è convivio auferre aliquem, *Cic.* Egero prædam ex hoſtium tectis, *Liv.* Proferre foras aliquid, *Col.* Progerunt formicæ defunctas, *Plin.* Extra ferre, *Quint.*

Exportatio rerum] Egeſtio opum, *Plin. Iun.* Exagoga, *Plaut.*

Expoſitio, vid. *Explicatio.*

Expoſititius] Projecta, Projectitia puella, &c. *Plaut.*

Expoſtulare cum aliquo] Expoſtulationem habere, facere

Digitized by Google

cum aliquo. Conqueror apud te de injuriâ mihi à te factâ, *Cic.*

Expreſſè] Enucleatè dicere. Definitè dare poteſtatem alicui. Enucleatiùs. Enodatè. Enodatiùs dicere. Articulatè dicere, Præcisè negare. Syllabatim dictare, *Cic.* Signatè & propriè loqui, *Macrob.* Significanter dicere, *Quint.* Significantiùs. Conſignantiùs, Conſignatiſſimè, *Gell.* Corporaliter aliquid explicare, *Arnob.*

Exprimere per vim] Elicere ſanguinem, *Cic.* Emoliri. Pondere preſſam baccam velut exſaniari, *Col.* Emedullare, *Plin.* Emungere alicui oculos, Elidere. Exculcare furfures, *Plaut.* Exurgere ſuccum, *Cat.* Prælo ſupponere olivam, vehementerque premere, ut exſudet quantulumcunque habeat amurcæ, *Col.*

Exprobrare aliquid alicui] Exprobrandi cauſa dicere. Objicere alicui furta, *Cic.* Opprobrare, *Plaut.* Imputare, *Suet.*

Expromere aliquid] Depromere pecuniam ex arcâ. Promere pecuniam ex ærario. Expedire pyxidem, virgas. Argumenta eruere, *Cic.* Diſtringere amaritudinem carminum, *Plin.* Intendere eruditionem, *Plin. Iun.*

Expugnare] Potiri armis, *Virg.* Potiri oppidi, regni, *Cic.* Obtinere urbem armis, *Liv.*

Expungere] Albo eradere, *Tac.* Interlinere. Tollere alicujus nomen ex omnibus ſcriptis. Eximere ex, vel de reis aliquem, *Cic.* Abolere, *Suet.* Spongiâ mederi, *Id.* Exſculpere aliquem verſum, *Æmil. Prob.* Radere nomen alicujus faſtis, *Tac.*

Exquirere, vid. *Diſquirere. Anquirere, Cic.*

Exquiſitum quid] Cibi conquiſitiſſimi, *Cic.* Attica bellaria, Lautæ cupediæ, (Athenienſes enim omnia voluerunt exquiſita) vid. *Eximius.*

Exſanguis] Incruentus, *Liv.* Incruentatus, *Tacit.*

Exſcindere] Exſecare, *Cic.* Vid. *Excidere.*

Exſcribere] Deſcribere librum ab aliquo. E libris exſcribere, *Cic.* Vid. *Enotare. Tranſcribere.*

Exſcriptum] Exemplar literarum. Apographum, *Cic.* Exemplar Chirographi, *Id.*

Exſcul-

Digitized by Google

Exſculpere, vid. *Cavare.*

Exſecrari aliquem] Malè precari alicui. Omnibus precibus deteſtari. Devincire exſecrationibus aliquem, *Cic.* Diram exſecrationem alicui componere, & ei furias invocare. Sacrare caput alicujus, *Liv.* Diris exſecrationibus inceſſere, *Suet.* Imprecari diras pœnas alicui. Defigere diris deprecationibus, *Plin.* Devovere, *Tibul.* Iram Dei in caput alicujus deteſtari, *Plin. Iun.*

Exſecratio] Diræ, *Cic.* Preces, *Cæſ.* Iratæ. præces, *Hor.* Devotio, *Apul.* Anathema, *Hieron.* Vota exſecrantia alicujus nomen, *Ovid.*

Exſecrandus] Deteſtabilis & exſecrandus homo. Exſecratus. Devotus. Abominatus, *Hor.* Exſecratione devinctus, *Cic.* Exſecrabilis, *Porphyr.* Sacer homo, *Plaut.* Anathema, *Bud.* Vivite *devoto* fœmina virque toro, *Ovid.*

Exſecutio] Confectio, *Cic.* Patratio pacis, *Paterc.* Peractio, *Feſt.*

Exſecutor] Exactor operis, *Liv.* Patrator necis, *Tac.* Agens in rebus, *Amm.*

Exſequi] Perficere inſtituta, *Cic.* Patrare necem, *Tacit.* Perpetrare omnia, quæ pertinent ad, *Liv.* Conata peragere, *Iuv.* Exſerere manum, & quæ meditata ſunt, ad verum perducere, Profectus in opere tentare. *Sen.*

Exſequiæ] Juſta funebria, *Liv.* Juſta funerum, exſequiarum, *Cic.* Juſta exſequialia, *Stat.* Solenne funeris: officia ſuprema, Suprema *abſ. Tac.* Funebria ſacra. Mos parentalis, *Ovid.* Ferale, inferiale officium, *Apul.* Supremus mortalium honos, *Val. Max.* Sepultura. Funus. Humatio, *Cic.*

Exſequias celebrare] Parentare alicui. Juſta facere. Juſta ſolvere funeri. Memoriam nominis epulis celebrare, *Cic.* Suprema alicui ſolvere, *Tac.* Libitinam exercere, *Val. M.* Exſequi funus, *Gell.* Feralia officia peragere, *Apul.*

Exſequialis] Libitinenſis porta, *Lamp.* Funebris concio, *Cic.* Funebris pompa, *Quint.* Sepulchralis fax. Parentalis mos, *Ovid.* Funerea fax, *Mart.* Feralis, Inferialis. Inferalis, *Apul.*

Exſerere caput] Prominet vulgus ex tectis, *Stat.* Emergere

Digitized by Google

gere ſe, *Cic.* Proferre caput, *Ovid.* Protendunt cornua cochleæ, *Plin.* Exſertantem ora latebris, *Virg.* *Ab exſertare.*

Exſpectans alicujus rei] Candidatus dignitatis, mortis, æternitatis. Eſt in exſpectatione magiſtratus. Spes ei facta eſt à Rege dignitatis obtinendæ, *Cic.*

Exſpectare] Præſtolari. manere aliquem, Opperiri aliquem, *Ter.* Eſſe in exſpectatione alicujus rei, Exſpectatione pendere, *Cic.* Sum in exſpectando, *Gell.* Reſpectare aliquid ab aliquo, *Cic.*

Exſpectatio diuturna & fruſtranea moleſta eſt] Fœdum eſt & manſiſſe diu, vacuumque redire.

Exſpuere] Remittere ore aquam, *Col.* Reſpuit equus frenos, *Stat.*

Exſtans] Editus collis, *Cæſ.* In immenſum aditus, *Col.* Editus in altitudinem, *Liv.* Elatus, elatior, *Ov.* *Col.* Superlatus pileus, *Val. M.* Superedita luna, *Lucr.* Extumidus, *Var.* Minantur in cœlum ſcopuli, *Virg.*

Exſtimulare] Stimulare aliquem ad arma, *Hor.* Adjicere ſtimulos alicui, *Ovid.* Adhibere ſtimulos, *Lucr.* Admovere calcar, ſtimulor alicui. Bellicum canere, *Cic.* Addere calcar alicui, *Hor.* Sufflare aliquem, *Amm.* Agere mentes ad omne ſcelus & libidinem, *Liv.*

Exſtimulator, vid. *Inſtigator.*

Exſtinguere] Reſtinguere incendium, *Cic.* Stinguere, *Lucr.* Ferre auxilium tignis ardentibus, *Id.* Deflammare tædas, *Apul.* Explere diuturnam ſitim, reſtinguere, *Cic.*

Exſtingui] Stinguitur, Interſtinguitur ignis, *Luc.*

Exſtirpare. vid. *Eradicare.*

Exſtruere, vid. *Ædificare.*

Exſtructio] Exædificatio. Fabrica. Fabricatio alicujus rei. Ædificatiunculæ, *Cic.* Structura, *Col.* Conſtructio, *Plin. Iun.* Structio, *Firm.*

Exſuctus, vid. *Sterilis.*

Exſudare, vid. *Sudare.*

Exſultare, vid. *Gaudere. Tripudiare.*

Exſultatio. vid. *Tripudium.*

Exſu-

Exſuperantia] Exſuperatio, *Cic.* Exuberatio, *Vitruv.* Redundantia, *Cic.* Superfluitas, *Plin.* Enormitas, *Spart.*

Extabeſcere, vid. *Macere.*

Extemporaneus] Extemporalis, *Mart.* Schedicus, *Apul.* Subitaria dictio, *Gell.* Incogitatus, *Sen.* Verba inopinata, *Plin.* Calidum mendacium (ex tempore natum) *Incoctum* non expromet, benè coctum dabit, *Plaut.*

Extendere, vid. *Diſtendere.*

Extenuare aliquid] Extenuare verbis munus. Elevare offenſiones, *Cic.* Haud parva res *ſub titulo* primâ ſpecie minimè atroci circumferebatur, *Liv.* Cuncta in mollius relata, *Tac.* Magna attenuare, & ad minima deducere, *Sen.* Omnia ejus vel vanitate vel fumis vendebat, *Lampr.*

Extenuari] Tenuari, *Ovid.* Tenereſcere, *Plin.*

Extenuatio] Attenuatio Suſpicionis. Levatio vitiorum, *Cic.*

Exterebrare] Efforatus ſtipes, *Col.* Vid. *Terebrare.*

Extergere, vid. *Defricare.*

Exterior] Extrariæ res, *Cic.* Superficiarius, *Bud.* Perſonata, bracteata felicitas, *Sen.*

Exteriora fallunt] Fronti nulla fides.

Exterminare, vid. *Pellere.*

Externus, vid. *Alienus.*

Exterrere aliquem] Percellere, *Liv.* Perterrefacere aliquem, Tremefacere. Conterrere, exterrere aliquem, *Cic.* Percutere pectus alicujus pavore, *Tacit.* Perterrere valdè. Examinare aliquem metu, *Ter.* Complere formidinis aliquem, *Plaut.* Perpavefacere aliquem, *Id.* Conjicere in metum, Conſternare, Perſtringere horrore aliquem, *Liv.*

Exterreri, vid. *Expaveſcere.*

Extollere, vid. *Exaltare.*

Extorquere] Elicere alicui lacrymas. Exſculpere in quæſtione aliquid. Eripere agnum lupo. *Plaut.* Exterebrare, *Id.* Emungere aliquem, *Ter.* Extorquere per vim ſuffragium, *Liv.* Exprimere, *Cic.* Mordicus evellere, *Hor.*

Extra, vid. *Præter.*

Extrahere] Trahere de medio aliquem. Subducere è puteo

Digitized by Google

teo ſurſum. Intertrahere aquam omnem, *Plaut.*

Extraneus, vid. *Peregrinus.*

Extremum quid] Herculis columnæ. Ultima Thule.

Extrema ſpes] Anchora ſacra. Ad caſum extremum deductus, *Hirt.*

Extrema tentare] Ad ſacram anchoram confugere. Ultima experiri. Summæ rei periculum facere, *Tac.* Ad extrema deſcendere, Ad noviſſima auxilia. Extremam belli aleam experiri. Deſcendere in dimicationem vitæ. Decernere de omnibus fortunis unò judicio, *Cic.* Si ad ultima periculi pervenietur, (ubi ultima neceſſitas denunciabitur] hoc agam.

Ad extremum redactus] Ad incitas redactus.

In extremis malis] Inter malleum & incudem. Inter ſacrum & ſaxum.

Ab extremo ad extremum] A cœlo uſque ad terram.

Extrema proſpicienda] Si ſapis, extrema proſpectes. Quicquid agis, prudenter agas, & reſpice finem.

Extrema in ſe tranſeunt, cohærent] Commoditas quævis ſua fert incommoda ſecum. Compendium diſpendium. Contrariorum eadem diſciplina. Comes voluptatis dolor. Comitatur ruina proterviam, humiliationem gloria. Commodum ſine aliquo incommodo eſſe nequit.

Extricare aliquid] Retriplicare plicam. Extricabor aliquâ. Facere expeditum aliquem ex impedito, *Plaut.* Evolvere complicata. Expedire aliquem nodum, *Cic.* Eluctari difficultates, *Tacit.* Expedire aliquem illigatum, *Hor.* Expedire impeditum, *Ter.* Vid. *Eluctari.*

Extrinſecus] Extra. Forinſecus. A foris, *Plin.*

Extrudere aliquem] Extrudere ædibus, ex ædibus, *Plaut.* Expellere & exturbare aliquem domo. Proturbare extra tecta aliquem, *Col.* Proturbare domo, *Apul.* Eliminare aliquem, *Varr.* Quatere, Excludere aliquem foras, *Ter.* Exigere ex civitate aliquem, *Cic.* Emovere plebem de medio, *Liv.* Explodere aliquem in Arpinos.

Extuſſire] Emoliri tuſſi aliquid, *Celſ.* Edere tuſſi aliquid, *Lucr.*

Exu-

Digitized by Google

Exuberare, vid. *Abundare.*

Exul] Extorris à ſolo patriæ, *Liv.* Submotus patriâ, *Ovid.* Excluſus, *Cic.*

Exulare] Vagus & exul error, & undique excluſus. Inſulari ſolitudine damnari, *Amm.* Proficiſci exilium, *Atti. apud Non.* Ire exilium, *Catul.*

Exulcerare, vid. *Irritare.*

Exundatio, vid. *Eluvies.*

Exundare] Stagnat Nilus, *Virg.* Undat. Redundat lacus, *Cic.* Inundat. Exſpatians lacus, *Plin.* Reſtagnat locus, *Col.* Refuſus pontus, *Virg.* Superfuſus Tiberis, *Liv.* Exſpatiatum flumen, *Ovid.* Exceſſit alveum Tiberis, *Plin. Iun.*

Exuere] Exuere habitus regales, *Stat.* Hominem ex homine exuere. Ponere tunicam, *Cic.* Exſuvias facere, *Plaut.*

F.

F*Aba*] Fabula, *Plaut.* Fabulus, *Cato.*

Fabale] Fabalia, *Scal.* Fabulum, *Lucil.* Fabaceus. Fabales alæ. Fabaginum acus, *Cat.* Fabalis ſtipula. Culmen fabæ, *Ovid.* Scapi fabarum. Caules fabarum, *Plin.*

Fabalis] Fabarius, fabaginus, fabatus, *Cat.* Fabale, *Cato. Scalig.*

Faber ærarius, vid. *Ærarius.*

Faber ferrarius] Ferrarius, *abſ. Firm.*

Fabrica] Officina ferraria.

Fabula] Fabella. Apologus, *Cic.* Næniæ aniles, *Iul. Cap.* Fabularis hiſtoria, *Suet.* Mythiſtoria, *Iul. Cap.*

Fac ita eſſe, vid. *Concedamus hoc.*

Facile aliquid] Creare faſtidium, *Plin.* Præſtare tutum iter, *Cic.* Faxo, *Ter.* Effectum habere, *Caſ.* Habeo rem factam, *Mart.*

Facere aliquem talem vel talem] Reddere amicitiorem, otioſum, *Cic.*

Faceſſe hinc, vid. *Abi.*

Fa-

Digitized by Google

Faceſſere alicui negotium] Exhibere alicui moleſtiam. Negotium facere, *Cic.* Exhibere alicui laborem, *Col.* Objicere alicui laborem. Conjicere aliquem in malum. Injicere alicui ſcrupulum, *Ter. Cic.* Objicere alicui ſolicitudinem, Parere ægritudinem. Conjicere aliquem in tricas, *Plaut.*

Facetè] Perfacetè dicta. Perſalsè & humaniter gratias egit. Feſtivè aliquid diſſolvere, *Cic.* Lepidè, *Plaut.* Feſtiviter, feſtiviſſimè, *Gell.* Jocosè ſatis eum riſi, *Cic.* Salsè; ſalſiſſimè dicere. Facetè & urbane irridere, *Id.*

Facetiæ] Urbanitas facetorum hominum. Lepos urbanitatis. Color urbanitatis. Facetia politiſſima. Feſtivitas ſermonis. Lepos ſermonis, facetiarum. Sal, & Sales facetiarum, *Cic.*

Facetus] Facetus & dulcis feſtivique ſermonis. Urbanus, ſalſus homo, Multa in homine jucunditas, & magnus in jocando lepos. Urbanitate limatus. Affluit omni lepore & venuſtate. Perfacetus. Tempeſtivus. Perlepidus, *Cic.* Fluit facetus. Graphicè facetus, *Plaut.* Merum ſal, *Lucr.* Facetiis conditus. Diſertus leporum & facetiarum, *Catul.* Jocoſus, *Hor.*

Facies] Vultus animi imago, *Cic.* Oris ſpecies, *Non.* Os placidum, *Ovid.* Forma virginea, virilis, *Ovid.* Filum, *Gell.* Scitum filum mulieris, *Plaut.*

Facilè] Perfacile. Expedite. Nullo labore, negotio, Perlevi momento, Procliviter eſt, quatenus amicitiæ venia dari poſſit. Digitorum percuſſione hæredem fieri, *Cic.* Momento parvo. Faciliter, *Vitr.* Sine negotio, *Plin.* De præfacili, *Plaut.*

Facile eſt] Hoc nihil eſt negotii. Nihil eſt negotii hoc facere. Ad manum eſt. In manu eſt. Præſto id eſt. Hoc in promptu mihi eſt, *Cic.* In expedito eſt. Expeditum eſt, *Plin.* In proclivi eſt. *Ter.* In facili eſt, *Ter.* Proclivi eſt, *Plaut.* In procinctu habeo, *Quint.* In numerato habeo, *Ulp.* Factu facile eſt, *Lucr.* Quam facile canis exſta edit, Tam in proclivi, quam imber. Tam facile, quam vulpes pyrum comeſt.

Facilè aliena pericula ſpectare] E terrâ ſpectare naufragium.

Facile

Digitized by Google

Facile intellectu] Puer quivis intelligat. In perfacili negotio verſatur, *Cic.*

Facilia impera] Factu proclivia jube.

Facilis] Perfacilis. Proclive dictu. Facilis & prompta res. Facilis & expeditus ad dicendum ; ad explicandum expeditiſſima. Nullâ re implicatus, *Cic.* Explicitus, *Cæſ.* Minimi negotii, *Suet.* Inpulvis victoria, *Vitr.* Præfacilis, *Plaut.*

Facilitas] Facultas patiendi, *Ter.*

Facinoroſus] Sceleſtus, Flagitioſus. Nefarius. Improbitate & vitiis notus. Omnium ſcelerum maculis notiſſimus. In ore vulgi, atque in communibus proverbiis ejus nequitia verſatur. Omnibus turpitudinis notis inſignis. Poſt homines natos longè improbiſſimus. Perditâ nequitiâ homo. Pilum viri boni non habet, *Cic.* Dedecore maculoſus, *Tac.*

Facinus] Nefarium facinus, facinoris crimen. Malefactum, *Cic.* Cœptum immane.

Facinora Magnanimi] Herculei labores.

Factio] Diſtractio animorum humanorum. Divortium, *Cic.* Seceſſio, *Id.* Studium in partes diductum, *Plin. Iun.*

Factioſus] Evocator ſervorum. Concitator & ſtimulator ſeditionis, *Cic.* Rerum novarum avidus concitator. Incentor & incenſor turbarum. Turbulentus ſeditionum concitator, *Amm.* Turbator, *Liv.* Novarum rerum molitor, *Sen.*

Factitius] Structilis, *Col.* Arte laboratus, *Virg.* Vid. *Medicatus.*

Factor] Auctor profectionis, *Cæſ.* Suaſor & author deditionis. Adminiſter. Tranſactor. Artifex, fabricator. Effector. Molitor. Confector negotiorum. Creator, *Cic.* Machinator belli; *Liv.* Tu es huic rei caput, *Ter.* Conditor, *Claud.* Patrator, *Tacit.*

Factori in opus ſuum poteſtas eſt] Figulis ollis anſas prò volu ptate ponit.

Facta Virum oſtendunt] Facere Virorum eſt, loqui mulierum.

lierum. Factis vult inſpectari Græcia, non verbis.

Factum infectum non fit] Ab inferis nullus reditus. Quod periit, periit.

In ipſo facto] Recenti re, tempore, negotio. Calent rumores. Dum res calet, *Cic.* Nihil eſt niſi dum calet, id agitur, *Plaut.*

Facultates] Poſſeſſio. Bona. Bona patria. Copiæ. Res. Vir magnâ cum re, ſed plenus fidei. Poſt quam rem habere cœpit, eſt mortuus. Opes, *Cic.* Subſtantia, *Quint.* Tenere ſuum, *Sen.* Familia (pro ædibus & bonis) *Suet.* Pecunia, *Plaut.*

Facundè] Facundiſſime, *Gell. Sen.* Diſerte, *Cic.* Eloquentiſſime, *Plin. Iun.*

Facundus] Perfacundus, *Iuſtin.* Facundioſus, *Gell.* Facundiâ validus, *Plin. Iun.* A facundia multum poteſt, *Ter.* Neſtoria Eloquentia. Mercurio facundior. Demoſthene, Neſtore facundior, *Er.*

Faces] Fæx, *Apul.* Craſſamen in fundo liquidorum ſubſidens, *Col.*

Faculentus] Fæciniæ uvæ; multum fæcis afferentes, *Col.* Fæcinum vinum, *Id.* Fæcatum vinum, *Cat.* Nimius fæce, *Plin.* Tryginum atramentum, *Id.*

Fallacia] Techna, *Ter.* Perfidia. Fucus, *Cic.* Impoſtura, *Vlp.* Fraudulentia. Præſtigiæ, Captio, *Er.* Vid. *Deceptio.*

Fallacia eluſa] Rete hoc nihil attraxit.

Fallax] Falſus. Mendoſus. Adumbrata Comitia. Fucoſus, fucatus, *Cic.* Falſiloquus, falſidicus, *Plaut.* Laborat à veritate, *Liv.* Adulterinus nidus, *Plin.* Nulla fide, *Plaut.* Coloratum crimen, *Amm.*

Fallaci nunquam credendum] Cavendum ab eo, qui ſemel impoſuit.

Fallentem fallere licet] Cretiza cum Cretenſi.

Fallere aliquem] Fucum facere alicui. Fallaciam intendere. Vid. *Decipere.*

Fallendi cauſæ variæ] Fallacia alia aliam trudit.

Fallere volentem nemo evitare poteſt] Sycophantarum morſus inevitabilis.

Falle-

Digitized by Google

Fallere alicujus deſideria] Corvum deluſit hiantem.

Fallere velle] Advocare artes. Omnes adhibere machinas ad tenendum aliquem. Commoliri dolum, *Cic.* Aſtutiam inſtituere. Dolare dolum. Procudere, conſuere dolos. Fabrefacere fallaciam, facere technas adverſum aliquem, Fallaciam in aliquem intendere, *Plaut.* Suere aliquid alicujus capiti, *Ter.* Intendere dolum, *Curt.* Manticulari, *Pacuv.* Adire manum alicui, Vid. *Decipere.*

Falli] Errare. Decepit exſpectationem meam, Non reſpondit votis, *Cic.* Vid. *Errare.*

Ni fallor] *Cic.* Niſi longè fallor opinione. Niſi me mea fallit opinio. Niſi meam opinionem res fallit. Niſi me fallo. Niſi me omnia fallunt. Niſi quid me fallit, *Cic.* Niſi me animus fallit, *Ter.* Niſi fallor. Si quid veri mens augurat, *Virg.*

Falli & labi humanum eſt] Quandoque bonus dormitat Homerus. Humanum eſt errare; ſed diabolicum in errore perſeverare. Vid. *Decipi.*

Falſare] Adulterare jus, *Cic.* Supponere falſa teſtamenta. Corrumpere literas, chirographa, *Vlp.* Vitiare, fucare, interlinere, *Cic.* Nummos cudere plumbeos, *Plaut.*

Falſarius] Adulterator monetæ, *IC.* Interverſor. Conturbator rationum, *Turneb.* Teſtamentarius, *Cic.* Adulterator teſtamenti, *Bud.* Reus falſi *in C.*

Falsè] Falſo. Mendoſe, fallaciter, *Cic.* Fabuloſe, *Plin.* Procul vero, *Col.* Perperam inſimulari, *Plaut.* Non ex fide.

Falſitas] Falſum, fidem non habet. A rei veritate diſtat. *Vanitati* veritas cedat, fallaciloquentia. Abſonum fidei, *Cic.* Procul vero, *Col.* Procul à vero, *Ovid.* Remotum longè à vera ratione. Reclamat ratio vera, *Lucr.* Majora, vel minora vero, *Tac.* Abhorret vero, *Liv.* Non cohærent, *Ter.* Falſimonium, *Plaut.* Cavillatio, *Quint.*

Falx] Falx meſſoria, *Vlp.* Denticulata, *Col.* Stramentaria, *Cat.* Falcula, *Id.* Vid. *Secula.*

Fama, i.e. claritas nominis] Famella, *Feſt.* Gloria. Gloriola, Nomen, *Cic.* Titulus, *Ovid.* Adorea, *Claud.* Claritudo,

tudo, *Siſen.* Euclea (*herba, concilians bonam famam eâ perun-ctis,*) *Plin.*

Fama, id eſt, vulgi ſermo, vid. *Rumor.*

Fama incerta, vid. *Rumor incertus.*

Fama de remotis major] Minuit præſentia famam. Advena fama venit ſemper majoribus alis.

Fama communis non ſemper falſa] Rumor publicus non omnino fruſtra. Vox populi, vox Dei.

Famæ bonæ ſtudendum] Famæ bonæ patrocinium deſerere, diſſoluti eſt, *Polit.*

Famâ adverſâ] Infamiſſimè, *Iul. Cap.* Parum ſecundâ famâ, Aſiam adminiſtrans, *Suet.*

Famam benè meriti diffamare] De poſſeſſione aliquem dejicere.

Famæ alicujus derogare aliquid] Detrahere de famâ, de laudibus alicujus. Obterere laudem alicujus, res geſtas. Imminuere laudem alicujus. *Cic.* Obtrectare laudes, & laudibus alicujus, *Liv.* Elevare famam, *Tac.* Atterere famam alicujus, *Saluſt.* Demere aliquid laudi, *Ovid.* Forcillare, furcillare, vel furcilare fidem alicujus, *Plaut.* Vid. *Diffamare.*

Fame comprimere aliquem] Inferre famem civibus, *Cic.* Compeſcere fame, *Sen.* Perduci ad exitiabilem famem, *Paterc.* Abſtinere aliquem, *Sen. Celſ.*

Fame perire] Inediâ conſumi. Fame confici, enecari, *Cic.* Eſurigo findit coſtas, *Varr.*

Fame confectus] Fame enectus, *Cic.* Corpus aridum eſuritione, *Catull.*

Famelicus] Fame laborat, *Col.* Eſuritor, *Hor.* Miſerabile vulgus in pecudum cecidit cibos. Plurima humanis incognita menſis diripit, *Lucan.* Neque *jejunioſiorem* neque magis effartum fame vidi, *Plaut.*

Famelico omnia ſapiunt] Fames præter ſeipſam edulcat omnia. Fames ſuaviſſimum cibi condimentum. Eſurienti omnis panis dulcis. Jejunus ſtomachus rarò vulgaria temnit, *Hor.*

Fames] Eſuriales feriæ, *Plaut.* Rabies, *Poët.* Eſurigo findens coſtas, *Varr.*

Digitized by Google

Fames magiſtra] Fames maleſuada. Venter ingenioſa corporis pars, *Varr.*

Fames magna] Saguntina fames.

Fames non ſedatur verbis] Venter caret auribus. Famem non ſedat ſplendida cœna, ſed ſolida, Moleſtus interpellator venter.

Famem ſedare] Fami dentes excutere.

Familia] Famulitium, *Varr.* Famularis turba, *Suet.* Servitia, *Cic.*

Familia (2)] Domus nobilis. Genus, *Cic.* Proſapia vetus, *Saluſt.*

Familiaris alicujus] De ejus ſinu, delectu, *Cic.* Fidelis, *Lamp.* Homines à latere, *Curt.* Peculiaris alicujus, *Suet.* Continuus alicujus, *Tac.* Alter ille. Ut larem familiarem colere aliquem. Ex intimis ejus eſt. In intimis ejus eſt. Intercedit mihi cum illo amicitia. Vid. *Dilectus. Socius.*

Familiaritas, vid. *Societas.*

Familiariter] Amicè. Amiciſſimè & conjunctiſſimè vivere cum aliquo. Intra parietes diſceptare & experiri, *Cic.*

Familiariter uti aliquo] Familiaris, familiariſſimus ſum alicui. Valdè familiariter, familiariſſimè cum aliquo vivere. Multùm uti aliquo, familiariſſimè. Verſari in familiaritate alicujus. Magno uſu familiaritatis cum eo conjunctus ſum. Familiaritate eſt mihi, vel, ego ſum illi, conjunctus. Nihil eſt familiaritate noſtrâ conjunctius. Eſt mihi cum illo uſus, conſuetudo, ſocietas. Feci, inivi cum eo omnium rerum ſocietatem. Multa & jucundâ conſuetudine inter nos conjuncti ſumus. Inter ſe conjunctiſſimi ſunt. Multum eſt mecum Epicrates. Implicare ſe ſocietate aliquorum. Implicare ſe aliquibus. Implicor familiaritatibus, *Cic.* Omnia mihi ſunt cum illo, *Id.* Neminem cum quo plura ſint mihi, *Plaut.*

Famoſus libellus] Famoſum carmen. Famoſum epigramma ſcriptum. Infame carmen, *Ovid.* Criminoſus liber, *Suet.* Impleantur meæ fores *elogiorum carbonibus*, *Plaut.* Feſcennini verſus, *Macrob.*

Famulari] In famulatu eſſe. Deſervire alicui. Ancillari alicui.

Digitized by Google

alicui, *Cic.* Servire, *Ter.* Servire apud aliquem. Dare operam Domino, *Plaut.* Locare operam ſuam alicui, *Gell.*

Famulus] Stator. Adminiſter. Victûs quotidiani puer. Familiaris. Pediſſequus, Aſſecla. Aſſectator alicujus. Miniſtrator. Miniſter, *Cic.* Præminiſter, *Macrob.*

Famulitium] Famulatus, Comitatus, *Cic.* Famuletium, *Feſt.* Miniſterium, *Plin. Iun.* Nobile ſervitium, *Stat.* Miniſteria, *Paul. IC.* Ambacti, *Cæſ.*

Fanum] Idolium, *Tertull.* Delubrum, *Cic.* Lararium, *Lamp.*

Farcire] Infarcire, *Plin.* Infercire, *Bud. Lambin.* Infulcire, *Suet.* Offercire, *Sipont.* Obeſare, vel obeſcare pane triticeo avem, *Colum.*

Fari, vid. *Loqui.*

Farina] Far, *Col.* Far ſalſum, *Ovid.* Mola ſalſa. *Plaut.* Far molitum, *DouZ.*

Farina aqua ſubacta] Farina ſubacta, *Cat.* Conſperſa, *Id.* Piſtrinarum opera, *Plin.*

Farinaceus] Farinulentus, *Apul.* Farreus, *Turneb.* Farraceus, *Id.* Farrarius, *Cato.*

Fartilis, vid. *Altilis.*

Fartum] Fartile, *Subſt. Plin.* Fartura, *Col.*

Fartus] Farctus ventriculus, *Plin.* Confertus cibo. Refertus, *Cic.* Offertus. Offertiſſimus aliquâ re. Collativus venter, *Plaut.* Stipatus, *Ovid.* Effertiſſimus, *Lambi.*

Fas eſt] Æquum eſt. Æquum & bonum. Æquitas cauſæ. Jus poſtulas. Optimum atque æquiſſimum oras. Verum eſt, *Cic.* Æquum bonum, *Ter.* Fas & jura ſinunt, *Virg.* Rationabile eſt, *Pompon.* Par eſt, *Lucr.*

Faſciæ] Incunabula, *Plaut.* Sunt *involucra* lanea vel linea, *Taubm.*

Faſciculus] Scopa manualis herbæ, *Plin.* Faſces viminei, *Plaut.* Mataxa, *Vitr.*

Faſti] Libri computationem dierum continentes, *Serv.* Faſtus, ûs, *Scal. Lucan.*

Faſtidire] Offenſionem atque faſtidium ad aliquem habere. Non poſſe ferre faſtidium alicujus. Nauſeare aliquid, *Cic.* Damnare faſtidio aliquid, Bilem movere præ faſtidio,

Digitized by Google

ſtidio, *Plaut.* Abhorret alicui animus à vel, ab. Tædet me eadem audire millies, *Ter.* Vid. *Abhorrere.*

Faſtidienti nihil ad palatum] Febricitanti omnia amara.

Faſtidium] Nauſea, *Col.* Nauſeola, *Cic.* Fœditas ſpectaculi, *Liv.* Horror, *Apul.*

Faſtidium movere alicui] Faſtidium, tædium, alicujus rei facere, *Liv.* Faſtidium alicui afferre, *Cic.* Adducere aliquid in faſtidium. Faſtidium alicui creare, gignere, *Plin.* Faſtidium ſtomacho movere, *Hor.*

Faſtigium] Summum alicujus rei, *Plaut.* Vertex, *Lucr.* Culmen, *Virg.* Cacumen, *Plin.* Apex, *Ovid.* Caput arboris, *Sen.* Vid. *Cacumen.*

Faſtuoſus, vid. *Superbus.*

Faſtus] Tumor animi & ſublatio. Supercilium Campanum, *Cic.* Campana ſuperbia. Vid. *Superbia.*

Faſtum alicui demere] De pulmone revellere, *Perſ.* (Animi enim tumorem in pulmone locant.)

Fatalis] Inevitabilis, *Plin. Jun.* Indeclinabilis, *Sen. Gell.* Indeclinatus, *Ovid.* Ineluctabilis, *Virg.*

Fateri] Confiteri de maleficio. Fateor etiam atque etiam profiteor, & præ me fero. Hoc non ſolum confiteor, ſed etiam profiteor. Cognoſcere manum ſuam, *Cic.* Haud cunctanter de ſe ipſo faſſus, *Liv.* Agnoſcere debitum, *Paul. JC.* Ignoſci orat. Confitetur, *Ter.*

Fatigare] Defatigare judices, *Cic.* Laſſare aliquem, *Mart.* Delaſſare, *Hor.* Concitatè agere pecus, eò uſque dum anhelat, *Col.* Nervos eligat omnes, *Lucil.*

Fatigari] Defatigari laboribus, *Cic.* Laſſeſcere in labore, *Plin.* Laſſari in arena. Laſſari artus, *Ovid.* Fatigari æſtu, *Cæſ.* Nos defeſſi quærere, vos reperire, i. e. quærendo, *Plaut.* Fatiſcere ſudore, *Stat.* Succumbere. Frangere nervos mentis & corporis, *Cic.* Neque defetiſcar, *Ter.*

Fatigatio] Laſſitudo. Defatigatio corporis, *Cic.*

Fatigatus] Defatigatus animus. Defeſſus labore, negotiis. Feſſus de viâ, *Cic.* Defeſſus quærendo. Laſſus opere faciundo. Laſſus de viâ, *Plaut.* Feſſus curſu, Effluxere vires

 laſſi-

laſſitudine; *Liv.* Laſſatus aliquâ re, *Iuv.* Laſſulus, *Catul.* Exantlatus, *Cic.*

Fatis non reſiſtendum] Queri mollitia eſt, reluctari inſania, fatis, *Lipſ.*

Fatiſcere, vid. *Dehiſcere, fatigari.*

Fatum] Inevitabile fatum. Æternale, *Sen.*

Fatuus]. Perfatuus, *Mart.* A bona mente abeſt. Naviget Anticyras, *Hor.* Morus, *Plaut.* Si quando fatuo delectari volo, non longè mihi quærendus eſt, me video, *Sen.* Ep. 36, Excors, Vecors, *Cic.* Cor illi abeſt, *Mart.* Bliteus. Betaceus, *Er*

Favens] Studioſus, ſtudioſiſſimus mei. Deditus fuit gratiæ & voluntati eorum. Fautor, *Cic.* Fautrix, *Ter.* Auſpicabilis, *Id.* Devotus. Devotiſſimus Reipub. *Sen.*

Favere alicui] Cupere alicui, *Cæſ.* Alicujus causâ vehementer cupere. Tuâ causâ omnia magnopere volo. Libentiſſimè alicui tribuere. Deditus ſum alicui. Studere alicui, *Cic.* Afflare alicui auram, *Id.* Subſcribere votis alicujus, *Ovid.* Annuere cœptis alicujus, *Virg.* Premere pollicem, *Hor.* Ex animo benè velle alicui, *Ter.* Gremio complecti, fovere aliquem.

Favet mihi] Gratioſus ſum apud illum. Teneo illius gratiam. Æquo, benigno illo utor. Facilem habeo. Propendet in me inclinatione voluntatis. Perſequitur me benevolentiâ. Animatus erga me, *Cic.* Valeo apud illum gratiâ, *Plin. Iun.* Indulgentiſſimè in me confert omnia, *Sen.*

Favilla] Vivus cinis.

Faunus] Satyrus, *Cic.* Semifer, *Virg.* Semihomo, *Col.*

Favonius] Zephyrus, *Sen.*

Favor] Affectus amoris. Favonius gratiæ. Secunda voluntas, *Cic.* Vid. *Benevolentia.*

Favor fortunam ſequitur] Quò ſe fortuna, eò & favor hominum inclinat. Omnes inclinamus in felicem parietem.

Fauſtè, vid. *Feliciter.*

Fauſtus, vid. *Felix.*

Fax] Tæda candens, *Cic.* Facula, *Proper.* Lampas, *Perſ.*

Facem præferens] Daduchus, *Mart.*

Faxo]

Digitized by Google

Faxo] Faxit, *Plaut.* Faxis, *Ter.* Faxitis, *Liv.* Faxint, *Ter.* Faciam cavebunt, *Plaut.*

Febricitare] Febrire, *Celſ.* Jactari febri. Habere febrim, *Cic.* Calere febre, *Iuv.* Eſt febris, *Id.* Febris illum habet, *Sen.* Aduri, decoqui ardore febris, *Firm.* Ardore febrili æſtuat, *Apul.* Depaſcitur artûs febris, *Virg.* Peruri febri, *Plin. Iun.*

Febris ardens] Cauſodes *ſcil. febris*, *Celſ.* Flagrans febris, *Firm.* Acuta febris, vehemens. Intentio febris, *Celſ.* Ardor febrilis, *Apul.* Ardor febrium incredibilis, *Plin.* Incendium abſque Vulcano.

Febris continua] Febris continuata, continens. Continuant febres. Continuatur febris, *Celſ.*

Febris intermittens] Intervallata febris biduo, triduo, *Amm.*

Febris tertiana] Tertiana *abſ. Plin.* Semitertiana febris, *Celſ.* Hemitritæus, *qui hanc patitur*, *Mart.*

Febris quartana] Quartana, *Cic.* Febris quadrini circuitûs, *Plin.* Febris quartis diebus recurrens, *Gell.*

Febris oritur] Corripior febri, *Plin.* Tentor febri, *Cic.* Concipit ſeſe febris, *Celſ.* Cooritur febris, *Lucr.* Init me febris, *Plaut.*

Febris remittit] Inclinat ſe febris, decreſcit levatur, minuitur, remittit ſe, remittitur ex toto, levior fit, finitur, quieſcit, conquieſcit, evaneſcit, creſcere deſiit, *Celſ.* Decedit febris. Quartana à te diſceſſit, *Cic.*

Fecialis, vid. *Caduceator.*

Felicitas, vid. *Fortuna.*

Felicitas ſecuros facit] Res ſecundæ ſecuritatem pariunt.

Felix] Fortuna illi felicitatem dedit. Felicitate ſemper utitur. Summa ejus eſt felicitas. Fortunatus homo. Nihil eſt illo fortunatius, *Cic.* Vid. *Fortunatus.*

Felix, i. felicitatem ferens] Boni, optimi ominis. Secundus ventus. Fauſtus dies, *Cic.* Benè ominatus. Candidus favonius, *Hor.* Auſpicatus, *Plin.* Nec auſpicatior in Lesbo arbor. Auſpicatiſſimum exordium, *Quint.*

Felix temeritas, vid. *Temeritas.*

Digitized by Google

Felix inſolens] Sequitur ſtultitia opes. Ferociam ſatietas parit.

Feliciter] Jovis taxilli ſemper feliciter cadunt. Vid. *Fortunatè.*

Feliciter cedant omnia] Quod agis benè fortunent ſuperi. Quod agis benè vertat. Feliciter cadat, quod inſtituiſti. Dii cœpta ſecundent. Benè vertat. Sit felix, fauſtum, bonumque Reipub. Feliciter cedat nobis omnibus. Hanc affinitatem, precor, ut Deus nobis omnibus lætam eſſe velit. Feliciter exeat, quod cœpiſti. Proſperè ſuccedat, quod agis. Ex animi ſententia procedat, quod aggreſſus es. Deum optimum maximum precor, ut iſtud conſilium, quàm eſt honeſtum, tam ſit etiam auſpicatum. Precor ut bonis avibus Italiam adeas, melioribus redeas. Precor ut hic annus tibi lætis auſpiciis ineat, lætioribus procedat, lætiſſimis exeat. Bonis auſpiciis anchoram ſolvas. Faxint ſuperi, ut alba tibi contingant omnia, *Er.*

Fenerari, vid. *Fœnerari.*

Feneſtra] Anguſtiæ feneſtrarum. Luminaria, *Cic.* Lumen, *Id.* Lumina ſex, ſcamna tria, *Vitr.* Tranſenna, *Saluſt.* Specular, *Mart.* Foricula, *Varr.*

Ferax, vid. *Fertilis.*

Ferculum] Eſculentum. Menſa pinguis. Mittere alicui de menſâ. Caput cœnæ, *Cic.* Edulium, *Vlp.* Obſonium vel Opſonium, *Plaut. Sipont.* Manducium, *Var.* Dapis, Pulmentum, *Hor.*

Ferè] Propè, *Liv.* Propiùs, penè, ferme. Parùm abfuit quin. Nihil *admodum* ſciebat literarum. Prorſus, *Cic.* Propemodum. Septem prorſum menſibus. Uſque me occidit. Perreptavi *uſquè* omne oppidum, *Ter.* Plerique omnes, *Id.* Vix teneor quin, *Plaut.* Benè pleno lumine luna, *Lucr.* Facilè princeps, *Cic.* Annis ſex *minus paucis* diebus, *Vopiſc.*

Feretrum] Sandapila, *Mart.* Capulum, *Plaut.* Ferculum, *Suet.*

Feria] Dies otioſus, feriatus, *Cic.* Vid. *Feſtum.*

Ferinus] Animalis ſonus, *Cic.* Belualis educatio, *Macrob.* Beluinus furor, *Sipont.*

Digitized by Google

Ferire] Percutere lapidem, *Cic.* Impingere alicui pugnum, *Plaut.* Replaudere frontem, *Apul.* Plangere pectora palmis, *Ovid.* Intorquere haſtam tergo, *Virg.* Icere, *Plaut.*

Fermentare] Fermentum modicum totam *deſipit* conſperſionem. *Tertull.*

Fermenteſcere] Fermento intumeſcere, *Plin.*

Fermentum] Farriculum, *Pallad.*

Ferocia] Temeritas furioſa. Feritas, *Cic.* Cornua, *Hor.* Leonina ferocia, *Er.*

Ferociter] Centauricè. Cyclopicè, *Er.* Vid. *Protervè.*

Ferox] Animo ferocior, *Plaut.* Præferocis animi, *Liv.* Eone es ferox, quia habes imperium in belluas? *Cic.* Fœnum in cornu habet.

Ferre] Portare, *Cic.* Vid. *Bajulare.*

Ferreus] Genus ferratile, *Plaut.* Ferruginus, *Lucr.* Ferratus, *Plin.*

Ferrum] Mars terræ indomitus. Omnium propè inſtrumentorum materia.

Fertilis] Fœcundus, ferax, opimus, *Cic.* Præfœcundus, *Plin.* Felix hortus, *Mart.* Fructuoſus. Benè natus ager, *Var.* Frugiferum ſolum, *Plin.* Uberrima regna, *Virg.* Prodiga tellus. Genitale arvum, *Ovid.* Fœcunditate præſtat, *Col.* Fœtificus, fœtifer, *Plin.* Generabilis rerum naturæ ſpiritus. Nube fœcundior, Scrophâ fœcundior albâ, *Er.*

Fertilitas] Ubertas agrorum, fœcunditas, bonitas, *Cic.* Felicitas terræ, *Plin.* Uber glebæ, *Virg.* Semen terræ, *Varr.* Indoles, *Liv.*

Fertiliter] Fœcundè, fœcundiùs, *Plin.*

Fervens] Fervidus, *Hor.* Æſtuans, *Plin.* Præfervidus, *Col.* Vid. *Æſtuans.*

Fervere] Collyræ fac madeant, *Plaut.* Undat aqua calefacta, *Pallad.* Ferveſcunt aquæ, *Lucr.*

Ferunt, vid. *Ajunt.*

Ferus] Nuper *à ſilva* Elephas, *Flor.*

Feſſus, vid. *Fatigatus.*

Feſtinantèr] Properè, *Plaut.* Properatò, *Tac.* Properanter,

Digitized by Google

ter, *Acc.* Feſtinatò, *Id.* Feſtinè. Omni feſtinatione. Progreſſu firmo venire. Properato opus eſt. Velis equiſque. Remiſque veliſque. Plenis velis. Equis & quadrigis, *Cic.* Magnis itineribus, *Caſ.* Navibus atque quadrigis, *Hor.* Maturatè, *Liv.* Maturato opus eſt, *Id.*

Feſtinanter feſtina, ubi opus eſt] Propera properè. Etiam celeritas in deſiderio mora eſt, *Publ.*

Feſtina tentè] Celeritate & morâ. Ita fugias, ne præter caſam. Feſtinans initio ſerius abſolvit. In arduis cunctanter agendum. Canis feſtinans cœcos parit catulos. Nimium properans ſeriùs abſolvit. Nihil cautè ſimul & celeriter agi poteſt. Multa dicere & opportuna non eſt ejuſdem.

Feſtinare] Incitare celeritatem. Accelerare. Properare. Approperare. Maturare. Omni feſtinatione properare, *Cic.* Citare, *Col.* Removere moram, *Plaut.* Admaturare, *Caſ.* Addere celeritati, *Celſ.* Præcipitare curſum, *Iuv.* Præfeſtinare, *Liv.* Maturatè properare, *Plaut*, Sumere, intendere mobilitatem, *Lucr.* Addere gradum. Contento grădu aliquem petere. Pegaſum conſcendere. Pegaſeo volatu ferri.

Feſtinatio] Properatio, *Cic.* Maturatio. Acceleratio, *ad Her.* Properantia, & properatus rei ruſticæ, *Gell.*

Feſtinus] Plenus feſtinationis. Properans, *Cic.* Properus. Maturatum malum, *Plaut.* Feſtinata maturitas, *Quint.* Præfeſtinatus ictus, *Ovid.* Properatus greſſus, *Sil.* Properatus ſtylus, *Quint.*

Feſtivè, feſtivitas, vid. *Facetè, facetiæ.*

Feſtivus, vid. *Facetus.*

Feſtum] Feſtus dies. Feriæ, *Cic.* Feriæ feſtæ, *Feſt.* Memoriæ. Hilaria, *Vopiſc.* Feriæ conceptivæ, *Macrob.* Solennia, *Tacit.* Feriaticus, dies, *Vlp.* Feriatus dies, *Plin.*

Feſta anniverſaria] Feriæ ſtativæ, *Macrob.* Statæ feriæ, *Feſt.*

Fiber] Caſtor, *Plin.* Canis ponticus, *Serv. Cerd.*

Fibra] Vena. Nervus, *Plin.* Striæ, *Vitruv.* Striges, cavitates, *Plin.*

Fibulare] Colligare fibulis. Fibulâ conjungere, *Vitr.* Infibulare, *Celſ.* Anſis ferreis vincire, *Vitr.* Conſtringere catenis, *Cic.*

Fictè,

Digitized by Google

Fictè, vid. *Simulatè.*

Fictilis, vid. *Argillaceus.*

Fictio, vid. *Ironia.*

Fictor] Plaſtes, *Plin.* Plaſticus, *Firm.* Plaſmator, *apud Theol.*

Fictus] Fictitius, ſeu factitius, *Sipont.* Simulata triſtitia, *Cic.* Commentitius. Infucata vitia, *Id.* Fabuloſus, *Hor.* Vid. *Simulatus.*

Ficus] Fici arbor, *Cic.* Ficulnea arbor, *Col.* Ficaria, *Pallad.*

Fide jubere, vid. *Spondere.*

Fidelis] Fidelis alicui. Qui animo fideli in aliquem eſt. Fidiſſima uxor. Fidiſſimi ſocii. Incorruptus & integer teſtis, Religioſus, Religioſiſſimus, *Cic.* Incorruptiſſimus cuſtos, *Hor.* Bonæ fidei homo, *Suet.* Juratiſſimus, *Plin. Iun.* Conſpicuus fide, *Ovid.* Dignus quicum in tenebris mices.

Fidelitas] Fides. Dictorum, factorumque conſtantia. Religio, *Cic.* Attica fides, *Paterc.*

Fideliter] Ex fide ſcribere, *Plin.* Sanctiſſimè obſervare, quæ promiſeris, *Cic.* Religiosè, *Col.* Bonâ fide, *Cato.*

Fides, is, vid. *Chorda.*

Fides, ium] Lyra, *Hor.* Lyrion, *Cæl. Rhod.*

Fidibus canere] Scire fidibus, *Ter.* Canere tibiis. Inflat tibicen, *Cic.* Ludere. Pſallere. Incinit tibicen, *Gell.* Pulſare chelyn. Concinere lyrâ, *Ovid.* Concinere aliquid plectro, *Hor.* Inflare, calamos. Ludere calamo agreſti, *Virg.* Organo modulari, *Lamp.* Citharizare, *Æmil.* Affis tibiis canere, *Scal.*

Fides ei, vid. *Fidelitas.*

Fides dubia] Fidei lubricum, *Macrob.* Fides Græca, Punica.

Fidem amittere] Percoquere fidem. Sum incredibilis. Nullâ fide eſt, *Plaut.* Abiit fides, *Liv.* Caret res fide, *Plin.* Carent verba fide, *Ovid.* Concidit fides. Defecit aliquem fides. Fidem non habet res, *Cic.* Fides apud te nulla mihi. Parum mihi habet fidem, *Ter.*

Fidem amiſiſſe, magna jactura] Fides ut anima eſt, unde abiit, non revertitur.

Fidem

Digitized by Google

Fidem ſpes ſequitur] Quod quiſque ſperat, facilè credit.

Fidem negare, vid. *Credere non.*

Fides ſit penes auctores, vid. *Credat, qui vult.*

Fide tibi, non aliis] Oculis magis habenda fides, quàm auribus. Plus eſt oculatus teſtis unus, quàm auriti decem.

Fide digniſſimus] Authenticus, *Vlp.* Omni exceptione major. Incorruptus & integer teſtis. Locuples teſtis. Sanctiſſimum teſtimonium, *Cic.* Conſtat ei fides, *Arnob.*

Fidendum cautè] Fide, ſed cui, vide. Fiduciâ pecunias amiſi. Modius ſalis abſumendus priùs, quàm credas. (*id eſt, non facilè credendum.*)

Fide, vid. *Credere.*

Fidicen] Pſaltes, *Hieron.* Pſaltria, *Cic.* Fidicina, *Ter.*

Fiducia] Fidentia. Confiſio, *Cic.* Confidentia, *Plaut.*

Fieri poteſt] Poteſt, *abſ. Plaut.* Fieri poteſt, *Arnob.* Si fortè ita fert natura locorum, *Lucr.* Si impetrari poteſt. Fortaſſe, *Plaut.* Licebit bibas, *Cat.*

Figere] Configere tabulas inter ſe. Deſuere cupam, *Cato.* Vid. *Configere.*

Figlinum opus] Fictile, teſtaceum opus, *Plin.* Figularis rota, *Plaut.*

Figmentum, vid. *Commentum.*

Figura] Forma. Species. Effigies, *Cic.* Corporatura, *Col.* Factura corporis, *Gell.* Schema, *Plaut.* Facies, *Tac.* Simulacrum, *Quint.* Typus faciei, *Plin.*

Figurare] Formare in muliebrem habitum & figuram, *Cic.* Conformare in ſpeciem, *Col.* Configurare, *Macrob.* Informare effigiem. Modificari membra, *Sili.* Deformare, *Varr.*

Figuratio] Informatio. Conformatio, *Cic.* Modificatio, *Sen.* Formatura, formamentum, *Lucr.* Deformatio, *Firm.* Fictura, *Gell.*

Filia] Nata, *Virg.* Hera minor, *Plaut.*

Filius] Natus. Gnatus, *Cic.* Herus minor, *Plaut.*

Filii] Columna domus *liberi maſculi, Eurip.*

Fimbria, vid. *Lacinia.*

Fimetum] Sterquilinium, *Col.*

Fimus]

Fimus] Bolbitum. Saturitas, *Plin.* Fimum bubulum, caballinum, *Id.* Editus boum, *Vlp.* Vid. *Excrementum.*

Findere] Diffindere vitem, *Cat.* Profindere, *Stat.* Diſcuneare, *Plin.* Scindere quercum cuneis, *Virg.* Cuneare. Secare arborem in pulpam. Aſſulosè frangere, *Plin.*

Fingere] Confingere rumorem, comminiſci, *Apul.* Commentari. Confabulari fabulam. Contechnari aliquid, *Plaut.* Texere cauſam leti, *Propert.* Contexere crimen, *Cicer.* Mentiri cauſam, *Ovid.*

Fingis] Ex te ipſo hæc cudis. Campas dicis, abi, abi, *Scal.*

Finire negotium] Concludere multa uno die. Ad exitum pervenire. Expedire exitum orationis. Curriculum conficere. Facere finem. Extrema lineamenta addere, *Cic.* Perficere. Confectum relinquere, *Curt.* Clauſulam, ſummam manum, imponere, *Sen.* Finem imponere, *Plin.* Exigere opus, *Hor.* Coronidem addere. Manum de tabulâ. Vid. *Abſolvere.*

Finis] Terminus. Terminatio, *Cic.* Termen. Extremum. Extremitas. Exitus. Calx. Faſtigium, *Varr.* Coronis. Umbilicus libri, paginæ, *Mart. Eraſ.* Colophon, *Feſt.* Meta, *Ovid.* Eventus, *Plin.* Poſtremitas, *Macrob.* Extrema linea. Extremus actus fabulæ. Clauſula fabulæ.

Finis laborum delectat] Jucundi acti labores.

Finis rem oſtendit] Finis coronat opus. In fine cognoſcitur, cujus toni. Epulum à bellariis commendatur. Diem veſper commendat. Conſilia ab eventu probari ſolent.

Sub finem anni, veris, &c.] Exeunte anno. Extremâ hieme, *Cic.* Exitu ſuperioris anni, *Liv.* Sub exitu vitæ, *Suet.* Extremo anni, *Tac.* Seneſcente hieme. Affectâ æſtate. Inclinata die, *Cic.* Præcipiti autumno, *Amm.* Ver inclinatum in æſtatem, *Sen.* Ruit ver, *Virg.*

Ad finem venire] Ad calcem pervenire. Ad ultimum fidem præſtare, *Liv.* Extrema me vocant. Ad metas venit finita voluptas, *Sil.* Nunc ad metam feſtinat oratio.

Ad finem properare] Contrahere vela. Manum de tabula.

In fine quies] Ad finem ubi perveneris, ne velis reverti.

In

In fine deficere] Ab ipſa meſſe diſcedere. In ſummo clivo deficere. In portu impingere. Devorato bove in cauda deficere.

Finem non aſſequi] Operam ludere. Operam & oleum perdere. Excidere fine, *Quint.*

Finitimus] Confinis, *Plin.* In confinio poſitus, *Vlp.* Conterminus, *Col.* Collimitatus, *Salin.* Affines potentioribus, *Saluſt.*

Finitor] Perfector. Confector, *Cic.*

Firmamentum] Firmamen trunci, *Ovid.* Stabilimen regni, *Cic.* Stabilimentum, *Plaut.* Duramentum virtutis neceſſitas, *Sen.* Solidamentum, *Lactant.* Statuminatio, *Vitruv.*

Firmare] Clavo trabali figere. Corroborare, *Cic.* Stabilire, *Plaut.* Roborare. Rigorare. Statuminare, *Plin.* Conſolidare, *Vlp.* Affirmare armis virtutem alicujus, *Tac.* Confirmare. Conſtabilire rem, *Ter.* Indurare, *Sen.* Fundare, *Virg.*

Firmè] Valenter. Firmiter, *Col.* Prævalidè, *Plin.* Nervosè. Clavo trabali figere, *Cic.* Omni pede ſtare, *Quint.*

Firmitas] Firmitudo animi. Soliditas. Stabilitas. Nervus, *Cic.*

Firmus] Fixus. Stabilis. Defixus altiſſimis radicibus. Nunquam dimoveri loco poteſt. Labefactari non poteſt, *Cic.* Infrangibilis rigor animi, *Sen.* Infrangibilis animus, *Ovid.* Potens argumentum, *Quint.* Vid. *Immobilis. Robuſtus.*

Fiſſura] Fiſſus, ûs. Vitium ædis, parietis, *Cic.* Fiſſum, *Celſ.* Sciſſura. Rima, *Plin.* Segmen & rima parietis, *Vitruv.* Spiramentum, *Virg.*

Fiſſus, vid. *Rimoſus.*

Fiſtucare] Fiſtucis pavire, *Plin.* Fiſtucationibus ſolidare, *Vitr.* Fiſtucis fuſtibuſque calcare, *Cat.* Pavire, Pavimentare, Circumpavire, *Plin.* Configere locum congeſtitium, *Vitr.*

Fiſtucatio] Piſatio, *Sen.* Palatio, *Vitr.*

Fiſtucatus] Pavitus, Glutus, Subactus, *Plin.* Glittus, *Feſt.* Solidatum ſolum rudere, *Pallad.* Occulcatus, *Varr.* Palatus, *Col.*

Digitized by Google

Flagellare] Flagellis terrere, *Lucr*. Cædere, *Hor*. Uri loris, *Id*. Variare virgis & loris. Pinſere aliquem flagro. Facere aliquem ferventem flagris, *Plaut*. Verbere in aliquem ſævire. Scindere latus flagello, *Ovid*. Verberibus te cæſum in piſtrinum dedam, *Ter*. Verberare aliquem virgis. Caſtigare verberibus aliquem, *Cic*. Multare aliquem virgis, *Liv*. Lacerare terga alicujus verbere, *Ovid*. Monumentis commonefacere bubulis. Ne in te bubuli cottabi crepent, *Plaut*.

Flagellum] Flagrum, *Suet*. Scutica, *Hor*. Maſtyx, *Sipont*.

Flagitare, vid. *Poſtulare*. *Repoſcere*.

Flagitioſus] Libidinoſus. Impurus. Intemperans. Perflagitioſus. Animus libidini deditus. Maculoſus homo. *Cic*. Perturpis & flagitioſus, *Id*. Vid. *Sceleſtus*.

Flagitium] Scelus atrox, audax, impium, inauditum. Factum flagitii & dedecoris plenum. Crimen atrociſſimum, nefarium, immane. Malefictum, maleficium ſimile portenti ac prodigii, *Cic*. Capital, *Plaut*. Nefas immane, *Virg*.

Flagranter, vid. *Cupidè*.

Flagrare, vid. *Ardere*.

Flamma] Splendor pinguedinis in aërem & lucem ſe reſolventis.

Flammeſcere, vid. *Exardeſcere*.

Flare] Perflare, follicare, *Virg*.

Flatus] Flatura, *Arnob*. Inflatus tibicinis, *Cic*. Flamen venti. Boreæ flabra, *Proper*.

Flavus, vid. *Luteus*.

Flebilis] Miſerandus, miſerabilis. Perluctuoſum funus. Acerbiſſimus interitus, *Cic*. Deplorandus, *Id*. Lamentabilis, *Virg*. Illacrymabilis, *Levin*. Ærumnabilis, *Lucr*. Funeſta querela, *Propert*. Triſtis ad recordationem, *Liv*. Lugubres res, *Cic*.

Flebiliter] Flebile canere, *Ovid*. Lacrymosè, *Plin*.

Flectere, vid. *Curvare*. *Dirigere*.

Flere] Fit fletus. Lacrymare, Lacrymari. Lacrymas effun-

effundere. Jacere in lacrymis, *Cic.* Flere lacrymis argenteis, *Plaut.* Indulgere lacrymis, *Ovid.* Indulgere luctibus, *Lucret.* Abſumere lumina in fletus, *Catul.* Opplorare auribus alicujus, *ad Heren.* Effundi in lacrymas. Fletus ciere, excitare, *Cic. Virg.* Vid. *Lacrymari.*

Flere mortuum] Illacrymari alicujus morti. Collacrymare caſum alicujus. Leſſum habere. Proſequi lacrymis abeuntem, *Cic.* Illacrymare alicui. Lugere fratrem ademptum, *Ovid.* Plangere aliquem, funera alicujus, *Stat.* Leſſum facere filio, *Plaut.* Plorare, *Sen.*

Fletus] Ploratus. Plangor. Ejulatio. Ejulatus. Collacrymatio, Leſſus, *Cic.* Lacrymatio, *Plin.* Comploratio. Comploratus, *Liv.*

Flexibilis] Flexilis, *Plin. Ovid.* Lentus, *Plaut.* Victæ virgæ, *Hor.* Vitilis vagina cucurbitæ, *Plin.*

Flexio, vid. *Curvatio. Inclinatio.*

Flexuoſè] Tortè, *Lucr.* Intortiùs. Obliquè, *Plin.* Vagè deerant amnes, *Lucr.* Mæandri more, *Col.*

Flexuoſus, vid. *Tortuoſus.*

Floccifacere, vid. *Contemnere.*

Floccus] Flocculus, *Plin.* Villus ovium, *Col.*

Florere] Floreſcere. Efflorefcere, *Cic.* Refloreſcere. Exhilarantur flore arbores. Pubeſcit virtus. Præflorere. Superflorere. Superfloreſcere, *Plin.* Vernant arbores, *Plin.* Vigere, *Lucr.*

Floridus] Floridulus, *Catul.*

Flos] Floſculus, *Cic.*

Fluctus] Motus & agitatio fluctuum, *Cic.* Fluctus decumanus, *Feſt.* Unda præcelſis creſcit molibus. Montes aquarum, *Ovid.*

Fluentum] Agmen aquarum, *Lucr.* Impetus fluminis.

Fluere] Manare, *Ovid.* Scatere. Profluere, *Cic.* Volvitur amnis, *Virg.*

Fluidus]. Fluxus ſuccus. Torrens flumen, *Virg.* Profluens aqua, *Cic.* Manans, *Hor.* Manalis fons, *Feſt.* Vivum flumen, *Liv.* Fons vivus, *Ovid.* Profluus amnis, *Col.*

Fluvialis] Fluvatilis, *Cic.* Fluviaticus. Rivalis alecula,

Digitized by Google

la, *Col.* Fluminens, *Ovid.* Amicus, *Plaut.* Flumentana porta, *Feſt.*

Fluvius] Aquæ ductus naturalis. Aquarum natatio. Curſus indeficiens. Regionum aquatio. Flumen, *Virg.* Profluens, *Subſt. Cic.*

Fluxio] Scaturigo. Fluxura, *Col.* Fluor, *Celſ.* Meatus fluminis, *Claud.* Flumen, *Virg.* Scatebræ, *Id.* Interluvies, *Solin.* Fluentia, *Solin.* Scaturies, *Sipont.* Vid. *Profluvium.*

Fodere] Fodiri, *Col.* Perducere foſſas in altitudinem, *Cæſ.* Interfodere aliquid, *Lucr.* Scrutari abdita terræ, *Id.* Ducere foſſam, *Liv.* Facere foſſam, *Cat.* Sulcare foſſam, *Varr.*

Fœcunditas, fœcundus, vid. *Fertilitas, fertilis.*

Fœdare, vid. *Contaminare.*

Fœdè] Putidè. Sordidè. Impuriſſime, teterrimeque violaſti. Impurè ac tetrè : nequiter & turpiter facere aliquid, *Cic.* Impurè vivere, *Id.* Rancidè, *Gell.* Deformiter, *Quint.*

Fœderatus] Fœderi adſcriptus, fœdere obligatus, *Liv.* Fœdere junctus, ſociatus, *Ovid.*

Fœditas, vid. *Turpitudo.*

Fœdus, i] Bipedum & quadrupedum impuriſſimus, *Cic.* Turpis amor, *Hor.* Turpiſſimus homo, *Cic.* Turpitudine notabilis. Maculoſus homo dedecore, *Tac.* Maculoſum nefas, *Hor.* Tetrum facinus, *Sen.* Vid. *Deformis, Impurus.*

Fœdi pulchra non curant] Nihil ſui cum amaracino. Amica luto ſus, *Hor.*

Fœdus, eris] Induciæ, *Liv.* Feriæ belli, *Varr.* Pax caſtrenſis paucorum dierum, *Gell.*

Fœdus facere] Ferire, icere, ſancire fœdus cum aliquo. Facere fœdus inter ſe. Inducias facere. Cavere fœdere de aliquâ, *Cic.* Percutere fœdus, *Hirt.* Pangere inducias, fœdere alicui jungi. Jungere fœdera, *Liv.* Inire inducias, *Plin. Jun.* Fœderare aliquem, *Tacit.*

Fœnerare, id eſt, mutuari alicui, ut pendat uſuram] Dare fœnori pecunias. Fœnerare pecuniam, *Cic.* Dare in fœnus, *Varr.* Locare alicui argentum. Locare fœnori argentum, *Plaut.* Ponere in fœnore nummos, *Hor.* Accipere fœnus ab aliquo, *Id.* Pecuniam in quæſtu relinquere.

Digitized by Google

Fœnore apud aliquem occupare pecunias, *Cic.* Pecunias in uſuris relinquere, *Suet.*

Fœnerari ab aliquo, id eſt, ad pendendam uſuram mutuò accipere] Fœnore accipere. Sumere argentum fœnori. Quærere argentum in fœnus. Fœneratò ſumere, *Plaut.* Conducere nummos, *Hor.*

Fœnerat id mihi, vid. *Vtilis.*

Fœnerator] Fœnerarius, *Firm.* Daniſta. Daniſticum genus. Tocullio, *Plaut.*

Fœneratorius] Fœnebris lex, *Liv.* Uſurarium æs. Daniſticus, *Plaut.* Circumforaneum æs, *Cic.*

Fœneus] Fœnarius, Pallad. *Cat.* Fœnicularius campus, *Cic.*

Fœnile] Fœni repoſitio, *Pallad.*

Fœnum] Fœniſecium, fœniſicia arida, *Varr.*

Fœnus] Fœnuſculum, *Plaut.* Uſura. Impendium. Quæſtus, *Cic.* Uſuraria pecunia, *Vlp.* Penſiuncula fœnoris, *Col.*

Fœtere] Malè olere, *Cic.* Redolere fœtorem, *Col.* Putere, *Hor.* Odorem gravem exſpirare, *Catull.* Exſordeſcere, *Gell.*

Fœtidus] Graviter ſpirans herba, *Virg.* Viroſa & rancida caro, *Cat.* Sordidus fumus, olens, *Hor.* Putidiuſculus. Male olens, *Cic.* Olida vulpes, *Mart.* Putidus fungus. Hircoſus ſenex, *Plaut.* Pœdore obſitus, *Sen.* Horridi odoris, *Pallad.* Mephiticus, *Sidon.*

Fœtificare] Fœtum procreare, *Cic.* Facere genus, *Iuſtin.* Propagando procudere prolem, *Lucr.* Faciunt ſobolem apes. Facere fœtum, *Plin.* Soboleſcere, *ex Liv.*

Fœtor] Fœtiditas, *Sen.* Fœditas oris, *Cic.* Putor, *Cat.* Mephitis, *Virg.* Virus paludis, *Col.* Naſorum peſtis, *Catul.* Oliditas, *Arnob.* Pœdor, *Lucan.* Odor, *Apul.*

Fœtorem concitare] Vitiare auras odoribus, *Ovid.* Excire acrem odorem, *Lucr.* Nidorem dare, *Virg.* Camarinam movere. Malum benè poſitum non movendum.

Fœtura] Seminatio pecudum, *Varr.* Satus, ûs, *Cic.*

Fœtus] Conceptus, *Plin.* Partus, *Cic.* Proles, *Ovid.* Soboles, *Plin.*

Folia arborum] Comæ arborum, *Hor.* Foliatura arborum, *Vitruv.*

Folia-

Digitized by Google

Foliatus] Folioſus. Pampinatus, *Plin.*

Fomes] Suſcitabulum, *Non.* Sulfurata. Fungi aridi. Alimentum ignis. Materia aridi fomitis, *Plin.* Lucubrum, *Priſ. Scal.* Eſca ignis, *Liv.* Nutrimentum ignis, *Virg.*

Fons] Aquæ perennes, *Cic.* Latices perennes, *Lucr.* Rivus perennis, *Plin. Iun.* Caput fluminis, *Virg.* Caput aquæ. Eruptio ſubita amnis ex abdito, *Sen.* Scaturigo perennis, *Plaut.* Aqua viva, *Varr.* Subterreæ abyſſi. Vivus canalis. Naturalis Sipho.

Fontem malo quàm rivos] Dulciùs ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

Foramen] Apertura, *Vitruv.* Cavum terræ, *Virg.*

Foraminoſus] Pertuſum vas, *Lucr.* Feneſtrata domus. Tot meatibus diſtinctus eſt, & interpatet rimis, *Macrob.* Pellucet crebriùs quam cribrum. Pellucidus quaſi laterna Punica, *Plaut.* Rimoſa cymba, *Virg.* Perforatus & tranſmittens quicquid acceperat, *Sen.*

Forare, vid. *Terebrare.*

Foràs] Extrà excedere, *Cic.*

Forceps] Lupi, *Veget.* Tenaculæ, *Turneb.* Tenaces, *Pallad.*

Fores] Foris crepuit. Oſtium, *Ter.* Janua, *Cic.*

Forfex] Forficula, *Plin.*

Forfex pro dentibus, vid. *Dentarpaga.*

Foris] Forinſecus, *Col.* Extrinſecus, *Perſ.* A foris, *Plin.*

Forma externa, vid. *Figura.*

Formam habet juxta virtutem] Corporis formam animi dotibus æquiparat, *Er.*

Formare, i. formam rei inducere, vid. *Figurare.*

Formator, vid. *Pædagogus, Doctor.*

Formatura, vid. *Figuratio.*

Formica] Formicula, *Arnob.* Solpuga, *Cic.* Solpunga, *Lucan.* Solifuga, *Sipont.*

Formidare, vid. *Timere.*

Formoſus] Venuſtus. Cultus. Eximiâ facie, *Ter.* Formâ ſcitâ, *Plaut.* Spectatâ, *Ovid.* Specioſior & coloratior homo, *Celſ.* Floridus. Floridulus, *Catul* Præſignis facie, *Ovid.* Formâ conſpicuus, *Plin.*

Formula, apud ICtos] Pactio verborum. Juris præſcriptum & norma. Conceptio. Concepta verba, *Cic.* Præſcripta verba, *Ulp.* Præſcriptum. Actio, *Paul. IC.* Sermo de re formatus, *Suet.*

Ad formulam] Pejerare conceptis verbis. Præſcriptis verbis agere, *Cic.*

Forſan] Fortè, forſitan, *Ter.* Fortaſſis. Haud ſcio an. Si forte, *Cic.* Fortean, *Meurſ.* Fortaſſean, *Apul.*

Fortè, vid. *Fortuito.*

Fortis] Fortis & magnus animus. Robuſtus. Viri proprius animus, *Cic.* Non victum fatis caput, *Lucan.* Achilles alter. Hiccine Achilles eſt, *Plaut.* Virilis animus, *Ter.* Maſculus, *Hor.* Generoſus ac potens. Magnanimus, *Cic.* Animi ingentis fœmina, Animi validus, *Tac.* Milone fortior, *Er.*

Fortis debiles non timet] Lanius unus non timet multas oves.

Fortiter] Viriliter & magno animo aliquid facere. Præbere ſe virum, *Cic.* Generoſiùs perire, *Hor.* Vicit hui perfortiter! *Ter.* Commaſculare frontem, *Macr.*

Fortitudo] Robur, magnitudo animi. Magnanimitas. Generoſa virtus, *Cic.* Virtus, *Lucr.*

Fortitudo pervincit] Fortitudo de adverſis triumphat.

Fortuitò] Fortè, fortè fortuna, fortuitu. Temerè. Non temerè creati ſumus. Temeritate omnia regi opinabantur, *Cic.*

Fortuitus] Obvius. Uti quiſque obvius fuit, *Saluſt.* Cæcus caſus, *Cic.* Incogitatus, *Plaut.*

Fortuna] Fors fortuna, *Ter.* Sors, *Saluſt.* Fors domina campi. Mars belli, communis omnibus, *Cic.* Genius, *Perſ. Plaut.* Divinitus adjuncta fortuna, *Cic.*

Fortuna favens] Felicitas, fortunata fortuna. Secunda admurmuratio, fortuna, *Cic.* Albus calculus. Niveus lapillus, *Ovid.* Secundus exitus. Auſpicatus impetus. Candidus favonius, *Hor.* Proſperitas. Beatitudo, & Beatitas, *Cic.*

Fortuna favente] Temporibus ſecundis. Proſperis rebus. Bonis meis rebus. Cùm ſecundo flatu fortunæ utimur, *Cic.*

Fortunâ favente uti] Ad felicius latus, aut felicem parietem

tem inflectere. Felici diplomate uti, felicitate uti, *Cic.* Addicunt aves. Album diem agere. Cœlum digito attingere. Deum fieri. Navigare cum felicibus in aëre.

Fortuna nulla perpetua] Nullus ubique poteſt felici ludere dextrâ. Heri ſervus, hodie liber, hodie nullus, cras maximus.

Fortunæ non fidendum] Fortuna Euripus, citò & variè reciprocans. Fortuna vitrea eſt, cùm maximè ſplendet, frangitur.

Fortuna ſequitur mores] Fortunæ faber eſt quiſque ſuæ: fortunam ſui cuique mores fingunt, fortunatus ſapiens, fortunæ victrix ſapientia.

Fortunatè] Addicentibus auſpiciis, *Tac.* Bono auſpicio. Salvis auſpiciis. Optimis ominibus. Ex ſententia. Virgulâ divinâ. Secundo vento, *Cic.* Felicibus pennis, *Prop.* Bonis, ſecundis avibus, *Liv.* Hercule dextro, *Perſ.* Proſperrimè, *Suet.* Secundo Aquilone, *Hor.* Jovis quadrigis. Proſperè. Fauſtè, *Cic.*

Fortunatus] Ampliſſimis fortunæ muneribus ornatus. Fortuna illi divinitus adjuncta eſt ad res agendas. Nihil illo fortunatius. Florens opibus, honoribus, amicis. Boni, optimi ominis, *Cic.* Albus dies, Proſper, *Suet.* Benè ominatus, *Hor.* Quis vidit homines beatiores? Quis Venerem auſpicatiorem? *Catul.* In quem quicquid conferri potuit, dii homineſque contulerunt, *Sen.* Natus eſt vittatus, vel pileatus. Albæ gallinæ filius. Fortunâ ipsâ fortunatior. Polycrate fortunatior, *Er.* Perbeatus homo, *Cic.* Soſpes curſus, *Hor.* Secundus exitus, *Id.*

Fortunatum ſeculum] Aureum ſeculum.

Fortunet Deus, vid. *Feliciter cedant.*

Forum] Circus, *Cic.*

Forum judiciale] Competens tribunal, *Vlp.*

Fovere] Focillare, *Suet.* Focillari, *Varr.* Fovere fomentis calidis, *Celſ.* Refovere corpus, *Ovid.*

Fraces, vid. *Retrimen.*

Fragilis] Vitro fragilior. Vitreus. Vid. *Debilis.*

Fragilitas humana] Homo bulla. Homo dei ludibrium. Umbræ ſomnium.

Fragor] Aridus ſonus, *Lucr.* Silvifragus ventus. Dare ſonitu magno ſtragem, *Id.* Tonitrua, *Sili.*

Digitized by Google

Fragrare, vid. *Olere.*

Frangere] Confringere aliquid. Diffringere. Offringere, *Plaut*. Interfringere, *Plin.* Perfringere, *Cic.* Præfringere, *Liv.*

Frater] Frater germanus, *Cic.* Germanus, *Ter.* Germaniſſimus frater. Geminus meus frater, *Plaut.* Uterinus, *IC.* Fraterculus, *Iuv.* Fratellus, *Scaur.*

Fraternè] Germanè reſcribere, *Cic.* Germanitus, *Pompon.* Germanum in modum, *Plaut.*

Fraternitas] Germanitas, *Cic.*

Fraudare] In fraudem deducere, fraudem facere, *Cic.* Nectere dolum alicui, *Liv.* Lacere in fraudem, *Lucret.* Vid. *Decipere.*

Fraudulenter] Fraudulentiùs, *Plaut.* Pelaſgâ arte. (*Pelaſgi, id eſt, Græci, pro fraudulentis habiti, & in fabricando equo, Trojæ exitio, id oſtenderunt.*)

Fraudulentus] Vulpe fraudulentior, *Er.* Vid. *Doloſus.*

Fraus] Fraus quaſi vulpeculæ; fraudatio, *Cic.* Techna, *Ter.* Impoſtura, *Gell.*

Fraude ſua ſibi nocuit] Laqueo ſuo captus eſt.

Fremere] Halare naribus, *Lucr.* Proflare iras, *Plin.* Follicare naribus, *Apul.* Muſſare, *Virg.* Et fremitum patulis ſub naribus edit ad arma, *Lucr.* Confremuêre omnes, *Virg.*

Fremitus] Strepitus, *Cic.* Tremor, *Virg.*

Frendere] Horrendum ſtridens bellua. Infrendens dentibus, *Virg.* Inſtrepere dentibus, *Claud.*

Frenare equos] Capiſtrare, *Plin.* Incapiſtrare, *Apul.*

Frequens, vid. *Populoſus.*

Frequentia] Pompa lictorum. Grex amicorum, Stipatio. Concurſatio. Si modò tecti ſatis eſtis, ad *comitatum* noſtrum recipiendum. Cohors, *Cic.* Circumfuſi omnis generis hominum frequentiâ, *Liv.* Caterva, *Lucr.*

Friabilis] Fragilis dentibus. Cruſtoſus, *Plin.*

Friare] Frangere in micas, *Plin.* Minutatim comminuere. Refringere, *Col.* Reſolvere in pulverem. Interere cyminum, *Cato.*

Fricare] Perfricare caput. Defricare in balneis, *Cic.* Circumfricare, *Cato.* Scalpere digito, *Iuv.* Scarificare dolorem,

Digitized by Google

rem, *Plin.* Scabere ſe, *Plaut.* Scarificare gingivas, *Plin.* Suffricare palpebras, *Celſ.*

Fricatio] Frictio, *Celſ.* Laceratio genarum, *Cic.* Linteum exterſui, *Plaut.* Terſus: linteum terſui, *Apul.*

Frigere] Frictum reddere, *Plaut.*

Frigere] Frigeſcere, rigeſcere frigore. Suſtineo vim frigorum tectis urbis, *Cic.* Inalgeſcere, *Celſ.* Adſtringi frigore, *Plin.* Adurit frigus, *Virg.* Excruciat me frigus. Gelidum de corpore frigus anhelat. Tremulum quatitur frigore corpus, *Lucr.* Laborare frigore, *Col.* A frigore, *Plin.*

Frigidus] Frigidulus, *Catul.* Præfrigida tempeſtas. Gelidum flumen, *Cic.* Egelidum, *Virg.* Prægelidus, *Col.* Algidus, *Catul.* Rigidus, *Ovid.* Alſioſus, *Plin.* Glacie frigidior, *Er.*

Frigus] Frigiditas, *Sipont.* Algor, *Saluſt.* Algus, ûs, *Plaut.* Rigor aquæ, *Ovid.* Frigedo Aquilonica, *Varr.* Stipatio rigeſcentium, & ſe intra ſe comprimentium.

Fritinnire, cantillare ut aves] Merulæ fringultiunt, *Apul.* Queruntur in ſilvis aves, *Hor.* Minuriunt palumbes, *Spart.* Argutatur cicada, *Nev.* Pipilabat paſſer, *Catul.* Garrire, *Donat.* Canturire, *Feſt.*

Frivolus] Luſoria quæſtio, *Plin.* Sputatilicus. Futilis. Nugatorius. Ridiculus, *Cic.* Ludicer, *Col.* Deridiculus, *Gell.*

Frondes] Frondium foliatura. Capillamenta arboris. Tabulata arborum, *Col.*

Frons] Animi janua, *Cic.*

Fronto] Frontoſus, *Sipont.* Cilo, *Feſt.* Latâ fronte, *Liv.*

Fructifer] Fructuarius, *Plin.* Pomifer, *Ovid*, Pomoſus, *Prop.*

Fructuoſus] Eſt de pane lucrando. Commodis meis aptum. Fœcunda quæſtura, *Cic.*

Fructus] Fruges, *Varr.* Fœtus arborum, *Plin.*

Frugalis] Curius, exactiſſ. frugalitatis civis Romanus. *Craſſus* elegantium parciſſimus. Scævola parcorum elegantiſſimus. Parciſſimus colonus, *Cic.* Frugi victus, *Quint.* Concinnatitia menſula, *Apul.* Tenuis cultus, *Cic.* Tenuiculus apparatus. Qui parvo contentus, tenui cultu victuque delectatur. Frugaliſſimus vir, moderatus & temperans. Siccum, frugi, continentem virum! *Cic.* Vini parcus, cibi parciſſimus,

Digitized by Google

mus, *Catul.* Qui ſingulas eſcas indies edunt. Mihi quidvis ſat eſt, *Plaut.* Aridus victus, *Cic.* Cœna ſine ſanguine.

Frugaliter] Parcè ac frugaliter vivere, *Ter.* Exiguo vivere, *Claud.* Laconicè cœnare. Modicè uti liberalitate, *Liv.* Parcè victitare, *Plaut.*

Frugalitas] Temperies fruendi, *Stat.* Parſimonia in victu, *Cic.* Natura paucis contenta. Boni amici fabâ & ſale contenti ſunt. Natura conſervatrix ſui. Naturæ neceſſitas exiguo placatur.

Fruges] Frugalitas, *Apul.* Cerealia dona. Meſſis ſpicea. Sata læta, *Virg.* Seges farris, *Liv.* Adorea, *Plaut.* Fœnus, *Feſt.* Far in ſpicis, *Varr.* Farra lætiſſima, *Virg.*

Frugalitate opus] Cogitato quàm longa ſit hiems. Magnum os anni. Aſſe carum eſt, quod opus non eſt.

Frui bonis] Potiri pace & pacem. Fungi fortuna. Paſci bibliotheca alicujus. Perfrui otio voluptatis. Veſci voluptatibus, *Cic.* Frui uſura alicujus rei, *Quint.* Perfuncta ſatis ſum, ſatias me jam tenet, *Ter.* Fruiſci gloria, *Gell.* Rem aliquam, *Non.* Uti-frui, *IC.* Potior patria commoda, *Ter.*

Frumentarius] Dardanarius, *Ulp.* Annonæ flagellator. Frumentorum negotiator. Frumentarius negotiator, *Plin.*

Frumentaria negotiatio] Dardanaria ars.

Frumentum] Far, *Sipont.* Adoreum ſemen, *Cat.* Res frumentaria, *Cæſ.* Annona, *Cic. Tac.*

Fruſtatim] Fruſtillatim. Offatim, *Plaut.* Per partes, *Ulp.* Inciſè. Inciſim, *Cic.* Viſceratim diſſipant membra, *Enn.* Laciniatim, *Apul.*

Fruſtra] Inaniter. Nequicquam volo, *Cic.* In caſſum. Ex vano habere ſpem, *Liv.* Futilè proveniſti, *Plaut.* Vanè, *Sipont.* Apud novercam queri, *Plaut.* Non ſi te ruperis.

Fruſtra laborare] Ludere operam in re aliqua. Malè operam locare, *Plaut.* Oleum & operam perdere. Profundere & perdere vires, vocem, *Cic.* Ventis verba profundere, *Lucr.* Inaniter aquam conſumere. Leonem larvâ territare. Lapidem elixare. E Tantali horto fructus colligere. Arenæ ſemina mandare. Nihil agere. Numerare fluctus. Actum agere. In ſilvas ferre ligna. Lateram lavare. Ex arena funiculum nectere.

Digitized by Google

Fruſtra conatus ſine re] Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Fruſtraneus, vid. *Irritus.*

Fruſtulum] Fruſtillum, *Sipont.* Maſſula ſalis, *Col.* Buccella. Ofella carnis, *Mart.* Offula, *Varr.*

Fruſtum] Fragmentum, *Cic.* Fragmen. Maſſa ferri. Offa panis, *Col.* Cruſtum (*panis*) *Virg.* Quadra panis, *Sen.* Raudus & Rodus plumbi, *Serv.*

Fruticare] Fruticari. Propagari : vera gloria radices agit & propagatur, *Cic.* Fruticeſcere. Pullulare. Proſerpit herba, *Plin.* Pullulaſcere, *Col.* Congerminare, *Gell.*

Fruticetum, vid. *Virgetum.*

Fucare] Fuco circumlinire, *Lucr.* Ad placendum fuco aliquid ſubornatur, *Sen.* Nitorem cuti inducere, *Plin.* Mentiri colorem fuco, *Virg.* Fuco ſplendente genas ornare, *Tibul.*

Fucatus] Fuco illitus. Coloratus. Fucoſæ merces. Infucata vina, *Cic.* Inſincerus cruor, *Virg.*

Fucus] Pigmentum. Offucia, *Plaut.* Tentipellium, *Titin.* Tectorium, *Iuv.* Medicamentum faciei, *Sen.*

Fucus rebus detergendus] Nunquam mihi Mango, Medicus; nunquam muſcerda, piper erit.

Fuga] Fugela, *Apul.* Præſidium fugæ, *Amm.* Effugium. *Cic.*

Fugare] Vertere, agere in fugam aliquem. Avertere in fugam hoſtes, *Liv.* Facere fugam alicui, *Plaut.* Retroagere aliquem. Retro-ire cogere, *Plin.* Diſpalare milites, *Siſen.* Diſpergere, *Sil.* Diſſipare, *Cæſ.* Injicere fugam alicui, *Plaut.*

Fugax] Fugaciſſimus, *Sen.* Lepore, Parthis fugacior, *Er.*

Fugere] Fugere è manibus. In fugam ſe conferre, conjicere, *Cic.* Fugam capeſſere, *Liv.* Dimiſſis manibus fugere, *Plaut.* Conſciſcere ſibi fugam, *Tac.* Conjicere ſe in pedes. Penetrare ſe in fugam, *Plaut.* Ab inermibus pedibus auxilium petere, *Saluſt.* Effundi in fugam. Terga dare, vertere, *Liv.* Mandare ſe fugæ. Exſequi fugam, *Cic.* Occipitium & armos oſtendere, *Prop.* Fuga ſalutem petere, *Cæſ.* Ambobus pedibus fugere. Fugere utroque velo. Apparare fugam. Maturare fugam.

Fugere ad aliquem, vid. *Confugere.*

Fugere

Digitized by Google

Fugere citra neceſſitatem] Nemine perſequente fugere.

Fuge, ubi neceſſe eſt] Fuga tutior. Fugere ſatiùs, quàm malè manere.

Fuit, non eſt] Fuere quondam ſtrenui Mileſii. Fui & ego quondam. Fuimus Troës. Omne ego pro nihilo eſſe duco, quod fuit, quando fuit, *Plaut.* Habui filiam. De omnibus meis habui dicendum.

Fulcire] Fulcire labefacta. Labentem & propè cadentem Rempub. *Suſtentare* officiis. Suſtinere humeris *Rempub.* Adminiculari aliquid. Præfulcire, ſublevare adjumento, *Cic.* Suffulcire aliquid, *Lucr.*

Fulcrum] Fultura ædificii. Statumen vitis. Pedamentum, *Col.* Fulmentum, *Vitruv.* Fulcimentum, *Apul.* Fulcimen, *Sipont.* Adminiculum, *Cic.* Stabilimentum, *Plaut.* Columen rerum. Columna civitatis, *Hor.* Deſtina, & Tibicen cœli, Atlas, *Arnob.*

Fulgere] Effulgere. Radiare, *Virg.* Fulgurat auro domus, *Stat.* Clareſcunt luminibus tecta, *Tac.* Confulgent ædes, *Plaut.* Stellare, *Mart.* Ardex apex capiti, *Virg.* Scintillant templa cœli, *Lucr.*

Fulgor] Claritas ſolis. Splendor cœli, *Plin.* Claror, *Plaut.* Candeſcentia, *Vitr.* Claritudo, *Feſt. Non.*

Fulgur] Jovis fulgor, *Cic.* Fulguratio, *Sen.* Fulgetrum, fulgetra, æ, *Plin.* Fulminea fax, *Val. Arg.* Coruſcamen, *Apul.* Abrupti nubibus ignes, *Lucr.* Miſſilia ignita Dei. Muta fulmina.

Fulgurat] Præfulgurat, *Val. Arg.* Flamma inter nubes coruſcat, *Cic.* Nubila micant, *Ovid.* Fulgurivit Jupiter, *Non.*

Fuligo] Cinis ater volaticus. Materiæ uſtæ ſcoria. Camini agglutinamentum.

Fulmen] Sulfur ſacrum, *Perſ.* Nubes ardens, *Lucan.* Fulmineus ignis, *Ovid.* Conflictu nubium ardor expreſſus, *Cic.* Fulminatio, & manubia fulminis prima, ſecunda, tertia, à Jove miſſa, *Sen.* Vortex igneus, *Lucr.* Alatum Jovis telum, ex *Ariſtophan.* Triſulca Jovis tela. Eliſi nubibus ignes Antè ferit, quam flamma micat.

Digitized by Google

Fulminat] Feriunt fulmina montes, *Hor.* Fulmine percutio. Fulminis ictu deflagravit, *Cic.* Jaculatur Jupiter orno. Repentino fragore nubium fulmen excuſſum, *Amm.* Fulminant inferiora, *Sen.* *pro* Fulminantur, *Muret.*

Fulmine percuſſus] Fulmine ictus, fulminatus, *Plin.* De cœlo tactus, *Cic.* Fulgure afflatus, *Plaut.* Bidental, *Perſ. de homine.*

Fumare] Fumigare, *Var.* Fumificare, *Plaut.* Infumare, *Plin.* Transfumat aliquid, *Stat.*

Fumidus] Fumoſa ligna, *Cat.* Fumifer ignis, *Virg.* Fumificus coquus, *Plaut.* Fumeus Acheron, *Val. Arg.*

Fumus] Volumina fumi, *Ovid.* Vapor flammæ, *Sen.* Flocci ſurſum evolantes, *Val. Arg.*

Funambulus] Schœnobates, *Iuv.* Neurobates. Petaminarius, *Firm.* Funirepus, *Apul.* Qui it per extentos funes, *Hor.* Ephelmator, *Firm.*

Funebris, vid. *Exſequialis.*

Funis funambulorum] Petaurum, *Lucil.* Extentus funis, *Hor.* Catadromus, *Suet.*

Funis] Reſtis. Schœnus, *Plaut.* Serta, *Varr.* Linum tortum. Linum, *abſol. Ovid.* Stupa, *Gell.* Tormentum ſtupeum, *Apul.* Funis è ſtupa tortus, *Scal.* Cannabis torta.

Funda] Fundibalum, Hier. *Lipſ.* Fuſtibalus, *Veget.* Petraria, *Lipſ.*

Fundare] Fundamenta jacere, *Suet.* Locare, *Plin.* Ponere, *Cic.* Ordiri fundamenta ex depreſſiori loco, *Col.* Agere fundamenta, *Cic.*

Fundatio] Fundamentorum poſitio, *Cic.* Poſitio urbis, *Muret.* Conditus coloniæ novus, *Apul.*

Funditus] Imitus, *Apul.* A fundamento, *Plaut.* Imo fundi, *Virg.* Evertere fundo, *Lucr.* Radicibus, *Cic.* A ſtirpe, *Liv.*

Fundum] Solum foſſæ, *Caſ.* Baſis columnæ, *Sipont.* Vadum, *Plin.*

Fundus] Solum agri, *Caſ.* Terrenum, *Col.*

Funerare, vid. *Humare. Exſequias celebrare.*

Fungi

Digitized by Google

Fungi officio] Gerere poteſtatem. Suſtinere munus. Obtinere partes. Obire rem, *Cic.*

Fungus] Fermentum terræ. Plantæ rudimentum. Callus terræ, *Plin.*

Funus] Funebria juſta, vid. *Exſequiæ.*

Fur] Trium literarum homo. Veſperi ſuo vivens. Homines cum ſenis manibus, *Plaut.* Furunculus, *Cic.* Perfoſſor, *Apul.* Directarius, *Vlp.* Vecticularius & Effractor, *ICt.* Compilator, *Iſid.* Lavernio, *Feſt.*

Fur notorius] Trifur. Trifurcifer, *Plaut.* Manifeſtarius fur.

Fur obvia rapit] Lupus non curat numerum

Furari] Furari aliquid alicui, vel ab aliquo. Furtum facere. Depeculari aliquem argento, *Cic.* Admittere furtum, *Vlp.* Clepere, *Plaut.* Subducere alicui annulum. Subtrahere aliquid alicui. Suffurari. Suppilari aliquid, *Id.* Subtrahere aliquid furto, *Liv.* Sublegere, *Virg.* Tollere aliquid furtim, *Id.* Surripere aliquid alicui, *Plin.* Auferre alicui aliquid, *Plaut. Ter.*

Furax] Piceatâ manu homo, *Mart.* Milvinis, aut, aquilinis eſt ungulis. Harpax. Accipiter pecuniarum. Trahax. Rapax. Rapacidæ. Summanus. Vulturius homo. Scio te facilè abſtinere poſſe, ſi nihil, *Plaut.* Tax, *Id.* Tagax, *Cic.* Manu ſiniſtra non rectè utitur, *Catul.*

Furca] Furcæ bicornes, *Virg.* Furcula, *Sipont.* Furcilla, *Catul.* Ferramentum bifurcum, *Col.* Vari. Bacillum furcillatum, *Varr.* Ærumnula, *Scal.* Merga, *Col.* Bidens, *Iuv.*

Furenter] Dementer. Furioſe, *Cic.* Inſanè, *Varr.* Perditè, *Ter.* Furialiter, *Ovid.* Bacchatim, *Apul.*

Furere] Bacchari, *Cic.* Perfurere, *Lucr.* Inflammari furore. Furiæ me agitant & inſectantur, *Cic.* Furibundum ruere, *Ovid.* Agitari furiis, *Virg.* Intemperiæ agunt aliquem. Non ſanum eſt ſynciput. Non pro ſano agit, loquitur, *Plaut.* Rabie ferri, *Plin.*

Furioſus] Furialis, furibundus, fanaticus, *Cic.* Furiis captus, actus, furiatus, *Virg.* Lymphaticus. Atrâ bili percitus, *Plaut.* A furiis oriundus. Furiâ furioſior.

Furor]

Digitized by Google

Furor] Furiæ, *Cic.* Lymphatus, *Plin.* Lymphaticus error, *Sen.* Intemperiæ, *Plaut.*

Furtim] Furtivè ingreſſus poſſeſſionem, *Vlp.* Furaciſſimè, *Apul.*

Furtum] Detractio alieni, *Cic.* Furatrinæ artificium, *Apul.*

Futare] Confutare truâ, *Titin.*

Futilis, vid. *Frivolus.*

Futurum omne incertum] Multa cadunt inter calicem, extremaque labra. Neſcis quid ſerus veſper vehat. Vid. *Eventus incerti.*

G.

G*Albula, avis*] Chlorio. Chlorion, *Plin.* Vireo. Icterus. Luteus, luridus ales. Picus nidum ſuſpendens, *Plin.*

Galea] Caſſis, *Mart.* Caſſida, *Virg.* Caſſila, *Feſt.*

Galerus] Galericulus, *Suet.* Galericulum, *Mart.*

Gallina] Pecus volatile. Gallinaceum genus. Gallinaceus grex, *Col.*

Gallopavus] Meleagris, *Varr. Plin.* Gallina Africana, *Varr.* Avis Lybica. Avis Numidica. Avis guttata, *Mart.* Pavo Indicus, *Longol. Card.* Ales ab Indis, *Ovid.* Æmulus pavi, *Iul. Scal.*

Gallus] Gallus gallinaceus, *Cic.* Gallinaceus, *Plin.* Maritus gallinarum, *Iuv.* Prænuncia lucis ales, *Ovid.* Avis lucis criſtata, *Mart.* Pyctes. Gallinaceus. Gallinacei mares, *Col.* Canora avis. Nocturnus vigil. Familiæ excitator. Horologium vivum. Gallinacei gregis dux fidelis.

Ganeo, vid. *Scortator.*

Gangræna] Cancer, *Celſ.* Carcinoma, *Suet.* Cacoëthes. Phagedæna, *Plin.*

Garrire] Verba funditare, *Plaut.* Garriditare. Gargaridiare, *Var.* Oblatrare affanias, *Apul.* Friguttire, *Fulgen.* Blaterare, *Feſt.* Argutari, *Non.*

Garrulitas] Multiloquium, *Plaut.* Loquacitas, *Cic.* Verboſitas, *Firm.* Loquendi temeritas. Petulantia loquendi, *Gell.* Larga copia fandi, *Virg.* Sartago loquendi, *Perſ.*

Garru-

Digitized by Google

Garrulitas noxia] Garrulum os intricat omnia. Oris infreni finis eſt calamitas.

Garrulus] Futilis. Verboſa epiſtola, *Cic.* Verborum foſrum, *Hor.* Nimius ſermonis, *Non.* Largiloquus. Multiloquus. Morbus loquendi illum tenet. Dicaculus, *Plaut.* Larga tibi copia fandi, *Virg.* Oratio ei in ore, non in pectore naſcitur, *Gell.* Satis eloquentiæ, ſapientiæ parum, *Saluſt.* Homo non laquaciſſimus, ſed ipſa loquacitas. Ipsâ loquacitate loquacior, *Er.* Cicada muta, miraculum. Dicenda tacenda loquens. Dodonæum æs. Garrire optimus. Loquaculus.

Gaudere] Immortaliter, Vehementer, in ſinu gaudere. Tam excellenti bono gaude, *Cic.* Mecum tacitus gaudeo. Id gaudeo, *Ter.* Gaudere in ſe, *Catul.* Sibi gaudere, *Lucr.* Gaudere animo, gaudio, *Plaut.* Gaudere facto, *Ter.* Gaudium capio, *Plin. Iun.* Ex re aliqua gaudium capere animis. Compleri gaudio, efferri, exſilire, exſultare gaudiis. Cumulari gaudiis. Lætari triumphis de hac re. Illud in primis lætandum mihi eſſe jure video. Lætitiâ efferor, excitor, perfruor. Lætitiam apertiſſimè ferre. Lætitiis omnibus inceſſi. Lætitiam percipere, capere. Exſultare lætitiâ. Capere animo voluptatem. Affici voluptate. Triumphare gaudio. Voluptate perfundi. Geſtire lætitiâ, *Cic.* Hilaror mirum in modum, *Plin.* Indulgere gaudio, *Plin. Iun.* Exporrigere frontem, *Ter.* Quantâ in voluptate debacchabere? *Cic.* Explicare frontem, *Hor.*

Gaudium] Effuſio animi. Lætitia, *Cic. Ter.*

Gaudium magnum] Lætitia geſtiens, *Cic.* Effuſa lætitia, *Liv.*

Gaudium novum] Nova lux effulſit.

Gaudium præmaturum] Ante victoriam encomium, triumphus.

Gavia] Fulica. Phalaris, *Plin.*

Gauſape] Penula gauſapina. Endromis, *Mart.* Stragulum villoſum, craſſum, *Steph.* Penula mulonia, *Cic.* Sagum, *Veget.* Coactilia, *Vlp.* Subcoactio, *Caſ.* Toral villoſum, *Plin.*

Gelare] Glaciat aqua, *Plin.* Urunt montana nives, *Lucan.*

Gelaſcere] Congelat aqua, *Col.* Rigere gelu, *Liv.* Rigere frigore, *Lucr.* Concreſcere glacie, *Ovid.* Perfrigere,

gere, *Mart.* Glaciari. Adſtringi frigore, *Plin.* Conglaciat frigoribus aqua, *Cic.* Prærigere, *Tacit.*

Gelidus] Glacians aura, congelans. Gelatus, congelatus, *Col.* Glaciatus, perſtrictus gelu humor. Conglaciatus. Glacie duratus. Præuſta nive membra, *Plin.* Adſtrictus frigore, gelu. Duratus frigore, ſtantia vina gelu, *Ovid.* Mare pigrum, colligatum, *Apul.* Rugoſus frigore campus, *Hor.* Torrida gelu membra; frigore pecora, *Liv.* Rigentia gelu animantia, *Lucr.* Aggeribus & alto gelu informis terra, *Virg.* Cruſtatus. Hieme humus cruſtata frigoribus. Gelu duratus, *Amm.*

Gelu] Gelatio, *Plin.* Gelicidium, *Cato.* Frigoris partus. Aquarum condenſator. Herbarum perſequutor.

Gemere] Ciere gemitus, *Virg.* Dare, edere gemitus. Gemitu teſtari dolores, *Ovid.* Gemiſcere, *Claud.*

Gemini] Fratres gemini, *Cic.* Geminus partus, *Liv.* Gemelli. Proles gemina, *Virg.* Gemelli fratres, *Ovid.*

Geminus] Duplus, *Cic.* Vid. *Duplum.*

Gemma, in arbore] Oculi in arborum ſurculis, qui germinant, *Col.* Germen, *Id.*

Gemma, lapis pretioſus] Lapilli, *Hor.* Lapillus pretioſus, *Curt.* Cylindrus, *Plin.* Lapillus oblongus, *Briten.* Sidus ſubterraneum. Summi ſaxorum. Indicus lapillus.

Gemmare] Gemmaſcere, germinare, progerminare, *Plin.* Turgent gemmæ in palmite, *Virg.*

Non gemmat, (germinat) arbor] Silent arbores. Silens flos. Gemmæ ſe nondum movent, & ſurculi ſilent, *Col.*

Gemmatio] Germinatio, germinatus, *Plin.*

Genæ] Mala, *Lucr.* Maxilla, *Gerr.* Molli veſtit lanugine malas juventus, *Lucr.*

Generalis] Communis. Univerſalis. De omni genere lex, *Cic.* Catholicus, *Quint.* Perpetuus, *Celſ.* Oecumenicus, *Sipont.*

Generaliter] Universè loqui. Generatim quærere. Communiter. Sine deſignatione perſonarum & temporum. De toto genere diſputare. Acervatim dicere, *Cic.* In commune de pluribus rebus dicere, *Plin.* Communitus, *Varr.* In univerſum dicere, *Quint.* Per ſatyram dicere, *Feſt.*

Digitized by Google

Generare] Procreare. Producere. Profundere, *Cic.* Progerminare, *Plin.* Creat terra fructum, *Quint.* Citat materiam planta, vitis radices, *Col.* Fœtum facere, *Plin.* Gignere, *Cic.* Vid. *Fœtificare.*

Generatio] Genitura & origo conchæ. Germinatio. Exortus, *Plin.*

Genitor] Procreator, generator, *Cic.* Auctor generis, ſanguinis, *Virg.*

Genitrix] Procreatrix, *Cic.*

Generosè, vid. *Fortiter. Amplè.*

Generoſitas] Forma & ſpecies liberalis. Dignitas vultus & oris, *Cic.* Forma ad dignitatem appoſita, *ad Heren.*

Generoſus] Ingenuus. Liberali formâ, *Plaut.* Specioſus, *Val. Arg.* Liberalis facies. Perliberalis fœmina, *Ter.* Formâ ad dignitatem appoſitâ Vir, *ad Heren.* Ab ore honeſtiſſimus, *Apul.* Mulier omnibus ſimulacris emendatior. Nulla vox eſt, quæ formam ejus comprehendere poſſit, *Petron.*

Genius] Deus naturæ. Natalis Deus, *Plaut.* Genealis Deus, *Enn.*

Genius malus, vid. *Dæmon.*

Gens] Sanguis, longo ſanguine cenſeri. Gentilitas, *Cic.* Natales, *Plin.* Semen generoſum, *Ovid.* Stemma, *Perſ.* Vid. *Natio.*

Genti cuique ſui mores] Mores regioni reſpondent.

Gentilis] Gentilitius, *Plin. Iun.* Genitalis, *Stat.* Natalis, *Col.* Generalis macula, *Lucr.* Tribulis meus, *Cic.*

Genua flectere] Procumbere in genua. Excipere ſe, vel corpus poplitibus, *Curt.* Submittere flexum genu. Flectere genu. Poplite deciduo genua intremuere, *Ovid.* Excipere ſe in pedes. Niti genibus, *Liv.* Excipere ſe in pedibus, *Sen.* Congeniculare, *Cæcil.* Congenulare, *Siſ.* Deſidere in imos poplites, *Apul.* Provolvi genibus, *Tac.* Pinſere terram genibus, *Enn.* Adſtare in genua, *Plaut.*

Genus] Genitorum ſeries.

Geometria] Linearis ratio, *Quint.* Terræ partitio. Ars metiendi.

Geraria navis, vid. *Navis.*

Gerere]

Gerere] Geſtitare, *Plaut.* Geſtare, *Tac.* Portitare, *Gell.*

Geram officium meum] Non deero officio meo. Nunquam ceſſabo in officio meo, *Er.*

Germanè, vid. *Fraternè.*

Germanus, de gente] Teuto. Strabo. Teutonus, *Plin.*

Germen, vid. *Gemma.*

Germinare, vid. *Gemmare.*

Geſticularia] Ludia, *Mart.* Mima, mimula, *Cic.*

Geſticulator, vid. *Hiſtrio.*

Geſtire, i, velle] Geſtio ludere, *Perſ.* Geſturire, *Amm.* Libido (mihi) eſt irridere, *Plaut.* Tenet me aviditas; cupiditas dimicandi; ſtudium alicujus rei. Intemperans ſum in ejus rei cupiditate. Ardebat cupiditate ſic,ut &c. *Cic.* Acuit animum aliqua cupiditas. Salivam mihi movet aliquid, *Sen.* Capiuntur porcelli ſequi matrem, *Varr.*

Geſtus] Motus corporis. Actio, pronunciatio, *Cic.* Flexus & motus. Eurythinia, *Quint.* Geſticulus, *Non.*

Geſtu uti] Geſtum agere, *Cic.* Geſticulari, *Suet.* Digiti cum voce loquuti, *Tibul.*

Gibbus] Gibber. Tuber Cameli, *Plin.*

Gibboſus] Gibber. Gibberoſus, *Firm.* *Suet.*

Gigas] Partu terra nefando Cœumque Japetumque creat, ſævumque Typhæa, *Virg.* Extrapeli (id eſt, prodigioſo incremento augeſcentes,) *Plin.*

Giganteus] Coloſſicus, & Coloſſeus homo, *Plin.* Coloſſeros homo, *Suet.*

Gignere] Generare hominem. Progignere. Procreare. Fœtum producere. Ferre, *Cic.*

Gilvus] Flavus. Flavens arena, *Virg.* Flavidus. Melleus color Cerinus. Cereus, *Plin.* Cirthus, *Gell.* Hilvus, *Varr.* Helvolus. Helveolus, *Cato, Varr.* Ravus, *Feſt.*

Gingiva] Gingivula, *Apul.* Epulis excreſcens caro ad molares, *Rhodig.*

Gingras, tibia ſtridula] Gingrica tibia. Gingros, *Rhodig.* Gingrinæ, *Feſt.*

Glaber] Glabellus corpore. Cucurbitâ glabrior. Depilis, *Varr.* Deplumis, implumis, *Plin.* Subvulſus, *Gell.*

Digitized by Google

Glabrare] Deglubere pecus, *Suet.* Excoriare, *Sipont.* Deſpoliare virgis dorſum alicujus, *Plaut.*

Glabreſcere] Lævigari, *Varr.*

Glacies] Cryſtallum. Concreta in flumine cruſta, *Virg.* Aqua gelu concreta. Duramen aquæ, *Lucr.*

Gladiarius] Gladiator, *Bud.* Machæropæus, *Cœl. Rhod.* Gladiorum artifex, *Treb.*

Gladiatorius ludus] Gladiatorium certamen, munus, pugna. Gladiatorium, *abſ. It.* Gladiatores, *Cic.* Vid. *Pugil.*

Gladius] Enſis, *Lucan.* Machæra, *Cœl.* Spatha, *Apul.* Mucro, *Virg.*

Glandula] Antiades. Tumor faucium, *Vlp.* Strumæ, *Celſ.* Mammoſus pannus, *Plin.* Phygethlon, *Celſ. Iun.*

Glans] Balanus, *Plin.* Fruges roburneæ, *Col.*

Glarea] Glareola, *Plaut.*

Gleba] Grumus terræ, *Col.*

Gleboſus] Glebulentus. Glebioſior terra, *Plin.* Craſſis glebis, *Id.*

Gliſcit ignis] Convaleſcit flamma magnâ congerie, *Quint.* Volvit globos flammarum aliquid. Furit æſtus ad auras, *Virg.* Ardet in immenſum geminatis ignibus Æthna, *Ovid.*

Globus] Sphæra, *Cic.* Soliditas rotunda, *Plin. Iun.*

Glocire, gallinarum] Sequitur grex gallinam ſingultientem. Singultientem matrem ſequuntur pulli, *Col.* Singultus nutricis ſequuntur pulli. Singultu pullos convocat, *Pallad.* Gracillat gallina, *Aut. Philom.*

Glomerare fila] Conglomerari poſſet ejus textura, *Lucr.* In glomum cogi, *Lambin.*

Glomus] Glomulus, *Apul.*

Gloria] Fama perpetua. Nomen. Gloriola, *Cic.* Adorea, *Claud.* Claritudo, *Siſen.*

Gloriatio, vid. *Iactantia.*

Gloriam captare ex frivolis] In muſtaceo laureolam quærere.

Gloriari, vid. *Iactare ſe.*

Glorioſus] Illuſtri laude celebratus. In gloria eſt. Eſt illuſtris

luſtris honore ac nomine vir. Prædicabilis. Magno honore ſpectatus. Glorioſus in vulgus, *Cic.* Vid. *Celebris.*

Gloterare] Gloctorare. Crepitante roſtro plaudit, *Ovid.* Ore crepitare, & ſonum non vocem edere.

Glubere] Delibrare corticem, *Col.* Decorticare arborem, *Plin.* Cingere arborem, *Vlp.* Deglabrare, *Paul. IC.*

Gluma] Utriculus Zeæ. Vagina grani. Vaginula, *Plin.* Theca grani, *Varr.*

Gluten] Aſphaltum, *Hermol.* Glux, *Auſon.* Glutinum, *Plin.* Colla, *Sipont.*

Glutinare aliquid] Bituminare. Conglutinare. Solidare. Concorporare, *Plin.* Coagmentare. Compingere, *Cic.* Coadunare ſtatuæ brachium, *Vlp.* Maſſare, *Lucr.*

Glutire] Degulare, *Plaut.* Trajicere cibum. Tranſmittit guttur alimenta.

Glycyrrhiza] Glycyrrhizon. Adipſos. Scythice. Scythica, *Plin.*

Gnarus] Prudens locorum, *Liv.* Conſcius mihi in privatis omnibus. Intelligentia alicujus rei præſtat, *Cic.* Expertus, *Liv.* Scitus lyræ, *Ovid.* Expertor turbarum, *Sil.* Notus. Novi, notis prædicas, *Plaut.* Sagaciſſimus naturæ, *Col.* Experiens. Experientiſſimus, *Cic.* Sciens latinæ linguæ, *Gell.* Scius, *Macrob.* Multarum rerum uſum habet. Peritus ad diſciplinam, *Cic.*

Gnomen] Solis umblicus, *Plin.* Indagator umbræ, *Vitr.* Veruculum in medio amuſio ſtans ad umbras cognoſcendas, *Philand.*

Goſſampinus] Goſipinus: Linum goſſipinum: è goſſipio ſeu Xylo frutice. Linum Xylinum, *Plin.* Lana lignea, *Vlp.*

Goſſipium] Xylon. Lanigera arbor. Goſſampinus arbor, *Plin.*

Gracileſcere, vid. *Macere.*

Gracilis] Gracile corpus. Subſtricta crura Exiles artus, *Ovid.* Prætener, *Cic.* Perexilis, *Col.* Gracilipes ciconia, *Petron.* Junceus, *Ter.* Monogrammos, *Cic.* Petilus, *Lucil.*

Gracilitas] Exilitas vitis, *Col.* Tenuitas caudæ, *Plin.*

Gracilitudo ſtatuæ, *Acci. Non.* Contractus, ûs, & contractura columnarum, *Vitr.*

Graculus] Gracus, *Varr.* Monedula, *Cic.* Cornicula, *Hor.*

Gradarius equus] Tolutarius, *Sen.* Aſturco, *Plin.* Aſtur equus, *Mart.* Ad numerum colligens ungulas, *Id.* Tolutim incedens, *Plaut.* Tolutim carpens inceſſus. Glomeratim incedens, *Non.* Sinuans volumina crurum. Greſſus glomerans ſuperbos, *Virg.*

Gradatim] Gradibus aſcendere, *Cic.* Ad modum ſcalæ. Scalari formâ.

Gradi] Tollere gradum, *Plin.* Facere gradum, *Cic. Plaut.* Gradi gradum. Grandiorem facere gradum. Grandi gradu properare. Grallatorio ire gradu. Militari metari gradu. Vegrandi gradu ire, *Id.* Proceros paſſus proferre, *Lucr.* Ingenti venire gradu, *Ovid.*

Gradus] Veſtigium, *Cic.* Paſſus, *Lucr.*

Græcè loqui] Græciſſare. Atticiſſare, *Plaut.*

Græcus] Græcanicus. Græcienſis. Græculus, *Cic.*

Græcus ſermo] Græcanicus ſermo, *Plin.* Græcæ literæ, *Cic.* Helleniſmus, *Priſcian.*

Gramen] Boves cum *viride* comedunt, *Col.*

Grammatica] Literatura. Literarum ſcientia. Literarum cognitio. Rectæ loquelæ, rectæque Scripturæ. Literæ, *abſ. Cic.*

Grammaticus] Grammatiſta. Literator. Literatus, *Suet.* Filii Grammaticorum.

Granarium] Cella & horreum Romanorum. Cella frumentaria, *Cic.* Veterarium, *Sen.* Veteris frumenti theca. Conditorium frugum, *Amm.*

Grandeſcere] Ingrandeſcere, *Col.* Turgeſcere, *Ovid.* Craſſeſcere, *Plin.* Grandere, *Col.*

Grandinat] Grando decidit, *Zenod.*

Grandinare deſinit] Degrandinat, *Ovid.*

Grandis] Grandior virgo, grandiuſcula, *Ter.* Grandiculus. Statutus homo, *Plaut.* Adulti artus, *Stat.* Generoſus, *Ovid.* Incrementi majoris, *Col.* Quadricubitus, *Iun.*

Granditas] Auctus arboris. Augmen corporis perfectum,

ctum, *Lucr.* Generoſitas ſurculorum, *Pallad.* Majeſtas boum, *Varr.*

Grando] Glacies ſuſpenſa, *Sen.* Calamitas olera non attigit, *Plaut.* Calamitoſa tempeſtas, *Cic.* Guttæ aquæ concretæ ſolito grandiores, *Firm.* Congelata pluvia. Grandine concuſſum, calamitoſum frumentum.

Granum] Nucleus pomi, uvæ, *Plin.*

Graſſari, violento greſſu ferri] Curſu magno ferri. Incitatus feror, *Cic.* Effuſiſſimis habenis invadere, *Cic.*

Gratè] Gratâ memoriâ. Grato animo proſequi aliquid, *Cic.* Gratanter accipere aliquem, *Capitol.* Secundâ voluntate hominum, *Cic.*

Gratia] Propenſior voluntas. Secunda voluntas, *Cic.* Favor, *Claud.*

Gratia non poteſt referri par parenti, ne malo quidem] Nemo parem gratiam referre parenti poteſt, ne malo quidem. Nec malo parenti quiſquam referre gratiam poteſt. Non poteſt par gratia rependi patri vel malo.

Gratia ſit conſtans] Immortales ſunt gratiarum horti, *Sen.*

Gratias agere] Grates alicui habere, *Plaut.* Ampliſſimis verbis gratias agere. Immortales, incredibiles, mirificas, ingentes gratias agere. Amo te de hac re. Multum te amamus quòd. Utinam illum diem videam, quo tibi agam gratias. Summâ gratiarum actione complector officium tuum. Quibus officiis tua beneficia remunerabor? Ago tibi gratias ſingulares. Partem meritorum alicujus referendâ, aut cogitandâ gratia conſequi, *Cic.* Tui beneficii in perpetuum prædicator ero. Maximas gratias tibi ago, majores etiam habeo, *Id.* Quod tam officiosè me commendaris, gratiam & habeo, & habiturus immortalem. Quòd tantâ fide mea negotia procuraris, pares gratias agere vix poſſum, referre nequaquam. Quòd me paſſim amantiſſimè prædicas, video quantum debeam tuo in me ſtudio. Quòd meis commodis tantopere ſtudes, & habetur à me gratia, & habetur ſemper. Quòd nos pro tua virili tueris, gratum eſt. Grates perſolvere dignas non opis eſt noſtræ. Fateor me tibi de-

vinctum eſſe. Hoc nomine plus tibi debeo, quàm ut unquam ſolvendo eſſe poſſim. Hic officio arctiùs me tibi adſtrinxiſti, obligatiorem reddidiſti, magis obnoxium effeciſti, quàm ut vel verbis agere gratias poſſim, *Er.*

Gratia Dei] Eſt diis gratia unde hæc fiant, *Ter.* Deûm virtute multa bona penè parta habemus, *Plaut.* Diis volentibus magni & opulenti eſtis, *Saluſt.* Divina gratiâ, liberalitate, benignitate. Quæ benignitas Dei eſt. Quod divinæ benignitati tribuo. Quod volente & largiente Deo accidit, Dei munere.

Gratiam inire, vid. *Mereri de aliquo benè.*

Gratificari alicui] Beaſti me. Reſpondere voto alicujus, *Plin. Iun.* Ex voluntate alicujus agere, *Quint.* In gratiam, honorem alicujus agere, *Sen.* Ad voluntatem loqui. Gratiam quærere, *Cic.* Volentia plebi facere, *Non.*

Gratis] Gratiis. Per beneficium & gratiam alicui concedere aliquid, *Cic.* Gratiis, *Ter.* Ex pari gratia eccam tibi, *Plaut.* Gratiâ, *Flor.*

Gratitudo] Gratus animus. Gratia & memoria officiorum, beneficii &c. *Cic.*

Gratuitus] Voluntarius amicus, *Cic.* Ultroneus, *Sen.* Spontaneus, *Macr.* Spontalis, *Apul.* Beneficiarius, *Sen.*

Gratulari alicui, hoc vel illud] Gaudeo te nobis optantibus incolumem eſſe redditum. Gratulamur tibi victoriam, *Suet.* Gratulor viciſſe te. Quod victor redieris, vehementer gaudeo. Te novâ prole eſſe auctum, gaudeo. Salvum te advenire volupe eſt. Lætor tuo nomine, quòd uxor feliciter pepererit. Voluptati mihi eſt, quòd tibi res ex ſententia ceſſerit. Tuâ gratiâ gaudeo, quòd res præter ſpem benè verterit, *Er.*

Gratulatio] Congratulatio, *Cic.* Faventia, *Val. Max.* Bona ominatio, *Feſt.*

Gratus, i. e. acceptus] Pergratus. Gratus in vulgus, *Tac.* Grati generis, *Plaut.* Habet gratiam, *Plin.* Vid. *Acceptus. Suavis.*

Gratus beneficii] Gratus ac memor beneficii. Gratus in aliquem. Reſpondet officiis, *Cic.* Benè apud memores veteris

teris

teris ſtat gratia facti, *Virg.* Quod beneficium haud ſterili te obſeviſſe, in ſegete cognoſces, *Acci.*

Gravare] Aggravare, *Quint.* Deprimere, *Plaut.* Prægravare, *Plin.* Coonerare, *Tac.*

Gravari] Urgeri onere. Urget onus, *Cic.* Gravat me iſte labor. Urgetur corpus mole, *Virg.* Eſt mihi oneri, *Liv.*

Gravatim, vid. *Invitè.*

Gravedo] Deſtillatio, *Cæſ.* Rheumatiſma, *Cæl. Rhod.* Deſtillans humor, *Celſ.*

Gravida mulier] Prægnans fœmina, *Cic.* Repleta, *Iuſtin.* Gravida puero mulier, *Plaut.* Fœta, *Col. Virg.* Gravis utero, *Plin.*

Gravidant ſe animalia] Faciunt gravida, *Plaut.* Implent fœmellam, *Col. Ter.* Implevit uterum generoſo ſanguine, *Ovid.*

Graviditas] Alvus gravida, *Feſt.* Prægnatio animalium, arborum, *Varr.*

Grave quid] Onus Æthnâ gravius ſuſtinere. Oneris magni. Gravior quàm ut ferri poſſit.

Gravis] Ponderoſus. Oneroſus, gravida manus, *Plaut.* Multas manus poſcit. Ingeſtabilis. Prægravis, *Plin.* Pondus habens, *Ovid.* Injuſtus faſcis, *Virg.* Contrarium æs, *Feſt.*

Gravis vir] Auctoritate gravis. Magnæ auctoritatis. Magna auctoritate. Habet auctoritatem. Valet auctoritate. Præditus auctoritate. Vir in quo ſumma eſt auctoritas & amplitudo. Serius & gravis vir. Dignitatis retinens. Locuples auctor, *Cic.* Ampliſſimus auctor, *Tac. Plin.*

Graviter] Graviter concidit, *Virg.* Prægraviter, *Cic.* Gravatim cadere, *Lucr.*

Gregatim] Frequenter, frequentiſſimi venerunt, *Cic. Cæſ.* Catervatim volant ſturni, *Plin.* Acervatim, *Id.* Uno grege, *Curt.* Globatim diſperſi prædones, *Amm.* Conglobatim, *Liv.* Congeſtim, fartim, coacervatim, *Apul.* Congeſtè, *Iul. Cap.* Numeroſiſſimè, *Apul.* Glomeratim eunt, *Macrob.*

Gremium] Sinus. Complexus, *Cic.*

Gremium veſtis] Lacinia, *Plaut.* Ala veſtis, *Scal.* Alaria, *pl. Virg.*

Digitized by Google

Grumusterræ] Gleba, *Cic.* Panes æris, Granum, *Plin.* Maſſa, *Virg.*

Gubernare navem] Gubernare, *abſ.* Clavum tenere. Gubernacula tractare. Sedere ad gubernacula. Moderari navigium, *Cic.*

Gubernator] Moderator & gubernator ventorum, *Cic.* Auriga carinæ, *Cariſ.* (*Proreta in prora, Gubernator in puppi*) Servaculus, *Varr.* Proreus, *Ovid.*

Gula, vid. *Guttur.*

Gubernatio, vid. *Moderamen.*

Guloſus] Heluo. Gurges, natus abdomini ſuo. Vorago, *Cic.* Catillo, guttur, gutturoſus. Ingluvioſus. Curculio, *Feſt.* Comedo, *Varr.* Gluto, *Perſ.* Lurco, *Plaut.* Venter, *Lucil.* Barathrum macelli, *Hor.*

Gummi] Lacryma arborum, *Plin.* Gumma, gumen, *Pallad.* Gummis, *Col.*

Gurges] Vorago, *Cic.* Charybdis, *Virg.*

Gurgulio] Summum gulæ. Fauces, *Plin.* Frumen, *Donat.*

Guſtare] Deguſtare. Facere vini cenſuram, *Plin.* Explorare guſtu epulas, *Tac.* Tentare guſtu. Explorare maturitatem uvarum, *Col.* Delibare cibos, *Claud.* Libare, *Virg.* Primis labris attingere, *Cic.* Pitiſſare, (modicè bibendo guſtare) *Ter.* Prolibare, *Plin.*

Guſtatio] Prælibatio, *Feſt.* Prolibatio. Libamentum, *Sen.* Deguſtatio, *Vlp.* Guſtatus, *Cic.*

Guſtus] Gula, *Col.* *Intellectus* ſaporum eſt in palato, *Plin.* Palatum, *Ovid.* Ingenioſa gula, *Mart.*

Gutta] Ros, *Ovid.* Cum tot poſſideret flumina in ſuo orientia, in ſuo cadentia, mendicavit *ſtillicidia*, *Sen.* Stilla, *Plin.* Aſpergo, *inis*, *Amm.*

Guttatim] Per ſtillicidia, *Sen.*

Guttatus] Rorans poculum, *Cic.* Guttans, *Plin.*

Guttur] Gula, *Plin.* Gluttus, vel Glutus, *Perſ.* Cibaria fiſtula, *Lact.* Rumen, *Feſt.* Stomachus, *Cic.*

Gymnaſium, vid. *Schola.*

Gynæceum, vid. *Virginal.*

Gyrare, vid. *Rotundare.*

Gyrus, vid. *Circuitio.*

Habe-

Digitized by Google

H.

HAbena] Habena curulis. Lorum, *Trop. Virg.* Retinaculum, *Id.*

• *Habe tibi hoc*] Tene tibi. Apage iſtiuſmodi ſalutem cum cruciatu quæ advenit. Solum eum, licet ames, me æmulum non habebis. Serva tibi, *Plaut.*

Habeo] Eſt mihi, Poſſideo, *Cic.* Obtineo aliquid, *Ter.* Occupo, *Lucr.* Ineſt mihi, *Plin.*

Habeo te] Captus es.

Habitaculum] Domicilium. Commoratio. Sedes, *Cic.* Habitatio, *Col.* Manſio, *Pallad.* Tabernaculum.

Habitare] Nunc hìc habet, *Saluſt.* Inhabitare in, *Plin.* Incolere aliquem locum. Colere urbem. Commorari in vita. Morari in Italia. Manere domi. Degere inter feras. Verſari in, *Cic.* Demorari alicui, *Vlp.* Tenere ſe alicubi, *Plin. Iun.* Agitare in tuguriis, *Sal.* Agemus illic. Circumcolere aliquem locum, *Liv.* An ſupernè agentes humana negligant? *Non.* Stabulari, *Serv.* Intermanere, *Lucan.*

'*Habitant ibi*] Habitatur & colitur ea pars frequentiſſimè. Habitabilis eſt regio, *Cic.*

Habitudo corporis] Conſtitutio. Habilitas. Affectio corporis firma, *Cic.* Temperamentum, *Firm.* Temperatura, *Plin.*

Hac] Iſtac, *Ter.*

Hactenus] Adhuc. Uſque. Uſque eò donec, *Plaut.* Uſque eò dum. Ad id locorum, *Liv.* Tantiſper dum. Tam diu quàm diu. Tam diu dum. Eatenus, *Cic.* Tantiſper quoad, *Vlp.* Eouſque, *Colum.* Uſque adeo dum. Uſque dum, *Ter.* Tam diu donec, *Col.* Tam diu quoad, *Vlp.*

Hæmorrhois, vid. *Menſtrua.*

Hærere] Inhæreſcere in. Implicari aliquâ re. Inhærere. Illaqueari. Irretiri. Valdè implicatus hæreo, *Cic.* Hæſitare, *Liv.* Innecti, *Tac.* Impedivit ſe in plagas, *Plaut.* Obhæret equus, *Lucr.* Impeditus ac penè conſtrictus ſum.

Hærere ubi prius] Hærere in iiſdem ſcopulis. In eodem luto. In hoc mihi aqua hæret.

Hæreſi-

Digitized by Google

Hæreſiarcha] Qui populari blandiente favore, ſenſim callum pertinaciæ ubi obduxit, deploratâ arrogantia decreta ſua adſtruxit, *Bud.* Rerum novarum in diſciplina Chriſtiana reus. Pravarum religionum virus ſpargens. Antichriſti multi ſunt ex 1 Joh. 2. 18. *Auguſt.* Pravi alicujus dogmatis primus auctor, ſeminator, ac magiſter.

Hæreſis] Cato eſt in ea hæreſi, id eſt, opinione, *Cic.* Vid. *Secta.*

Hæreticus] Peſtiferis de religione opinionibus imbutus. Catholicæ Eccleſiæ dogmata impugnans. Qui illum, aut iſtum profitetur, *Bud.*

Hæſitans] Eluctantium verborum homo, *Tac.* Singulas ſyllabas ſingultiens, *Apul.* Titubans lingua, *Ovid.* Vid. *Balbus.*

Hæſitantia] Hæſitatio linguæ. Titubatio, *Cic.* Titubantia linguæ, *Macrob.* Titubantia oris, *Suet.* Nodus linguæ, *Iuſtin.* Offenſantis linguæ fragmen. Blæſum os tibi debiliſque lingua eſt, *Manut.* Obligatio linguæ, *Iuſtin.*

Hæſitare] Titubare, & Titubare verbo. Titubante linguâ loqui. Piſoniano vitio teneri, (*qui tertiata verba vix profert, & tamen loqui non ceſſat, quod Piſoni objicit Cicero.*) Labi ſermone. Reſorbere vocem carptim, *Plin.* Adhæsè loqui, *Gell.* Fringultire, *Apul.* Fremens & ſemianimi voce ſubſtrepens ait, *Petron.* Infringere linguam, *Lucr.*

Halare] Halitare, *Enn.* Reddere animam, *Lucr.* Spiritum, *Celſ.* Anhelare, *Cic.* Proſpirare, *Cato.*

Halcyon] Halcedo, *Plaut.*

Halitus] Spiritus, *Animam* continere, *Cic.*

Halo] Corona circa ſidera, *Sen.* Circulus circa ſidera, *Plin.* Area, *Bud.*

Hara] Suile. Vivarium ſuum, *Plin.*

Harmonia, vid. *Melodia.*

Haſta] Cuſpis, *Ovid.* Falarica, ſeu Phalarica, *Liv.*

Haſtatus] Phalanx (equites haſtati ſunt.) Anteſignani. Poſtſignani, *Lipſ.* Contarius, *Capit.* Contophorus, *Rhod.*

Haud, vid. *Non.*

Haurire] Antlare, *Feſt.*

Hauſtim

Digitized by Google

Hauſtim bibere] Ductim bibere, *Plaut.* Uno impetu, *Plin.* Uno ſpiritu poculum immane exhaurire, *Cic.* Amyſtide bibere. Trahere poculum, *Hor.* Raptim & ſine interſpiratione potare, *Plin.* Uno hauſtu, ductu, poculum evacuare. Vini poculum continuo produxit hauſtu, id eſt, *eduxit.* Grandiſſimum calicem uno hauſtu perhauſi, *Apul.*

Hebes] Obtuſus vomer. Obtuſa acies, *Virg.* Plumbeus, *Cic.* Præpilatus, *Plin.* Hebetatus, *Suet.* Retuſa ſecuris, *Plaut.* Obeſæ naris, *Horat.*

Hebeſcere] Hebeſcere, *Liv.* Hebeteſcere, *Plin.* Stupeſcere, *Hor.*

Hebetare] Retundere. Perſtringere aciem, *Cic.* Refringere. Obtundere, *Plin.*

Hebetudo] Hebetatio, *Plin.*

Heluari] Bacchari. Bacchanalia vivere, *Iuv.* vid.

Heluamini] Bibite. Pergræcamini. Effercite vos. Saginam cudite. Dies noctesque bibite. Paſcite paraſitos. Obſonate pollucibiliter. Eſtur, bibiturque ſemper, neque quiſquam parſimoniam adhibet. Sagina plane hîc eſt, *Plaut.*

Heluo] Decoctor, *Cic. Sen.* Gurges & vorago patrimonii. Naufragus pâtrimonio, *Cic.* Obliguritor, *Firm.* Degulator, *Apul.* Vappa, *Hor.* In ventrem illi correpſerunt ædes. Omnia comedit, quod fuit, quod non fuit, *Plaut.* Sumit, conſumit, perdit. Imò age ut lubet, ede, bibe, diſperde rem, &c. *Id.*

Hem] Ehem! Hui! Papæ! Vah conſilium callidum, *Ter.* Atat! Euge. Eugepæ! Viden? Ecceve, *Plaut.*

Hepar] Jecur, *Plaut.* Venarum radix, & ſanguinis theſaurus, *Hipp.* Sedes amoris, *Plato.*

Hepaticus] Jecinoroſus, *Scribon.*

Hera, vid. *Domina.*

Heraclius lapis, vid. *Coticula.*

Herbidus] Herboſus. Herbifer mons, *Ovid.*

Hereditas] *Familiam* primus habeto. Hereditas commiſſa. Obvenientia. Applicatio, vel, jus applicationis, *Cic.* Diatheca, *Mart.* Obventio, *Vlp.*

Heredem facere] Scribere, conſtituere, relinquere teſtamento

mento aliquem hæredem. Vocare in partem hæreditatis, *Cic.*

Heredipeta] Captator, *Iuv.* Vultur, *Sen.*

Hereditariè] Hereditario jure.

Heri] Heſterno die, *Catul.* Heſternâ luce, *Ovid.* Heſternò, *Lipſ.*

Heri filius] Filius familias, *Cic.* Herilis filius, *Ter.* Herus minor, *Plaut.*

Hermaphroditus] Ambigui generis homo. Androgynus. Hermathena, *Cic.* Infans incertus, maſculus an fœmina eſſet, *Liv.* Ambiguus: modò vir, modò fœmina, *Ovid.* Diphyis, *Plin.*

Hernia] Enterocela, *Celſ.* Hydrocela, *Mart.* Ramex, *Plin.*

Herniosus] Enterocelicus. Ramicoſus. Hydrocelicus, *Plin.*

Heroina] Herois, *Mart.*

Heroicus] Heroicæ perſonæ. Herous, *Cic.*

Herpes, vid. *Hulcus.*

Herús] Paterfamilias. Dominus in ſuis ædibus. Dominus in ſuos, *Cic.* Paterfamiliæ, *Mart.* Pater domus, *Hor.* Herus major, *Plaut.* Vid. *Dominus.*

Heſperus] Veſper, *Catul.* Veſperugo, *Plaut.* Venus. Stella veneris, *Cic.* Noctiluca Venus, *Catul.*

Heu mihi] Hei miſero mihi. Me miſerum, *Ter.* Heu mihi, nequeo, quin fleam, *Plaut.* Rem miſeram, *Cic.* Infandum! *Virg.* Proh dolor, *Liv.* O meum malum grave! Heu infortunium meum! Heu heu! *Plaut.*

Heus] Heus tu. Heus adoleſcens. Ecquid audis? Ecquid attendis? *Cic.* Audin? Eho. Eho tu. Tibi ego dicam annon? *Ter.*

Hiare] Hiſcere, *Plaut.* Hiaſcere, *Cato.* Oſcitare folia, *Plin.* Inhiare. Rimas agere, *Cic.* Segmina fiunt in pariete, *Vitruv.* Rimis fatiſcere, *Virg.* Vitium facit domus, *Cic.* Rimoſa fiunt tectoria, *Vitr.* Scindunt ſe, *Cato.*

Hiatus] Derupta hiatuum vorago ac præcipitium.

Hiberna] Hibernacula, *Liv.* Hiemalia, *Vopiſc.*

Hibernare] Hiemare. Tolerare hyemem, *Cic.* Agere hiemem ſub tectis, *Liv.* Perhyemare, *Col.*

Hic,

Digitized by Google

Hic, hæc, hoc] Hoc morbi. Hoc hominis, pro, hic homo', *Ter.* Hoc literarum. Hic iſte. Hic ille, *Cic.* Is, iſte, iſthic, iſthæc, iſthoc, *Ter.* Hoc genus, *Varr.* Id genus, *Col.*

Hiemalis] Brumalis dies. Hibernus menſis, *Cic.*

Hieme] Per hiemem navigare, *Cic.* Hibernò, *Venul. ICt.*

Hiems] Hiemes, *Cæſ.* Bruma, & brumis, *plur.Cic.* Terræ requies.

Hiems eſt] Hiemat. Fidicula exoritur. Hiemat & pluit. Hiemat tempus, *Plin.*

Hieme finitâ] Sub hiemem ſtatim. Hirundine primâ, *Hor.* *A bruma* ſata, quadrageſimo die vix exſiſtunt, *Plin.* Hieme extremâ. Seneſcente, *Cic.*

Hieroglyphica] Ægyptiæ literæ, ſculpturæ, Effigies, *Apul.* Ignorabiles literæ, *Lucr.* Primi Ægyptii per figuras animalium ſenſus mentis effingebant, *Tacit.* Emblemata.

Hilaris] Hilaritate plenus. Hilarulus. Hilarula, *Cic.* Feſtus, *Quint.* Defæcatus animus, *Macrob.* Liquido animo, *Plaut.* Lubens, *Ter.* Remiſſus, *Sen.* Frons erugatâ, exporrecta. Hilarus homo, *Ter.*

Hilarem eſſe] Proferre gaudia oculis, *Plin.* Diffundere vultum, *Ovid.* Explicare frontem. Demere nubem ſupercilio, *Hor.* Laxare animum. Suſtuli animum. Exporrigere frontem, *Cic.* Soluto liberoque animo eſſe.

Hilaritas] Hilaritudo, *Cic.* Lubentia, *Plaut.* Jucunditas vitæ. Feſtivitas ſermonis, *Cic.* Vidi Jucunditas.

Hilariter] Hilariùs. Remiſsè tractare res triſtes. Hilarem in modum. Hilari atque læto vultu. Jucundè vivere cum remiſſis, *Cic.* Hilariſſimè. Hilaritus. Porrectiore fronte, *Plaut.* Lætè, *Quint.* Lætanter, *Lamp.* Ampliſſimè habitare, *Plin. Iun.* Laxatis curis. Hilarè, *Cic.*

Hinc] Inde eſt quòd, *Plin. Iun.* Aufer *abhinc* lacrymas, *Lucr.*

Hinc inde, vid. *Sparſim. Vndique.*

Hinnire] Hinnilitare, *Lucil.*

Hinnitus] Fremitus equorum, *Virg.* Sonus equi, *Propert.*

Hircus] Vir gregis. Caper. Dux & maritus pecoris. Vir capellarum, *Mart.*

Hirſutus]

Digitized by Google

Hirſutus] Villoſus. Veſtitiſſimum pecus. Lanatus, *Col.* Hiſpidus. Lanuginoſus, *Plin.* Hiſpidoſus, *Capitol.* Vibratus, *Plin.* Piloſus. Capillatus. Horridus, *Cic.* Comans. Comatus, *Mart.* Cæſariatus, *Plaut.* Urſo hiſpidior, *Er.* Ruſco horridior, *Er.*

Hirudo] Sanguiſuga. Alabeta & Alabetes, *Plin.*

Hirundo] Avis hoſpita, *Var.* Avis exul hiemis.

Hiſtoria] Monimenta antiquitatis, rerum geſtarum; annalium, *Cic.* Geſta, *Tac.* Acta, *Iuv.* Speculum prudentiæ. Magiſtra vitæ, *Cic.*

Hiſtrio] Ludius. Mimus. Ethologus, *Cic.* Scenicus joculator. Mimologus. Orcheſtopalarius, *Firm.* Chironomus. Pantomimus, *Bud.* Geſticulator, *Col.* Geſticularis puer, *Amm.* Scenicus. Thymelicus, *Vitruv.* Ventilator, & Pilarius, *Quint.* Ludio, *Liv.*

Hiſtrionalis] Mimicus, *Cic.* Pantomimicus, *Sen.* Ludicer, *Plaut.* Ludius, *Catul.* Ludianus, *Varr.*

Hiſtrionica] Hiſtrionia, *Plaut.* Hiſtrionale ſtudium, *Tac.* Ars hiſtrionum, *Cic.* Ars ludicra, *Plaut.*

Hoc ad me non pertinet] Mihi iſthic nec ſeritur, nec metitur.

Hoc eſt] Id eſt, *Cic.* Quod dico tale eſt, *Sen.* Quod eſt, *Feſt.* Hoc illud eſt, quod dicitur, *Catul.*

Hodie] Hodiernè, *Tibul.*

Hodieque] In hunc diem, *Plaut.*

Homicida] Parricida civium. Percuſſor. Thrax, Interfector, *Cic.* Cui hominum mors omnis in uſu eſt, *Lucan.* Patrator necis, *Tac.* Necator hominum, *Macr.* Interemptor. Mactator ſenum, *Sen.* Sicarius, *Cic.*

Homicidium] Multorum civium neces. Parricidium civis, fratris, Reipub. *Cic.* Internecidium, *Iſidor.*

Homicidium patrare] Parricidam eſſe. Reum eſſe homicidii. Nefario ſe alicujus parricidio obſtringere, *Cic.*

Homo] Caput, *Cic.* Perſona, *Plin.* Anima, *Tac.* Microcoſmus, *Sipont.* Mortalis, *Plaut.* Animal divinum. Ambulatilis planta. Coadjutor Dei. Colluſor Dei. Dei ludibrium. Dominus creaturarum. Imago Dei.

Homi-

Homines] Genus humanum, vel, hominum, *Cic.* Mortales, *Plin.* Capita. Nomina, *Sen.* Animæ, *Hor.* Mentes albas, *vocat Lipſ.* homines ſimplices.

Homines ſibi invicem humanitatem debent] Homo ſacra res homini. Homo homini Deus.

Hominis vita] Concatenatio laborum.

Honeſtas] Honeſtum. Dignitas. Ingenuitas, *Cic.* Reſpectus honeſti, *Lucan.* Honorificentia, *Capitol.* Honor verborum, *Quint.* Majeſtas loci, *Liv.* *Rectum* trahat ad amicitias, *Hor.*

Honeſtè] Ingenuè educatus, Liberaliter, *Cic.* *Venerabundè* templum ingreſſi, *Liv.* Pudicè actum ævum, *Ovid.* Pudiciùs. Reverenter, *Plin. Iun.* Reverentiſſimè, *Suet.* Dignanter audire loquentem, *Vopiſc.*

Honeſtus] Honoratus. Honorabilis vir, ſpectatus vir, *Cicer.* Venerabilis vir, *Plin.* Veneranda effigies, *Val. Argon.* Reverendus, *Claud.* Specioſus, *Hor.* Pudicus thalamus, *Ovid.*

Honor] Dignitas, *Cicer.* Titulus, *Ovid.* Dignatio, *Suet.* Amplitudo, *Cic.* Majeſtas, *Feſt.* Honos, *Cic.* Decus, *Id.*

Honos onus] Corona fulgidum ærumnarum auctoramentum. Faſces ſunt faſces.

Ad honores provehi] Aſcendere in Capitolium. Adſcendere ad honores, in honorem. Capeſſere honorem ſenatorium, *Tacit.* In altiſſimo dignitatis locari gradu. In ſedem honoris aſcendere. Provenire ad dignitatem. Procedere honoribus. Honoribus decorari, *Cic.* In dignationem pervenire, *Liv.*

Honores affectare] Inſervire honoribus, *Cic.* Laborare in famam, *Sen.* Deſervire honoribus, *Plin. Iun.*

Honorum exſpectans] Candidatus, Officioſiſſima candidatorum natio. Tribunitius. Candidatorium munus, *Cic.* Candidâ veſte indutus, *Hor.*

Honoris cauſa multa fiunt] Honos alit artes. Honos virtutis alimentum, *Val. M.*

Honore dignus] Venerandus. Venerabilis, Auguſtus, *Serv.* Vid. *Honeſtus.*

Digitized by Google

Honorare] Afficere, ornare honore, honoribus. Facere, augere, deferre, dare, præſtare, habere alicui honorem. Habere in honore. Perhibere honorem. Dignare aliquem, & dignari. Colere, obſervare, venerari hominem; obſervantiâ colere. Cohoneſtare. Mactare honore, *Cic.* Veneratione proſequi, *Paterc.*

Honorarium] Honor. Honoris aliquid habere alicui, *Cic.* Lautia, *pl. Liv.* Dautia, *quæ dabantur Legatis*, *Scal.* Xenia, *Plin.* Voluntarium munus.

Hora] Horarium ſpatium, *Suet.*

Hordeaceus] Hordearius, *Feſt.*

Hordeum] Molâ mactatus porcus, i.e. hordeo auctus, *Scal.*

Horizon] Finiens, *Cic.* Finitor, *Sen.* Cortina cœli corporei cærulea, *Enn.* Concha cærulea, Hemiſphærium ſuperius, *Varr.*

Horrendè] Formidolosè, *Cic.* Monſtrificè, *Plin.* Ferale gemiſcunt, *Claud.*

Horrendus] Truculentus, & terribilis aſpectu. Metuendus. Formidoloſus. Horridus, *Cic.* Perhorridus, *Lucil.* Triſtis ad recordationem, *Id.*

Horreſcere] Cohorrere. Perhorreſcere toto corpore, omnibus artubus. Contremiſcere corpore. Exhorreſcere vultum alicujus. Exhorreſcere metu. Exiguntur capilli, *Cic.* Inhorreſcere, *Plin.* Perterritus contremui. Perfudit me horror. *Cic.* Membra reformidant, *Ovid.* Arrigitur coma, *Virg.* Horrent capilli, *Tibul.* Erectus horret crinis, *Sen.* Rigent comæ, *Ovid.*

Horribile aliquid] Horribile dictu videtur. Dii immortales, quis me horror perfudit? Quod nemo unquam aſpicere non horruit, *Cic.* Horrendum dictu. Horreſco referens. Animus meminiſſe horret. Mihi frigidus horror membra quatit, *Virg.* Horreo poſtquam aſpexi, *Ter.* Inſanum quantum, *Plaut.* Immane quantum exarſere animi. Immane dictu, *Saluſt.*

Horridus, vid. *Hirſutus. Rudis.*

Hortari] Admonere, *Cic.* Exhortari. Adhortari, *Cic.* Monere, *Ter.* Vid. *Adhortari.*

Hortu-

Digitized by Google

Hortulanus] Olitor, *Varr.* Cultor virentis agelli, *Hor.* Lachanopola. Olerum venditor.

Hortus] Hortulus, *Plin.* Virens agellus, *Hor.* Hortum agricolæ *ſuccidiam alteram* appellant, *Plin.* Alterum macellum. Succeſſio neceſſaria, *Non.*

Hortus amœnus] Adonidis horti. Item, Alcinoi horti.

Hoſpes activus] Stabularius, *Apul.* Diverſitor, *Petron.*

Hoſpes paſſivus] Diverſor, *Cic.* Interventor, *Id.* Adventor, *Plaut.* Diverſitor, *Petron.*

Hoſpes non invitatus] Umbra, *tranſlatè Hor.* Locus eſt & pluribus umbris.

Hoſpes cautè agat] Domi alienæ ſurdus & mutus eſto.

Hoſpitalis homo] Homo hoſpitaliſſimus & amiciſſimus noſtrorum hominum, *Cic.* Perhoſpitalis, *Id.*

Hoſpitalis (2) *id eſt, ad hoſpites pertinens*] Diverſorius, *Plaut.* Adventorius, *Mart.* Metatoria epiſtola, *Sidon. Scal.*

Hoſpitalitas] Hoſpitio amicitiaque conjungi. Hoſpitii jus, neceſſitudo, *Cic.* Conteſſeratio hoſpitalitatis, *Tertul.* Hoſpitalis amicitia.

Hoſpitari alicubi] Hoſpitium eſt mihi cum eo. Hoſpes meus eſt. Feci cum illo hoſpitium, *Cic.* Hoſpitor apud aliquem, in aliquo loco, vel, Hoſpitari ſoleo, ex *Sen.* Hoſpitalis mihi teſſera cum illo eſt, *Plaut.* Diverſari apud aliquem. Accipi ab aliquo hoſpitio. Divertere ad aliquem in hoſpitium, *Cic.* Divertere apud aliquem, *Liv.*

Hoſpitium] Diverſorium. Diverſoriolum. Taberna, *Cic.* Hoſpitiolum, *Vlp.* Hoſpitale, *Vitr.* Stabulum, *Plaut. Vlp.* Diverticulum, *Liv.*

Hoſtia] Victima, *i. hoſtia poſt victoriam.* Libamen, *Cic. Virg.* Piaculum, *Hor.*

Hoſtilis, vid. *Inimicus.*

Hoſtiliter] Hoſtilem in modum, *Cic.* Per hoſticum venire, *Spart.*

Hoſtis] Hoſtili animo adverſus Remp. animatus, *Vlp.* Hoſtis capitalis alicujus. Apertus inimicus. Qui alicui ini-

Digitized by Google

micitias denunciant, *Cic.* Profeſſus inimicum alicui. Qui ſanguinarium nuncium alicui miſit, *Plin.*

Hoſtilitas] Inimicitiæ, *Cic. Ter.* Inimicitia, *Id.*

Hoſtilitatem denunciare, vid. *Denunciare.*

Hoſtem habere domi] Anguem, colubrum in ſinu fovere.

Hoſtium interitus gratus] Luporum interitus ovium ſalus.

Huc] Huc locorum; huc viciniæ. Horſum pergunt, *Ter.*

Huc & illuc] Huc illuc, *Tac.* Huc & huc, *Hor.* Rurſus prorſus, *Varr.* Sursum deorſum, *Ter.* Diverſè, *Id.* Ultro citróque. Vagè, *Cic.* Ultra citráque, *Plin.* Hac illac, *Ter.* Diſcurſim, *Macrob.* Sparſim. Rapit huc, rapit impetus illuc, *Stat.*

Huc uſque] Eatenus. Adhuc. Uſque eò, *Plaut.* Ad id locorum, *Sal.* Aduſque, *Virg.* Vid. *Hactenus.*

Hulceroſus] Hulceribus plurimis obſitus, *Sen.* Pulmoneus, *Plaut.*

Hulcus] Suppuratum. Collectio, *Plin.* Vomica, *Cic.* Petimen, *Lucil.* Petumen, *Gloſſ.*

Hulcus ſerpens] Herpes, *Gorr.* Zona, *Scribon.*

Humanè] Humaniter. Comiter monſtrare viam erranti. Officiosè, *Cic.* Hoſpitaliter invitati per domos, *Liv.*

Humanitas] Dexteritas quædam, benevolentiaque erga omnes homines promiſcua, *Gell.*

Humanus] Humaniſſimus. Perhumanus. Humanitate perpolitus. Excultus ad humanitatem. Hoſpitalis. Comis. Percomis; habet comitatem, *Cic.* Comiſſimus, *Suet.* Plus humani eſt vulturio, (*ſcil. quàm huic homini*) *Plaut.* Ipſis Gratiis humanior. In Gratiarum hortis educatus. Gratioſa res homo eſt, ſi homo eſt.

Humanitus] Humano modo. More omnium, *ſcil. hominum*, *Cic.* More hominum, *Ter.* Humani ingenii more, *Sal.*

Humare] Tradere ſepulturæ, *Apul.* Inferre mortuum, *Vlp.* Condere in ſepulchro, *Cic.* Terram terræ reddere, *Id.* ex *Eurip.* Condere terrâ, monumento, *Plin.* Tumulare. Contumulare, *Mart.* Mandare humo, *Virg.* Componere tumulo, *Ovid.* Contegere tumulo, *Liv.* Sepelire, *Cic.* Editus terrâ terræ redditur. Inhumare, *Plin.*

Huma-

Humatio, vid. *Exſequiæ*.

Humatus, vid. *Sepultus*.

Humectare] Humidare lavacro ſiccitatem, *Vindician.* Udare, *Macrob*.

Humere] Humeſcere. Arbor humet lacrymis, *Ovid.* Uveſcere, *Lucr.* Humificum ſuccum ex aëre ducere, *Cic.* Madeſcere humore, *Quint.*

Humidus] Humens, humidulus. Uvidus cœli ſtatus. Udus, *Ovid.* Humectus locus. Vietus locus, *Varr. Cat.* Succoſus, *Col.* Succidus homo, *Plaut.* Vaporifer, *Stat.* Vaporoſus, *Apul.*

Humiliare ſe] Submittere ſe in humilitatem, *Liv.* Cedere alicui. Abjicere ſe. Submiſſiùs ſe gerere. Remittere ſpiritus. Comprimere animos, *Cic.* Ponere ſuperbiam, *Hor.* In planum deferre fortunam ſuam. Deſcendere in æquum, & detrahere pompam muneri. Detrahere ſuperbiam rebus ſuperbis, *Sen.* Demittere criſtas. Exuere arrogantiam, *Tac.*

Humiliare aliquem] Redigere in ſordidiſſimam turbam nobiles, *Sen.* In infimum agere, *Apul.* Traducere ad plebem. De cœlo aliquem detrahere. Diminuere capite. In ærarios referre. Conjicere in ordinem, *Cic. Apul.* In cæritum tabulas referre, *Gell.* Dejicere aliquem de ſuo ſtatu. Movere ſenatu, tribu, *Cic.*

Humiliatio act.] Diminutio capitis. Traductio ad plebē, *Cic.*

Humiliatus] Capitis minor, *Hor.*

Humiliora tutiora] Qui alta quærit, præcipitium quærit, quia plus habent ponderis ad ruinam, quæ ſunt cæteris altiora. Rebus parvis alta quies, *Sen.* Procul à Jove, procul à fulmine. Qui jacet in terra, non habet unde cadat. Qui quærit alta, malum videtur quærere.

Humilis] Supplex, *Cic.* Infimus, *Liv.*

Humilitas] Submiſſio animi. Submiſſus animus. Deſpicientia ſui. Demiſſio animi, *Cic.*

Humiliter] Demiſsè, ſubmiſsè, ſubmiſſiùs, *Cic.* Demiſſiſſimè & ſubjectiſſimè, *Cæl.* Velatis manibus, *Plaut.* Suppliciter reſpondere. Demiſſo atque humili animo, *Cic.*

Humor] Uvor, *Varr.* Succus terræ. Exſpiratio terræ, *Cic.* Halitus terræ, *Plin.* Humidum, *Tac.*

Digitized by Google

Humus] Tellus, *Virg.* Tergum terræ, *Lucr.* Solum, *Cic.* Terrenum, *Col.*

Hungaria] Pannonia.

Hungarus] Pannonius.

Hyacinthus herba] Purpureum. Vaccinium, *Virg. Turneb.*

Hyacinthinus] Violaceus, *Plin.* Amethyſtinus, *Id.* Ferrugineus pileus, *Plaut.* Purpureus. Janthinus, *Plin.*

Hydrargyrum] Vomica liquoris æterni. Vid. *Argentum vivum.*

Hydrops] Hydropiſis, *Plin.* Aqua intercus, *Cic.* Aquoſus albo corpore languor, *Hor.* Tumor aſſurgens, *Celſ.*

Hydropicus] *Veternoſus* cùm plurimum bibit, tum maximè ſitit, *Cato*,

Hypocauſtum] Triclinium hybernum. Hybernaculum, *Plin.* Vaporarium, *Cic.* Hibernum cubiculum, *Manut.* Tepidarium, *Vitruv.*

Hypocriſis] Hypocriſeos larva. Hîc nigræ ſuccus loliginis. Hæc mera ærugo eſt. Loligo, *Hor.* Simulatio, diſſimulatio. Fallaci loquentia, *Cic.* Duplicitas animi, *Lact.* Alia dicunt, alia faciunt. Aliud in ore, aliud in corde. Aliud in titulo, aliud in pyxide.

Hypocrita] Sub perſona vivens. Perſonatus, *Sen.* Alienas obſervans papulas, ipſe hulceribus obſitus, *Id.* Alieno in oculo feſtucam videns, in proprio trabem non animadvertit. In alienis vitiis oculatus, in propriis Thyreſia cæcior. Apparere, quàm eſſe malunt. Colantes muſcas & deglutientes camelos. Culicem colant. Hypocrita eſt hiſtrio perſonatus. Perſonam mavult, quàm faciem, *ſcil. perdere.* Salutator eſt comis, ſed virulentus obtrectator, *Er.*

Hypocrita ſe fallit, non Deum] Deum fallere volenti multa ſcienda.

Hypotheca, vid. *Pignus.*

Hyſtrix] Herinaceus Æthiopicus, *Sol.* Herinaceus Indicus, & Africanus, *Plin.* Mus Africanus, *Plaut.*

I, in

Digitized by Google

I.

I *in rem malam*, vid. *Abi.*

Ibi] Iſtic, *Cic.* Illic, *Ter.* Ibi loci, *Plin.* Illic ibi. Inibi, *Plaut.* Interibi, *Gell.*

Icere, vid. *Ferire.*

Icon, vid. *Effigies.*

Ictericus] Arquatus, *Celſ.* Arcuatum pecus, *Col.*

Icterus] Morbus arquatus, *Celſ.* Morbus regius. Bilis ſuffuſio, *Plin.* Aurugo, *Celſ.* Aurigo, *Sipont.* Morbus ictericus, *Cæl. Rhod.*

Ictus] Incuſſus, *Tac.* Illiſus, *Plin.* Punctio. Verberatus, *Id.* Petitio. Percuſſio. Plaga venit vehementior. Impetus, *Cic.* Impactio nubium, *Sen.* Pulſus, *Virg.*

Id ago] In hoc ſum. Totâ mente in curam aliquam incumbere. Hoc ago, *Cic.* Totus in hoc ſum, *Hor.*

Id agitur] Hoc pugnatur. In eo cardo vertitur. Ea res in diſcrimen adducitur. De hac re certamen eſt. Hoc ſolùm pugno, *Cic.* In eo res vertitur. In eo ſpes civitatis vertitur, *Liv.*

Idea] Exemplar, Figura, Species, Deformatio operis, *Vitr.* Deſignatio operis. Formula quædam conſtituenda eſt, quam ſi ſequemur, non aberrabimus. Species rei animo concepta. Ratio, *Cic.* Si proponatur *inſtar* quoddam, & facies quaſi operis facta, *Sympoſ.*

Idem] Idem ille. Ille ipſe Gorgias in illo ipſo libro, *Cic.*

Idem eſt, qui antè] Antiquum obtinet. Vulpes pilum mutat, non naturam.

Ideò] Propterea. Id eâ gratiâ, ut. Eâ re quòd. His de cauſis. Ex eo, quòd. Hoc nomine. Idcirco quia. Eo quod. Hæc cauſa eſt. Iis de cauſis. Propter eam cauſam quod. Propter noſtram cauſam, *Cic.* Ad eum finem, *Tac.* Hac re, *Val. M.* Ad hoc, *Paul. IC.* Eâ causâ, *Saluſt.* Hac propter, *Varr.*

Non ideo] Non *continuò*, ſi me in gregem ſicariorum contuli, ſum ſicarius, *Cic.*

Digitized by Google

Idiota] Nullis literis homo. Illiteratus, vid. *Rudis. Illiteratus.*

Idolum] Divum ſimulacra, *Virg.* Signum æneum Cupidinis. Statua, *Cic.* Imago macra, *Iuv.* Lapides divi, *Lamp.*

Idololatræ] Adorantes omnem lapidem nitidum.

Idoneus] Aptus ad aliquid. Accommodatus. Habilis. Opportunus. Ad hoc nati, ſculpti, facti, *Cic.* In eam rem ſi quid habebo, *Plaut.* Vid. *Aptus.*

Igitur, vid. *Ergo.*

Ignarus] Inſcius rerum omnium. Inſcitia in illo eſt. Laborat ex inſcitia. Inſcitus faciendi, *Cic.* Inconſcius. Ignorans Quid pro Quo ſumendum, *Liv.* Neſcius rerum, fati, *Virg.*

Ignarus rerum temerarius] Inſcientia confidentiam parit.

Ignavè] Ignaviter, *Cic.* Socordiùs. Per ſocordiam, *Liv.* Segniter, *Plin.* Vigilans dormit, *Plaut.*

Ignavia] Inertia laboris, *Cic.* Animi torpedo, *Saluſt.* Vid. *Deſidia, Pigritia.*

Ignavus] Iners. Segnis, *Cic.* Plumbeus homo. Laboris fugiens.

Ignavi amant ferias] Ignavis ſemper feriæ.

Ignavus infelix] Ignavus equus ſuo defraudator pabulo.

Igneus] Ignitus, *Gell.* Igneſcens, *Plin.* Ignifluus, *Claud.* Igniferum fulmen, *Lucr.*

Ignis] Fotor & vaſtator omnium. Motor moventium, Fotor naſcentium, Excoctor matureſcentium.

Ignem elicere] Excutere ignem, ſcintillam ſilicis, *Virg.* Excutere ignem, *Plin.* Elicere ignem conflictu & ictu lapidum. Procudere ignem. Semina ardoris creant incendia ſylvis, *Lucr.*

Ignitabulum] Igniarium, *Plin.*

Ignobilis] Homo ex familia ignobili. Ignobili loco natus. Obſcurus. Obſcuro, infimo loco natus. Obſcuris ortus parentibus. Quem nemo propter ignobilitatem nominat, *Cic.* Nullis majoribus ortus, *Hor.* Obſcurè natus, *Macr.* Inter agros & armenta natus, *Tibul.* De plebejâ fæce ſellulariorum, *Cic.* Vid. *Plebejus.*

Digitized by Google

Ignobilitas] Humilitas generis. Obſcuritas generis. Abjectio animi, *Cic.*

Ignominia, vid. *Contumelia.*

Ignorans, vid. *Ignarus.*

Ignorare] Non me pudet fateri neſcire, quod neſciam. In ſumma rerum ignoratione verſari, *Cic.* Non didici. Juxtà cum ignariſſimis ſcire, *Plaut.*

Ignorantia] Ignoratio, inertia, inſcitia, inſcientia, *Cic.* Amuſia, *Varr.* Tirocinium, *Plin.*

Ignoſcere] Vitio ignoſcere, *Ovid.* Parcere. Veniam dare, tribuere. Concedere alicujus dicto. Dare impunitatem peccatorum, *Cic.* Concedere impunitatem. Condonare peccatum, *Caſ.* Amittam tibi hanc unam noxiam, *Plaut.* Unam hanc noxiam mitte, *Ter.* Remittere adoleſcentiæ alicujus, *Plin. Iun.* Gratiam culpæ facere, *Plaut.* Connivere ad vitia alicujus, *Er.* Eximere aliquem noxæ, *Liv.* Exſolvere aliquem pœnâ, *Tac.* Pietati dare peccatum, *Amm.* Veniam alicui proſperare, *Plaut.*

Ignotus] Incognitus alicui. Ignorabilis. Obſcurus. Neſcius. Illum ego omnino natum neſciebam. Albus aterve fuerit ignoro, *Cic.* Ignarus, *Tac.* Ignoratus, *Id.* Incompertus, *Plin.* Inexploratus, *Liv.* Qui me ne vivum quidem noviſſet. Quem ego hominem nullius coloris novi, *Plaut.*

Ignoti nulla dijudicatio] Nihil cæco coloratum. In tenebris etiam contrariis coloribus benè convenit. Aſinus ſtramenta mavult, quàm aurum. Ars non habet contemptorem niſi ignorantem.

Ile] Ilium, *Enn.* Inteſtinum tenue, *Caſ.*

Illabi, vid. *Incidere.*

Illæſus] Infractus, *Plin.* Infragilis animus. Incorrupta integritas. Illibatus, *Ovid.* Innoxius, *Col.* Intemeratus, immotus, *Virg.* Intactus, *Liv.* Vid. *Indemnis.*

Illaqueare aliquem] Injicere laqueum alicui, *Liv.* Implicare aliquem laqueis, *Firm.* Inducere ſe in laqueos. Irretire, *Cic.* Circumretire aliquem. Illicere. Obretire, *Lucr.*

Ille] Ollus, a, um, *Varr.* Ipſe, *Cic.* *Homo*, eleganter ponitur loco *ille.* Aggredior *hominem*! *Plaut.* Videbitis hominem, *Cic.*

Digitized by Google

Illecebra] Perlecebra. Pellecebra, *Plaut.* Invitamentum. Pabulum ſtudii, *Cic.* Lenocinium, *Quint.* Blandimentum, *Tac.* Incitamentum. Illectamentum, *Apul.*

Illecebrare ſe] Lotum guſtaſti.

Illegitimus] Nothus. Non legitimus, *Quint.* Adulterinus, *Plin.* Apocryphus liber, *Hieron.*

Illepidus] Agreſtis, *Cic.* Impolitus. Rudis homo. Inconcinnus, inornatus, invenuſtus, Subhorridus, & incultus vir. Barbarus moribus. Incompoſitis moribus, *Quint.* Barbaricis moribus, *Apul.* In craſſo aëre natus. Naris obeſæ, *Hor.*

Illiberalis, vid. *Avarus, Parcus.*

Illicere] Lactare, *Ter.* Pellicere ad ſe. Prolectare egentes ſpe largitionis, *Cic.* Prolicere, *Plaut.* Trahere mentes artificio, *Plin.* Vid. *Allicere.*

Illicitè, vid. *Iniquè.*

Illicitus] Inconceſſus, *Quint.* Impermiſſus, *Hor.* Negatus, *Ovid.*

Illidere ad aliquid] Frangere aliquid ad ſaxum. Offenſare capita, *Liv.* Infringere liminibus lumbos, *Hor.* Impingere caput parieti, *Plin. Iun.* Offendere ad ſtipitem, *Col.* Incutere pollicem limini, *Plin.* Impingere ſe in columnam, *Sen.* Detundere digitos pedum ob lapides, *Apul.*

Illinc] Illim, *Pompon. priſcè.* Iſthinc emanant mala. Indidem, *Cic.* Inde redeo, *Ter.* Inde loci, *Enn.*

Illinere] Linere pice aliquid, *Liv.* Superlinere viſcum pennis, *Sen.* Superillinere butyrum ovinum cum melle, *Plin.* Collinere, *Col.* Lutare, *Lampr.* Perlinere pice hulcus, *Col.*

Illiteratus] Illiteratiſſimus, *Plin. Iun.* Agrammatos. Amuſus, *Vitr.* Nullis literis vir, *Plin.* Alienus à literis. Sine ullâ bonâ arte; ſine literis homo. Averſus à Muſis, *Cic.* Profanus literarum, *Marc.* Analphabetus, *Prud.* Pulverem eruditum ne quidem attigit. Ne pilum ſapientiæ habet, *Er.*

Illotus] Illautus, illutus, *Plaut.*

Illuc] Eò, illò, iſtorſum. Iſtoc, *Ter.* Iſtò, *Plin. Iun.* Illorſum, *Feſt.*

Illuce-

Illucere] Allucеſcit, *Suet.* Reluxit ſtella, *Cic.* Interluxit, nocte, *Liv.* Præluxère faces, *Mart.*

Illuceſcere, vid. *Luceſcit.*

Illudere, vid. *Ludificare.*

Illuminare] Colluſtrare aliquid luce, *Cic.* Illuſtrare, *Hor.* Luſtrat ſol lampade terras, *Virg.* Conveſtit omnia profundens lucem ſol. Percuſſa radiis ſolis luna, *Luna.*

Illunis] Interlunis nox, *Amm.* Illunæ caliginis, *Apul.*

Illuſio, vid. *Cavillatio.*

Illuſtris] Perilluſtris. Splendidus eques, *Cic.* Præluſtris, *Ovid.* Specioſa miracula, *Hor.* Præmicans nitore galea, *Apul.* Superbus ornatus, *Virg.* Nihil pompabilius viſum, *Trebel.*

Illuſtriſſimus] Splendidus. Splendidiſſimus. Clarus. Clariſſimus, *Cic.*

Illuxit dies] Illuxit, *abſ. Liv.* Diluxit dies, *Hor.* Diluculavit, *Gell.* Eluceſcit.

Imaginari[Fingere ſibi alicujus rei ſpeciem. Speciem alicujus rei cogitatione percipere. Imaginationibus aliquid agitare, *Cic.* Vanæ finguntur ſpecies, velut ægri ſomnia, *Hor.* Vid. *Cogitare.*

Imaginarius, vid. *Fictus. Affectatus.*

Imago] Effigies patris. Forma. Simulacrum. Sancta Jovis *ſpecies*, *Cic.* Icon, *Sipont.*

Imago propriè expreſſa] Imago ad vivum repræſentata. Ethica imago, *Cæl. Rhod.* Spirantia ſigna, *Virg.* Vivi de marmore vultus. Spirantia æra, *Amm.* Viva ſpecies, *Prop.* Vivida animoſa ſigna, *Id.* Speciem oris ita formavit, ut in ea reconditos mores penitus effingeret, *Cic.* Iconicum ſimulacrum, *Suet.*

Imaguncula] Icuncula, *Suet.* Tabellæ pictorum, *Plin.* Sigillum, *Cic.* Oſcillum, *Macrob.*

Imbecillis, imbecillitas, vid. *Debilis, debilitas.*

Imber] Ruit cœlum imbribus, *Virg.*

Imberbis] Impubis *communiter*, Impuber, *Cic.* Inveſtis, *Apul.*

Imbuere] Sufficere lanam medicamentis. Natura impreſſit animis Deorum notitiam, *Cic.*

Imbui]

Imbui] Imbibere malam opinionem. Concipere vitium, maculam, odium. Sugere cum lacte nutricis errorem, Combibere artes, *Cic.* Perbibiſti nequitiam, *Sen.* Lana bibit colorem, *Plin.* Potat lana, *Id.* Arena bibula eſt, *Virg.* Inſumere, *Tac.*

Imitari aliquem] Imitari exemplum alicujus. Veſtigiis alicujus inſiſtere, *Plin. Iun.* Imitatione exprimere; Conſequi ſtudio. Conſectari genus dicendi alicujus. Conſectari aliquem imitando. Perſequi alicujus veſtigia. Ingredi patris veſtigiis, *Cic.* Idem iſtud faciamus. Idem imitemur, *Plaut.* Exemplo alicujus facere. Exemplum de aliquo capere, *Ter.* Ad aliquod exemplar vitam dirigere, *Sen.*

Imitatio] Imitamentum, *Tac.*

Imitatio inepta] Cacozelia. Mala affectatio, *Quint.* Imitatio depravata, *Cic.*

Imitatione dignus] Expoſitus ad imitandum, *Cic.*

Imitator] Sectator. Affectator alicujus eloquentiæ, *Plin.* Æmulus. Non duces, ſed comites conſiliorum, *Cic.* Sequax Ariſtippi, *Sen.* Secutor, *Apul.*

Imitator ineptus] Cacozelus, *Quint. Suet.* Simius, *Hor.* Simiolus, *Cic.*

Immanis] Cyclope immanior. Vid. *Crudelis.*

Immanſuetus] Intractabilis animus, *Sen.* Intractatus & novus equus, *Cic.* Indomitus, *Col.* Indomabilis, *Plaut.* Ferox ſonipes, *Virg.* Incicor, pro Incicur, *Pacuv.*

Immaturus] Immitis uva, *Hor.* Crudus, *Cic.* Semiacerbæ uvæ, *Pallad.*

Immedicabilis, vid. *Inſanabilis.*

Immenſus, vid. *Infinitus.*

Immeritò] Injuriâ, injurioſè, iniquè. Nullo jure. Contra jus, fas, *Cic.* Immeritò accuſari ac immeritiſſime omnium. Præter æquum & bonum. Indigniſſimè, *Ter.*

Immeritus] Immeritæ opes, *Mart.* Immerita gratia, *Id.*

Imminere] Inſtat, impendet aliquid. In procinctu mortem habere, *Cic.* Ingruit alicui, *Virg.* In cervicibus bellum,

Digitized by Google

lum, *Liv.* In conſpectu & ſub ictu habere aliquid, *Sen.* Ante pedes poſita. Vid. *Appropinquare.*

Imminuitur aliquid] Decedit de ſumma, *Liv.* Decreſcit dies, *Plin.* Defluxit unus è numero, *Cic.* Imminuit ſe dolor. Minuuntur vires, *Ovid.* Decoquitur aurum in igne, *Liv.* Diminuitur aliquid ex poteſtate regia, *Liv.* Lenteſcunt tempore curæ, *Ovid.* Minuuntur luces. Tabeſcunt noctes, *Lucr.* Detrimentum ſentit dies, *Sen.*

Imminuere, vid. *Minuere.*

Immiſericors] Quis fuit tam *durus* ac *ferreus*, qui non converteretur, *Cic.*

Immittere] Intromittere aliquem ad aliquem, *Ter.* Inderè vini guttulam in os, *Plaut.* Impeſcere in lætam ſegetem. Paſcendi gratia mittere, *Feſt.*

Immobilis] Inagitabilis & iners aër, *Sen.* Incitus, *Bud.* Templa incita ſunt, *Varr. Scal.* Statuâ immobilior, *Er.*

Immobilia bona] Res immobiles. Res ſoli, *Macer. IC.* Immobilia bona dicuntur invadi: Mobilia rapi, *Iuſtin.* Opes fundatæ ac benè conſtitutæ. *Cic.* Fundata illis pecunia, *Hor.*

Immoderatè] Extra modum agere aliquid, *Hor.* Infinitè concupiſcere, *Cic.* Infinitè præſtat cæteris. Immenſum attolli, *Tac.* In immenſum creſcere, *Liv.* In infinitum extendere. Effusè petulans, *Plin. Iun.*

Immoderatus] Vehemens in utramque partem, *Ter.* Immodicus, *Col.* Immoderatiſſimus. Nepotinus ſumptus, *Suet.* Nepotalis luxus, *Apul.* Redundans copia. Profuſus. Multus in aliqua re quiſpiam. Luxurioſa lætitia, *Cic.* Effuſus in luxum homo, *Tac.*

Immodeſtè] Intemperanter, intemperantiùs uti opibus, intemperatè & immoderatè vivere. Inſolenter ſe efferre. Jactare ſe inſolentiùs, *Cic.*

Immodeſtia] Intemperies, importunitas, *Cic.*

Immodeſtus] Inſedatus, *Cic.* Incommodus, importunus, *Plaut.*

Immolare, vid. *Sacrificare.*

Immori alicui rei] Inemori ſpectaculo, *Hor.* Mori in ſtudio

Digitized by Google

ſtudio dimetiendi cœli, *Cic.* Alicui rei intabeſcere. Conſumere ætatem in aliquâ re, *Cic.*

Immortalis] Nullis delebilis annis vivet, *Mart.* Vivax virtus experſque ſepulchri, *Ovid.* A mortalitate ſe vindicare, *Sen.*

Immunis] Vacuus à ſumptu. Lege ſolutus ac liber. Exlex, *Cic.* Vid. *Liber.*

Immunitas] Vacatio muneris publici, *Cic.* Vid. *Privilegium.*

Immunitus locus] Urbs nuda præſidio, *Cic.* Hæc pars patet ictibus, *Sen.*

Immutabilis] Ratum, firmum, fixum, *Cic.* Inflexibilis obſtinatio. Irrevocabilis conſtantia, *Plin. Iun.* Tenax propoſiti, *Hor.*

Immutatio] Mutatio, permutatio, commutatio morum, *Cic.* Tranſmutatio, *Lucr.* Inclinatio, *Liv.*

Imò, vel immò] Quin imò. Quin potiùs, *Plaut.* Atque adeo. Quin etiam. Imò etiam, *Cic.* Imò verò. Imò enimverò, *Ter.*

Impar viribus] Ne Hercules quidem contra duos. Cedendum multitudini.

Imparatè, id eſt, irreverenter] Illotis manibus, pedibus ingredi.

Imparatus] Diſcinctus miles, *Liv.*

Impaſſibilis] Apathes, *Plin.* Qui reſpuit omnis mali ſenſus. Impatiens animus. Quibus ſummum bonum viſum eſt animus impatiens, *Sen.* Nullius mali patiens, ſapiens. Obduruit uſu, & incaluit incredibilis alicujus patientia, *Id.* Invulnerabilis animus, Extra omnem patientiam poſitus, *Id.*

Impaſſibilitas] Apathia.

Impatiens] Intractabilis animus. Mollior in dolore, *Cic.* Qui nullum malum ferre poteſt, *Sen.* Molliſſimum & indignantiſſimum ſervitutis genus, *Col.* Facile fit, quod illi doleat, *Ter.* Imbecilla, ſi tangantur, lædi ſe putant. Molliter fert injurias. Nihil moleſtum æquo animo ferre poteſt. Totus ulcus eſt. Quicquid in eo attigeris, ulcus eſt. Vel ad plumæ contactum exhorreſcit. Impatientiæ manus dedit.

Impa-

Digitized by Google

Impatienter] Intoleranter dolere. Immoderatè aliquid ferre. Immodicè ferre aliquem caſum. Repugnanter, *Cic.* Impatientiùs dolere, *Iuſtin.* Molliter ferre ægritudinem, *Saluſt.*

Impatientia] Animus extra omnem patientiam poſitus, *Sen.* Abjectio patientiæ. Victa dolore patientia.

Impavidus] Intrepidus, *Plin.Tac.* Interritus, *Quint.* Imperterritus, *Virg.* Otioſus à metu, *Gell.*

Impedimentum] Obſtaculum, *Sipont.* Obex, *Virg.* Objectaculum, *Varr.* Incommodum, incommoditas, *Cic.* Præpedimentum, *Plaut.* Obnunciatio, *Bud.*

Impedire] Impedimento eſſe alicui. Incommodare. Commodis alicujus officere, & obſtare, *Cic.* Remorari alicujus commodum, *Ter.* Obſtrigillare, *Sen.* Interpellare victoriam, *Cæſ.* Accidere alas. Incidere pennas.

Non impediam te] Non obſiſtam: non fuero impedimento. Non obturbabo. Non reluctabor. Non obſtrepam tuis conatibus. Non renitar. Non reclamabo. Non remorabor inſtitutum tuum, *Er.*

Impeditè] Tanquam ſuper ſpinas incedere.

Impeditio] Interturbatio, *Plaut.*

Impellere, vid. *Inducere.*

Impendere in aliquid] Facere impenſam vel impenſas, ſumptum. In rem aliquam inſumere ſumptum. Ponere alicubi ſumptum. Suſtinere ſumptum. Suſtentare ſumptibus aliquem, *Cic.* Conferre in aliquid impendia, *Quint.*

Impenetrabilis] Nullo forabilis ictu. Imperfoſſus, *Ovid.*

Impenſa] Impendium, ſumptus, *Cic.*

Impenſa in res nihili] Bracteis aureis inaurare juglandium putamina. Aſini caput ſapone, nitro lavare.

Impensè, vid. *Enixè.*

Imperare] Imperitare pro jure ſuo, *Plaut.* Imperium exercere, *Virg.* Summam imperii tenere, *Cic.* Imperium in aliquem tenere, *Cic.*

Imperare mihi noli] Eme cui imperes.

Imperator, vid. *Cæſar.*

Imperator bellicus, vid. *Dux exercitus.*

Imper-

Imperfectè] Non perfectè, *Cic.*

Imperfectus] Inelaboratus, vel,illaboratus,*Quint.* Infabricata robora, *Virg.* Informatus,*Id.* Abeſt à perfectione. Abſolutionem & perfectionem in eo deſidero. Manca cognitio, *Cic.* Incompletus, *Firm.* Semifactus, *Tac.* Semiperfectus, *Suet.* Truncus ſermo, *Stat.* Affecta ædificia, *Gell.* Sacra infecta relinquere. Lima ultima operi defuit. Summa manus abfuit ſcriptis, *Ovid.*

Imperioſus] Nimius imperii, *Liv.*

Imperitè] Ineruditè, inſcitiſſimè, *Gell.* Inſcitè, indoctè, inſcienter, *Cic.* Inſciè, *Apul.*

Imperitus] Imprudens religionis, *Liv.* Rudis rei militaris, *Cicer.* Rerum neſcius, *Virg.* Inguinis & capitis quæ ſint diſcrimina neſcit. Ne Æſopum quidem triviſti. Monacho imperitior,*Er.* Inexpertus,*Hor.* Inſcius omnium rerum, *Cic.*

Imperium] Dominium, *ICt.* Dominatio, *Liv.* Principatus, *Cic.* Rerum nos ſumma ſequetur, *Lucan.* Summa imperii, *Caſ.* Potentatus, *Id.* Poteſtas. Ditio, *Cic.*

Impertinens] Nihil ad rem. Nihil ad rhombum. Nihil ad verſum. Nihil ad Dionyſium. Nihil ſui cum amaracino. Anſer inter olores. Cæco quid ſpeculum? Nihil ad farinas. Non eſt fori tui.

Impertinentia agere] Chordas non movendas movere.

Impertire aliquid alicui] Impertiri. Derivare partem alicujus rei in aliquem, *Cic.*

Impervius] Inſuperabilis tranſitus Alpium. Impenetrabilis exercitus, *Liv.* Viæ incommeabiles, *Amm.* Impeditiſſima ſilva, *Caſ.*

Impetere aliquem] Impetum in aliquem facere. Irruere, invehi in aliquem, *Cic.* Adpugnare claſſem, *Tacit.* Adoriri. Intentare manus alicui, *Liv.* Invadere in aliquem inuſitatâ rabie, cum ferro, effrenatiùs, *Cic.* Involare aliquem, *Apul.* Involare in capillum alicujus, *Ter.* Incurſionem facere in hoſtes, *Liv.* Incurſare agros, *Id.*

Impetrare, vid. *Exorare aliquem.*

Impe-

Digitized by Google

Impetratio] Impetratus, *Scal.*

Impetrabilis, vid. *Exorabilis.*

Impetuosè] Impetu, incitatiùs, *Cic.* Impete magno, *Lucr.* Effuſiſſimis habenis invadere hoſtem, *Liv.* Incitatus feror, *Cic.* Graſſor, *Hor.*

Impetus] Incitatus. Flumen orationis, *Cicer* Violentia ventorum, *Plin.* Rapido ictu decurrentes fluvii, *Amm* Incitus mundi aſſiduus, *Plaut.* Agmine ingreſſi, *Liv.*

Impetus periculoſus] Mala cuncta miniſtrat impetus.

Impexus] Impexa coma, *Ovid.* Intactum caput buxo, *Iuv.* Vid. *Incomptus.*

Impietas] Irreligioſitas, *Fab. Vict.*

Impius] A pietate, à religione remotus, *Cic.* Sacrilega lingua, *Ovid.*

Implacabilis] Implacatus, *Ovid.* Inexpiabilis, *Liv.* Nullis affectibus delinitus, *Amm.* Implacidus, *Hor.* Durus & ferreus homo, *Cic.* Nullis precibus, officiis, rationibus, ſpe, metu, pretio adduci poteſt, *Cic.* Inflexibilis, *Plin.*

Implacabilitas] Duritia animi, *Cicer.* Rigor naturæ inflexibilis, *Plin.* Obſtinatio inflexibilis, *Plin. Iun.*

Implere] Complere horrea meſſe, *Lucan.* Replere domos exhauſtas. Opplere. Referſerunt omnia libris. Frequentare orationem luminibus, *Cicer.* Replere aliquem unguentorum, *Plaut.* Auguſtus Italiam coloniarum numero frequentavit, *Suet.* Stipare. Opulentare, *Col.* Opimare, *Vopiſc.*

Impletio] Expletio, *Cic.* Repletio, *ſ. a. v.*

Implicare aliquem] Involvere, *Plin.* Intricare aliquem. Conjicere in tricas aliquem, *Plaut.* Irretire aliquem veſte, *Cic.* Nexare, *Virg.* Innectere, *Id.* Impedire aliquem, *Ter.* Illigare, *Hor.*

Implicari] Involvere ſe laqueis. Induere ſe in laqueos, *Cicer.* Convolvi, *Plin.* Innecti, *Virg.* Præpediri aliquâ re, *Plaut.*

Implumis, vid. *Impubes.*

Digitized by Google

Impolitè] Craſsè, inornatè, incultè, horridè, vaſtè, Ruſticè loqui. Pingui Minervâ agere. Inconditè, ineleganter, ſqualidè, *Cic.* Craſsâ Minervâ, *Hor.* Craſſiore Muſâ, *Quint.* Invenuſtè, inconcinniter, *Gell.* Inſcitè, *Plaut.* Illepidè. Inficetiſſimè, *Plin.* Inficetè, *Solin.* Mapalia mera feciſti, *Sen.*

Impolitus, vid. *Incultus*.

Imponere] Indere ignem in aram, *Plaut.* Ingerere ligna foco, *Tibull.* Ponere in caput, in capite, coronam, *Gell.*

Importunè] Inſtanter dicere, *Quint.* Inſectanter, *Gell.* Moleſtè rogare, *Cic.*

Importunitas] Inſtantia, *Gell.* Solicitatio, *Ter. Cic.* Efflagitatio. Efflagitatus. Nunquam tuo *odio* vinces me. Compellatio, *Cic.* Odium, *Ter.* Protelum, *Lucr.*

Importunus] Urgens, *Cic.* Coccyge importunior, *Er.* Moleſtus. Odioſus. Submoleſtus. Permoleſtus, *Cic.*

Impoſsibile eſt] Non erit ut diſtent Non erat ut fieri poſſet, *Lucr.* Fieri non poteſt, *Cic.* Citiùs terra ætherem conſcendet. Faciliùs ex illo excutias ignem. Muti citiùs loquentur. Priùs cavum à convexo disjunxeris.

Impoſsibilia tentare] Aquam igni miſcere. Arenam metiri. Calvum vellere. Cancrum rectà ingredi docere. Exurere, exhaurire mare. Ferrum natare doces. Nudo veſtem detrahere. Lupi alas quærere. Hippocrates deſperatis vult medicinam adhibere. Aquam è pumice poſtulas. Calvum pectere. Colligere uvas è ſpinis. Metari mare.

Ad impoſsibilia nemo obligatur] Impoſſibilium nulla obligatio. Ultrà poſſe viri non vult Deus ulla requiri.

Impoſtor, vid. *Deceptor*.

Imprecari, vid. *Exſecrari*.

Impreſſor] Excuſſor, *Quint.* Typographus, *Iun.* Librarius, *Cic. Liv.* Bibliographus, *Scal.*

Imprimere] Exprimere, *Mart.* Excudere, ex *Cic.* Prelo ſubjicere, *Col.*

Impreſſus] Ectypus, *Plin.* Informatus in animis noſtris, i. e. impreſſus. Inſignitæ veritatis notæ, *Cic.*

Imprimis, vid. *Primò*.

Improbabilis] Probabile non eſt, *Cic.* Probationem non habet, *Sen.*

Impro-

Digitized by Google

Improbandus] Improbatus, *Vlp.* Damnabilis, *Polli.* In pejus notabilis, *Quint*

Improbare] Reprobare aliquid. Cerâ miniatâ notare, *Cic.* Damnare, *Ovid.* Carbone notare, *Hor.* Vid. *Vituperare.*

Improbus, vid. *Nequam.*

Improbum eſſe facilè eſt] Compendiaria res improbitas.

Improles] Orbus ſenex, *Cic.* Orbæ natis matres, *Col. de Ovib.*

Impromptus] Faſtidioſus in cauſis recipiendis. Languens: languidus: alienior & languidior. Lentus & frigidus in dicendo. Frigidus homo. Frigidiſſimus. Intermortua concio. Jacens oratio, animus, *Cic.* Stataria comœdia, *Don.* Tepidus, inſtrenuus, *Plaut* Animo cunctantiore. Cunctator & ſegnis. Cunctabundus, *Liv.*

Impropriè] Minùs propriè, *Cic.* Abuſivè, *Quint.*

Improprius] Figurata verba, *Quint.* Vagi nominis aliquid, *Plin.* Spurius verſus, *Auſon.* Extraria defenſio, *ad Heren.*

Improſper, vid. *Infelix.*

Improvidè] Imprudenter peccare. Imprudentiùs ad flammam acceſſit, *Ter.* Per imprudentiam, incautè, inconſideratè, *Cic.* Incautiùs, improvisò, *Liv.* De improviſo, *Plaut. Cic.*

Improvidens] Mens improvida, inconſiderans, inconſideratus. Parum videt. Inconſultus, *Cic.* Occipiti cœco vivens, *Perſi.* Imprudens, *Ter.* In diem vivens.

Imprudens] Parum prudens, *Ovid.* Neque gutta conſilii. Plus cimex ſanguinis, quàm ille rationis habet, *Er.*

Imprudens prudentia] Malum malo qui tegit, cumulat.

Imprudentia] Mentis occultum delirium.

Impubes] Implumis, *Hor.* Impube corpus, impuber filius, imberbis, *Cic.* Impubis puer, *Plin.* Impubeſcens cortex arboris, *Id.* Depubes, *Feſt.* Inveſtis, *Pallad.*

Impudens] Impudicus. A pudore longiſſimè remotus. Oſcus. Inverecundus. Petulans dictum. Inſigniter impudens. Inverecundum animi ingenium poſſidet. Perfricuit os. Impudentiuſculus. Virtutem, fidem, exiſtimationem pudoris amiſit. Duriſſimo ore eſt, *Cic.* Effrons, *Vopiſc.* Irreverens,

verens, *Spart.* Perfrictæ frontis. Muſca impudentior. Frons ferrea. Frons illi periit. Propudianus porcus. Nihil pudet. Dedidicit pudorem. Oblitus eſt pudoris. Neſcit pudeſcere. Exuit pudorem. Nihil habet oris. Quo ore? Quâ fronte? *Er.* Vid. *Depuduit.*

Impudenter] Parum pudenter rogare, *Cic.* Nudo capite, ex *Chryſoſt.* Apertò capite, *Plaut Hor.* Operto capite. Fuge atque operi caput, *Plaut.* Depoſito pudore. Cynicè vivere. Caninis moribus vivere. Oſcè loqui. Inconſultè. Temerè, *Cic.*

Impudentia] Inverecundia, impudica impudentia. Petulantia, *Cic.* Pudor præmortuus, *Liv.* Projectus, *Ovid.* Proſtitutus, *Firm.* Os impudens, durum, *Ter.* Os ferreum, & os, *abſ. Cic.* Frons dura. Duritia oris. Firmitas frontis, *Sen.* Frons ferrea, *Plin. Iun.* Proſtrata pudicitia.

Impugnare aliquid] Facere in hoſtes impreſſionem, *Varr.* Dare impreſſionem. Inceſſere aliquem ſaxis, pilis. Inſtare ferociter alicui. Carpere agmen, *Liv.* Incurſare aciem, *Tacit.* Urgere aliquem litteris. Incurrere impetu in aliquem. Premere verbo aliquem. Impugnare terga hoſtium, *Cic.* Infeſtare, infeſtantur Pygmæi à gruibus, *Plin.*

Impulſio, impulſor, vid. *Incitatio, incitator.*

Impunè ferre] Impunitus dimiſſus eſt. Impunitum hoc illi fuit. Impunitatem conſecutus eſt, *Cic.* Impunè fecit, impunè habet, impunè abiit. Tulit inultum, *Ter.* Impune id illi eſt, impuniſſimè licuit, *Plaut.* Tacitum tulit, *Cic.* Impunitè aliquid committere, *Amm.*

Impunis] Impunitus, inultus, *Cic.* Incaſtigatus, *Hor.*

Impurè] Sordidè, *Plin. Iun.* Turpiter. Spurè. Spurciſſimè. Obſcœnè. Cauſa agetur fœdiſſimè. Sutorio atramento abſolutus, *Cic.* Fœdè admiſſum aliquid, *Lucr.*

Impuritas] Verborum, rerum obſcœnitas. Fœditas. Labes turpitudinis, *Cic.* Impuritia, *Plaut.*

Impurus] Immundus, *Plaut.* Immundiſſimus, *Suet.* Spurcus: Spurciſſimus. Sputatilicus. Lutulentus ſus, *Cic.* Obſcœnus, *Ovid.* Inquinatus, inquinatiſſimus. Maculoſa ve-

Digitized by Google

ſa veſtis, *Cic.* Sordida mappa, *Hor.* Contaminatus parricidiis. *Cic.*

Imputare alicui culpam] Adſcribere alicui negligentiam. Aſſignare aliquid imprudentiæ, *Cic.* Vertere aliquid ſtultitiæ alicui, *Plaut.* Attribuere alicui culpam, cauſam. Arrogare ſibi ſapientiam. Non ſumo mihi tantùm neque arrogo, *Cic.* Adjudicare alquid alicui, *Plin.* Vid. *Tribuere*

Imus] Infimus, *Plaut.*

Inaceſſus] Inaſcenſus locus, *Plin. Iun.*

Inæqualis] Inæquabilis varietas, inæquatum onus, *Tibul.* Impar intervallum. Nihil ad Perſium, *Cic.* Diſpar certamen, *Ovid.* injuſtus faſcis, *Virg.* Major, *Sen.* Incomparabilis, *Plin.* Ne comparandus quidem ad illum, *Ter.* Diſparat, *Plaut.*

Inæqualia comparare] Elephanti culicem conferre. Formica camelus

Inæqualis ſocietas, vid. *Societas.*

Inæqualitas] Imparilitas, *Gell.* Iniquitas loci, *Liv.* Anomalia, *Gell.*

Inæqualiter] Inæquabiliter, *Col.* Iniquè comparata certatio, *Ter* Juſto longius aliquid, *Cic.* Impariter juncti verſus, *Hor.* Injuria diſpertiviſti, *Plaut.*

Inæſtimabilis] Extra pretium eſt Auro contrà non eſt carus. Auro expendi hunc hominem decet, *Plaut.*

Inanis] Vanus ictus, *Liv.* Supervacanea operoſitas, *Quint.* Supervacuus metus, *Ovid.* Irritus labor, *Id.* Vid. *Vacuus.*

Inanitas] Jejunitas & fames, *Cic.* Inanimentum, *Plaut.* Inane profundum, *Lucr.* Caſſa palearum, *Lucan.*

Inaratus] Incultus ager, *Cicer.* Ferus ager, *Feſt.*

Inardeſcere, vid. *Exardeſcere.*

Inarticulatus] Inexplanata lingua, *Plin.* Incertæ vocis ſonitus, *Non.* Mutæ quadrupedes, *Nævi.*

Inaudire aliquid] Auditiunculâ aſperſus & de, *Gell.* Non ſatis exaudiebam, nec fallebar ſermonis tamen, *Plaut.*

Digitized by Google

Inaudita cauſa] Inexorata cauſa, vel res, *Cic.*

Inauditus] Inauditum omni memoria. Ne fando quidem auditum eſt. Nullo exemplo factum, *Cic.* Fando inauditus, *Plin.* Immemoratus, *Lucr.* Exemplo carens nefas. *Sen.* Novo exemplo, *Cic.* Neque fando unquam accedit quisquam. Neque uſquam fictum, neque pictum, neque ſcriptum in poëmatis, &c. *Plaut.*

Inaugurare aliquem ſacris] Initiare aliquem. Initiare aliquem ſacris. Auguſtè ſanctéque aliquem conſecrare. Deorum religione aliquem conſecrare, *Cic.* Creare ſacerdotem, *Liv.* Vid. *Conſecrare.*

Inaurare] Aurare, *Sipont.* Incoquere alicui rei aurum, *Plin.* Illinere aurum tectis, *Sen.*

Inauratus] Auratus currus, *Cic.* Obauratus, *Apul.* Aureolus. Auro ſimilis, *Varr.* Imbracteatus auro, *Amm.* Contactus ab auro, *Ovid.* Auratilis pulviſculus, *Solin.* Circumlitus auro, *Ovid.* Subæratus, *Perſ.* Subauratus annulus, *Petron.* Incruſtatus auro.

Inauſpicatò, vid. *Infeliciter.*

Incantare] Cantare, *Virg.* Sacra facere, *Ovid.* Malum carmen occentare, *Plin.* Devotare ſortes, *Plaut.* Sopire magicis artibus.

Incantatio] Incantamenta carminum, *Plin.* Carmina & devotiones aliaque maleficia, *Tac.* Indigitamenta, *Feſt.* Deliramenta, *Liv.* Zoroaſtræi ſuſurri, *Prud.* Præcantatio, *Quint.* Incentio, *Amm.* Vota nefaria. Vid. *Veneficium.*

Incautè, incautus, vid. *Inconſideratè, inconſideratus, improvidè.*

Incedere] Ire benè comitatum, Inferre ſe in templum, *Cic.* Agere ſe, *Plaut.* Molli inceſſu ſuſpendere gradum, *Sen.* Ducere ſe, *Ter.* Junonium ingredi, *Athen.*

Incendere] Incendium facere, excitare. Ignes Capitolio injicere, inflammare naves, templum; inflammationem inferre urbibus, inferre tectis faces, ignes. Jactare accenſas faces. Offerre incendium, *Cic.* Ignis immiſſus, *Sen.* Succendere, *Cic.*

Incendiarius] Incenſor meſſium, *Vlp.*

Digitized by Google

Incendium] Incenſio urbis, *Cic.* Ignis immiſſus, *Sen.*

Incendium reſtinguere] Vulcanum compeſcere. Alimenta ignis diſſipare.

Incertitudo] Incertum, *Cic.* Incertum ſalutis, *Apul.* Alea, *Paul. Pomp. IC.*

Incertò] Incertè, *Gell.* In incerto ſita res. Per nebulam ſcire, *Plaut.* Per caliginem cernere, *Cic.*

Incertum eſt] In incerto ſita res eſt. Neſcias cui credas, *Plaut.* Hæret hæc res, *Id.* In diſquiſitionem venit, *Liv.* In diſquiſitione poſitum eſt, *ad Her.* Auctoritate id ſemper eguit. Neſcitur utrum, an, *Cic.* Non traditur, *Plin.* Non ſatis mihi liquet. Parum mihi liquet. Minùs compertum habeo, *Er.*

Incertus] Infida pax. Ambiguus favor, fides. Vanus auctor, *Liv.* Perincertus, *Sal.* Dubius rumor, *Plin. Iun.* Levifidus, *Plaut.* Vagi nominis eſt Ambroſio, & circa alias herbas fluctuantis, *Plin.*

Inceſſus, vid. *Ambulatio.*

Inceſſus tolutarius] Glomeratio crurum mollis, *Plin.* Tolutilis gradus, *Varr.*

Inceſſus tardus] Grallatorius, aut teſtudineus gradus, *Plaut.*

Inceſtare] Inceſto flagitio aliquem polluere, *Cic.*

Inceſtus] Inceſtum, *Non.* Sanguis miſtus, *Lucan.*

Inceſtuoſus] Inceſtæ virilitatis homo, *Tac.* Inceſtus, *Cic.* Inceſtificus, *Sen.*

Inchoare, vid. *Incipere.*

Incidere, in aliquid cadere] Decidere in, *Plaut.* In plagas cervus cecidit, *Ovid.* Delabi in flumen, in morbum. Incurrere in fraudem, irruere in malum. Venire, devenire, pervenire in manus alicujus. Conjicere ſe in plagas. Inducere ſe in laqueos, *Cic.* Labi in adulationem, *Tac.* Præcipitari in inſidias, *Lucr.* Illabi, *Cic.*

Incidit in hoc tempus] Incidunt in eum diem myſteria. Solutio cadit in eum diem. Ea res in eum diem incurrit, *Sic.*

Incidere] Inſecare olivam, *Col.* Fiſſiculare, *Apul.* Infindere, *Virg.*

Digitized by Google

Inceptio] Suſceptio. Commiſſio, *Cic.* Aggreſſus, *Firm.* Prima operis aggreſſio, *Bud.*

Inceptio cantionis] Præcentio, *Cic.* Incentio, *Gell.*

Incipere] Inceptare. Occipere, *Ter.* Incipiſſere, *Plaut.* Inchoare. Ordiri altiùs, à capite. Exordium ducere, ſumere, dare. Principia ducere. A diis immortalibus ſunt nobis agendi capienda primordia, *Cic.* Initium facere, ducere, dare, capere, *Quint.* Capeſſere principium, *Tac.* Facere principium. Inire prælium. Ciere pugnam. Committere ludos, *Liv.* Aggredi dicere, ad dicendum. Ingredi diſputationem. Inſtituere, ſuſcipere aliquid, *Cic.* Auſpicari, *Plin.* Indipiſci pugnam, *Gell.* Exordiri telam. Ponere initium, *Cic.*

Incipere canere] Incinere, inceptare canere, *Gell.* Inceptare cum aliquo, *Ter.* Præcipere. Præire voce alicui, *Cic.* Auſpicatus eſt cantare, *Suet.*

Incipit, vid. *Oritur.*

Incitamentum] Incitabulum, *Gell.* Suſcitabulum. Protelum. Delectatio protelum ad diſcendum, *Varr.* Celeuma, *Hieron.* Celeuſma, *Mart.* Irritamentum. Incentivum belli, *Plin. Iun.* Irritamen, *Ovid.* Invitamentum, illicium, illecebra. Pabulum. Stimulus. Calcar. Tuba belli, Bellicum. Fax ſeditionis, *Cic.* Fomes ingenii, *Gell.* Concitamentum, *Sen.* Thyrſus. Thyrſo laudis percutere, *Lucr.*

Incitare] Suſcitare, exſuſcitare, exciere, excitare. Impellere. Dare vel injicere alicui mentem. Inflammare, præferre facem ad aliquid. Addere alacritatem. Admovere calcar, ſtimulos alicui. Bellicum canere. Ventilare concionem flabello ſeditionis, *Cic.* Accendere, addere faces flagrantibus militum animis, *Tacit.* Addere ardorem mentibus, *Virg.* Addere alas. Inſpirare occultum ignem, *Id.* Injicere ardorem. Acuere animos, *Liv.* Proritare, *Plin.* Sufflare aliquem, exſtimulare dictis, *Ovid.* Subjicere faces.

Incitatio] Invitatio, invitatus, impulſio, impulſus. Motus animorum, *Cic.* Inſtigatus, *Vlp.* Inſtinctus, *Plin.* Stimulatio, *Tac.*

Inci-

Digitized by Google

Incitator] Inſtinctor, concitor belli, *Tacit.* Concitator & ſtimulator. Impulſor. Fax incendiorum, *Cic.* Irritator, *Sen.* Incenſor, incentor belli, *Amm. Iuſtin.* Incentivus, *Firmic.*

Incitatus, vid. *Agilis.*

Incivilis, vid. *Inurbanus.*

Inclamare] Inclamitare. Occlamitare alicui. Clamore hominem poſcere, *Plaut.* Clamore inſequi, *Cic.* Perſonare aurem alicui, *Hor.* Accipere aliquem clamore, *Liv.*

Inclementer, vid. *Crudeliter.*

Inclinare] Propendere inclinatione voluntatis in aliquid. Incumbere ad bonitatem. Demittere ſe ad, *Cic.* Inclinare animum ad rem aliquem. Inclinare in hoc conſilium, *Liv.* Proclinari, *Col.* Vergere ad imum, *Hor.* Acclinare ſe ad aliquem, *Ovid.*

Inclinatio] Flexus ætatis. Nutus, *Cic.* Proclinatio ſtructuræ, *Vitr.* Devergentia. Declinatio mundi, *Gell.* Devexitas, loci, *Plin. Iun.* Inflexio, flexio laterum, *Cic.* Deflexus, *Col.*

Inclinatus] Proclinatus, *Vitr.* Deflexa ætas. Proclivis, *Cic.* Pronus ad meridiem locus, *Varr.*

Inclytus, vid. *Celebris.*

Incoctus, i, non coctus] Semicoctus, Semicrudus, *Col.*

Incœnatus] Incœnis, *Plaut.*

Incogitans, vid *Inconſideratus.*

Incogitanter] Incogitato animo, *Plaut.*

Incogitantia] Temeritas, inconſulta ratio, *Cic.* Præcipitantia. Præcipitatio, *Sen.*

Incognitus, vid. *Ignotus.*

Incola] Habitator, *Cic.* Inhabitator, *Vlp.* Viri loci, *Ovid.* Diique virique loci ſuccurrite.

Incolere, vid. *Habitare.*

Incolumis, vid. *Sanus.*

Incommodare, vid. *Impedire.*

Incommodatio] Incommodum, *Cic.*

Incommodè] Alieno, alieniſſimo, adverſo tempore aliquid agere. In alieniſſimum tempus adventus meus cadet. Importu-

portunè. Intempeſtivè, *Cic.* Advorſum tempori venire, *Plaut.* Perincommodum eſt id mihi, *Liv.*

Incommodus] Perincommodus, *Liv.* Importunus, *Cic.*

Incompti capilli] Incomptum caput, *Hor.* Horridæ comæ, *Iuv.* Sine lege capilli; ſciſſi. Soluti crines. Disjecta comas fœmina; Reſoluta capillos. Neglecta coma, *Ovid.* Nulla lege jacens coma, *Sen.* Dederat comas diffundere ventis, *Virg.* Sparſus humeris capillus, *Hor.* Capillus horrore implexus, *Apul.* Impexus, *Scal.*

Inconſiderantia] Irrationabilitas bonorum hominum, *Apul.* Imprudentia, inconſulta ratio, inconſideratiſſima temeritas. Cupiditas inconſiderata, *Cic.* Inconſulta amentia, *Quint.*

Inconſideratè] Inconſultè procedere, *Sal.* Incogitato animo, *Plaut.* De ſummo pectore dicere, *Gell.* Nullo conſilio, ſine judicio, & modo facere aliquid, *Cic.*

Inconſideratus] Incautus, *Cic.* Inconſultus homo. Præceps conſiliis. Cœci conſules. Nunc demum ſcio me fuiſſe excordem, cœcum, incogitabilem, *Id.* Incogitans, *Ter.* Incogitatus, *Plaut.*

Inconſtans] Volubilis. Mobilis, Vacillans animus. Ventoſus homo. Fluxus. Pluma & folio faciliùs movetur, *Cic.* Inſtabilis. Ambiguus, *Plin.* Diverſus animi, *Tac.* Incertus ſui, *Sen.* Deſultorius, *Bud.* Miſcellio, *Feſt.* Profluviâ fide homo, *Priſcian.* Animo nunc huc, nunc fluctuat illuc. Nihil ipſi conſtantius inconſtantiâ. Claudicat claudicans utroque. Aliud ſtans, aliud ſedens. Amicitia deſultoria. Amicitia, quæ deſiit, nunquam vera fuit. Cœpiſti meliùs, quàm deſinis. Cardine verſatilior. Chamæleonte mutabilior. Cothurno verſatilior. Euripus homo. Hydrâ magis varius. Pilâ volubilior. Turbine verſatilior. Cortice levior. Plumâ levior, ſubere, ramento levior. Vento inſtabilior. Vertumno inconſtantior, *Er.* Verſatilior quàm rota figularis, *Plaut.*

Inconſtantem eſſe] De ſtatu demigrare. De toga ad pallium. Polypi mentem obtinere.

Inconſtantia] Inſtabilitas, *Plin.* Volubilitas fortunæ. Mobili-

Mobilitas & levitas hominis. Vanitas, *Cic.* Levitas mentis, *Sil.*

Inconſultè] Inconſultò. Temerè, imprudenter aliquid facere, *Cic.* Vid. *Temerè.*

Inconſultus] Qui nullo conſilio aliquid adminiſtrat. Expers conſilii, *Cic.* Inopioſæ res conſilii, *Plaut.*

Incontaminatus] Intaminatus, *Hor.* Impollutus, *Sil.* Integer, *Virg.* Illutus pes, *Arnob.*

Incontinens] Impotens amoris, *Tac.* Intemperans in alicujus rei cupiditate, *Cic.* Dolio pertuſo licentioſior. Acolaſtus, *Gell.* Projecta & effrenata cupiditas, *Cic.*

Incontinenter] Intemperanter. Effrenatè, *Cic.* Impotenter, *Liv.* Inſedabiliter ſitis urit corpora, *Lucr.*

Incontinentia] Impotentia animi. Intemperantia, *Cic.*

Inconveniens] Incongruens aliquid alicui, *Gell.* Ineptus, *Cic.*

Inconventia] Calceus major pede. Cum Cerdone inepto parvo pedi magnum inducere calceum. Vid. *Inepta agere.*

Incorporeus] Incorporalis, *Sen. Quint.* Expers corporis. Nullius corporis eſt Deus, *Cic.*

Incorruptè] Incorruptiùs judicare, *Cic.* Vid. *Juſtè.*

Incorruptus] Integer, *Ter.* Illibatus, intactus, *Liv.* Infractus, *Plin.* Illæſus, *Stat.* Sanctum jus. Sana Reſp. Salvus. Virgo, Philoſophia, virtus indepravata, *Cic.* Conſtat pietaſque fideſque, *Sen.* Ariſtide incorruptior, *Eraſ.*

Incredibilis, e, eſt] Abſurdum & incredibile. Nihil mihi unquam tam incredibile accidit, quàm, &c. Hoc omnibus incredibile, & falsò memoriæ proditum. Aliquis tibi ex inferis excitandus eſt, qui hæc approbet, *Cic.* Difficile ad credendum. Procul eſt (non eſt) ut credere poſſis, *Lucr.* Difficile ad fidem. Fidei abſonum, *Liv.* Fide caret, *Ovid.* Fidem excedit. Reſpuit hoc ſapientiſſimi cujuſque fides, *Plin.* Etiamſi Cato dicat. Fando inauditum.

Incredulitas, vid. *Diffidentia.*

Incredulus] Incredibilis, *Apul.* Diffidens, *Cic.* Ne genio quidem credit ſuo, *Plaut.*

Incrementum, vid. *Augmentum.*

Digitized by Google

Increpare] Increpitare aliquem moræ, *Sil.* Incuſare vehementer aliquem, *Caſ.* Inceſſere monitis aliquem, *Sil.* Cantare alicui ocyma, *Perſ.* Lucilius urbem defricuit ſale multo, *Hor.* Confricare ſervos injuriis ac criminationibus imperioſis, *Gell.* Os tuum ferreum Senatus convicio verberari voluiſti, *Cic. in Piſon.* Accipere aliquem malè vehementer, *Cic.* Vid. *Objurgare.*

Incruentus, vid. *Exſanguis.*

Incruſtare] Sincerum vas incruſtare, *Hor.* Truliſſare. Inducere parieti marmor. Nucleum inducere (*pavimento*) Ruderare pavimentum, *Vitr.* Loricare parietes marmorato, opere tectorio, *Varr.* Albarii operis nitore decorare. Frequentare inductionem, *Pallad.*

Incruſtatio] Loricatio pavimenti. Truliſſatio. Ruderatio. Directio è grano marmoreo. Directura exarenato, *Vitruv.* Inductio parietis, inductio calcis, grani marmoris, *Pallad.*

Incubare ovis] Incubare, *abſ.* Incubare fœtibus. Excubant gallinæ, *Col.* Sedet in ovis polypus. Fovent ova volucres, *Plin.*

Incubatio] Incubitio, incubitus, incubatus, cubatio gallinæ, *Plin.*

Incubus] Faunorum ludibria. Suppreſſio nocturna, *Plin.* Ephialtes, *Macr.* Incubo, *Serv.* Genius ſalax, *Lipſ.*

Inculpatus] Candidus. Abeſt à reprehenſione, *Cic.* Irreprehenſibilis, *Firm.* Irreprehenſus, *Ovid.*

Incultus, vid. *Inaratus.*

Incultus, tranſl.] Impolitus, inconcinnus, inornatus, invenuſtus actor. Subhorridus & incultus. Barbarus ſervus. Verrucoſus orator. Ruſticanus. Vaſtus & Agreſtis in vultu motuque corporis, *Cic.* Craſſior Muſa, incompoſitis moribus, *Quint.* Vid. *Barbarus.*

Incuria] Non curantia, *Cic.* Omiſſus animus, *Ter.* Negligentia, *Cic.* Supina negligentia, *Mart. Juv.*

Incurioſus] Expers curæ, *Liv.* Socors futuri, *Tac.* Nullarum rerum candidatus eſt, *Sen.* Negligens ſui, *Id.* Inſtudioſus alicujus rei, *Apul.* Vid. *Negligens.*

Digitized by Google

Incurioſus ſui nec Deo eſt curæ] Qui domi ſuæ compluitur, ejus ne Deum miſeret.

Incurrere] Introrumpere, *Ter.*

Incurſio, vid *Invaſio.*

Incurvare, vid *Curvare & Pandari.*

Indagare] Veſtigare. Perveſtigare, *Cic.* Premere alicujus veſtigia, *Tac.* Stringit canis leporis veſtigia, *Ovid.* Inſtare veſtigiis. Perſequi aliquem ipſius veſtigiis. Inſiſtere in veſtigium alicujus, *Cic.* Sequi veſtigia, *Quint.* Scrutari veſtigia alicujus, *Plin.*

Indagatio] Perveſtigatio, *Cic.* Indago, *Plin.* Vid. *Inquiſitio.*

Indagator] Veſtigator, *Col.* Indagatrix, inveſtigator, *Cic.* Ichnobates, *Ovid.* Quæſitor ferarum canis, *Non.*

Inde, vid. *Illinc.*

Indecens] Indecorus, inconveniens factum, *Cic.* Dedecorus, *Plaut.* Indignus, *Ter.*

Indecenter] Indecorè, indignè, illiberaliter, *Cic.* Irreverenter, *Plin. Iun.*

Indecentia] Indignitatem rei exponere, *Cic.*

Indemnis] Innoxius à pecoribus, *Col.* Illæſus evaſit, *Sen.* Innocuus, *Virg.* Nunquam obnoxius, *Plin.* Indemnitati conſulens, *Vlp.*

Indicare] Monſtrare aliquid indice, digito, *Hor.* Digitum intendere ad frontem. Enunciare myſteria alicui, *Cic.* Indicio ipſe de ſe erit, *Ter.* Per indicium enunciata res, *Caſ.*

Indicare pretium, vid. *Pretium.*

Indicatio, vid. *Proditio.*

Indicere, vid. *Edicere.*

Indicium] Oculi indices animi. Argumentum accipere certiſſimum. Significatio virtutis, *Cic.* Inſignia morbi, *Hor.* Vid. *Signum.*

Index libri] Elenchus, *Plin.* Syllabus, *Cic.*

Indifferens] Adiaphorus, *Varr.* Neutralis, *Quint.* Medii & neutrius alterius partis homines, *Cic.* Et benè & male facere tenet. Improbus cum improbis eſt, bonus bonis. Utcunque res ſit, ita animum habet. Eum patinarium vel aſſum vorſes; quo pacto lubet. Utroque verſum rectum eſt inge-

ingenium meum, ad te atque ad illum, *Plaut*. Pro rota me uti licet; vel ego huc, vel illuc vertar, quò imperabitis, *Id*. In utrumque paratus, *Virg*. Ambiguæ fidei vir, *Liv*. Nec utilis nec inutilis.

Indifferenter] Indiſcriminatim, *Varr*.

Indifferentia] In contrarias partes facultas. Adiaphoria, *Cic*.

Indigena] Oriundus hinc, *Plaut*. Indidem homo, *Cic*. Hinc civis, *Ter*.

Indigens, indigere, vid. *Egenus, egere*.

Indigeſtio] Cruditas ſtomachi, *Cic*. Vid. *Concoctu difficile*.

Indigeſtus prop.] Indiſtinctus, *Quint*.

Indigeſtus cibus] Inconſumptus, *Ovid*.

Indignari] Indignè ferre, pati aliquid, *Cic*. Indigniſſimè ferre, *Capit*. Labra movere, *Ariſtop*. Inflare buccas, *Hor*. Atrociter ferre.

Indignanter, vid. *Iracundè*.

Indignè] Aliquem non pro dignitate ejus tractare, *Cic*.

Indignè ferre, vid. *Siniſtrè accipere*.

Indignus] Tanto nato indigniſſimus, *Stat*. Non dignus, *Ter*. Ligula non dignus. Ne crepitu quidem digiti dignum.

Indiligens, vid. *Negligens*.

Indiligenter vid. *Negligenter*.

Indiſcretus] Indiſcretæ ſimilitudinis effigies. Indiſcreta propè ſpecie ſimiles, *Plin*. Promiſcuus, *Liv*.

Indiſertus] Ineloquens, *Lact*. Infacundus, *Liv*. Strigoſus orator. Jejunus, jejunior in orationibus. Infans. Nihil illo infantius, infantiſſimus. Elinguis, *Cic*.

Indiſpoſite, indiſpoſitus, vid. *Inordinate, inordinatus*.

Indiſſolubilis] Inſolubilis, indivulſus comes, *Macrob*. Indiſſociabilis unitas, *Lactant*. Continuus, *Hor*. Velut umbra, quoquo ibis, te ſequar, *Plaut*. Irreſolubilis nexus, *Amm*. Inſeparabilis, *Priſcian*.

Indiſſolubiliter] Non *tenaciter* tantùm, ſed *inſolubiliter* etiam uniuntur. Quæ inſeparabiliter natura vinxit, *Macr*.

Indiſſolutus] Irreſolutus, *Ovid*. Inevolutus, *Mart*.

Indiſtinctè] Indigeſtè, *Gell*. Congeſtè, *Iul. Cap*. Permixtè. Promiſcuè. Confusè. Confuſim, *Cic*.

Indi-

Digitized by Google

Indiſtinctus] Indigeſtus, *Plin.*

Indiviſibilis] Individuus, *Cic.* Indiviſus, *Feſt.*

Indiviſus] Indiſcretus, *Sili.*

Indere aliquid alicui] Speciem ſui clypeo incluſit. Illigare. *Cic.* Inſerere feneſtras, *Virg.* Adindere, *Cat.* Imprimere tabulam parieti, *Plin.* Incorporati repagulis funes, *Anim.*

Indocilis] Obtuſa acies animi. Tardus & indocilis. Tardo ingenio. Retuſum ingenium. Plumbeus homo, *Cic.* Hebes homo, ingenium, *Acci.* Homo naris obeſæ, *Hor.* Iners ingenium, *Ovid.* Stipite tardior. Plumbo ſtupidior. Caudice ſtolidior, *Er.*

Indoctè, vid. *Impertè.*

Indoctus] Amuſus, *Vitr.* Averſus à Muſis. Iners, qui caret arte. Idiota. A doctrina parum inſtructus. Politioris humanitatis expers, *Cic.* Ne Æſopum quidem (ſeu Donatum) trivit. Vid. *Illiteratus.*

Indoctus inter doctos] Graculus inter Muſas. Anſer inter olores.

Indolentia] Vacuitas, privatio doloris, *Cic.*

Indoles, vid. *Ingenium.*

Indomitus, vid. *Immanſuetus.*

Indormire] Incumbere lecto, *Ovid.* Supercubare, *Col.* Incubare ſtramentis, *Hor.* Incubare ſuper fomentum, *Sen.*

Indubitatè, vid. *Procul dubio.*

Indubitatus] Indubitabilis, *Quint.* Vid. *Certus.*

Inducere aliquem in aliquod factum] Perducere aliquem in diſcrimen. Impellere aliquem ad aliquid. Deducere aliquem in fraudem. Illicere conjugem in ſtuprum, *Cic.* Adigere aliquem ad ſuſpendium. Perdere capitis aliquem, *Plaut.* Compellere aliquem ad laqueum, *Plin.* Conficies filio aliquid mali. Redigere aliquem ad inopiam, *Ter.* Redigere aliquem ad interitum, *Lucr.*

Induciæ] Belli feriæ, *Varr.* Pax caſtrenſis paucorum dierum, *Gell.* Pax ſequeſtra, *Virg.* Feriale officium, *Apul.*

Induere veſtem] Induere ſe veſte. *Ter.* Indui veſtem, *Plin.* Sumere veſtem, *Ovid.* *Cic.* Superinduere penulam, *Suet.* Incingi, *Ovid.*

Digitized by Google

Indulgenter] Indulgentiſſimè, *Sen.* Molliter. Molli brachio. Leniter. Manſuetè, *Cic.* Blande, *Ter.* Mitiùs ferre aliquid, *Ovid.* Molli articulo, *Quint.*

Indulgentia] Remiſſio. Relaxatio. Diſſimulatio, *Cic.*

Indulgentia corrumpit pueros] Nocet indulgentia nobis, *Ovid.* Blanda patrum ſegnes facit indulgentia natos. Facilitas multa mala docet.

Indulgere] Indulgere alicui, vel aliquem nimis, *Sil.* Relaxat pater nimis indulgens, quicquid ego adſtrinxi. Suffragari alicujus cupiditatibus. Blandiri alicui, *Cic.* Blandiendo dulce malum nutrit, *Sen.* Suſtentare vitia alicujus, *Sal.* Permittere licentiam Lenocinari alicui, *Cic.* Nimis liberaliter habere aliquem, *Sal.* Addere blanditias. Agere blanditiis, *Ovid.* Laxare frena, *Lucan.* Effundere habenas, *Virg.* Connivere, *Cic.*

Indurare] Durare ungulas. Edurare, *Col.* Condurat ferrum humor, *Lucr.* Perſolidat imbres Boreas, *Stat* Callum alicui obducere. Lapire. Lapit cor cura, *Pacuv.* i.e. Obdurefacit *Non.* Obdurare, *Hor.*

Indurari, vid. *Dureſcere.*

Induratus] Duratus, *Liv.* Præduratum vas, *Plin.* Robuſtus vetuſtate, *Cic.*

Indurata durant] Frangas potiùs, quàm corrigas, quæ in pravum induruerunt.

Induſium] Intuſium, *Non.* Induſiata veſtis, *Plaut.* Interula, *Apul.* Tunica intima, *Gell.*

Induſtria] Virtus ad obeundas res plurimas cum celeritate. Ad res multas aggreſſio, earumque actio, *ex Gell.* Negotialis ſtatus, *Cic.*

De induſtriâ aliquid agere] Sola induſtria præſtat ut ſperare poſſis indiviam.

Induſtriè, vid. *Ingenioſè.*

Induſtrius] Acer & induſtrius in rebus agendis. Homo navus. Pragmaticus. Negotii benè gerens, *Cic.* Strenui, boni, factioſi, *Sal. Muret.* Rebus agendis natus, *Hor.* Activus, *Quint.* Induſtrioſus, *Val. Max.*

Indutus] Veſtitiſſimus, *Col.*

Inebrians

Inebrians, vim inebriandi habens] Vinolenta medicamina, *Cicer.* Lynceſtis aqua, *Plin.* Lynceſius amnis, *Ovid.*

Inebriare aliquem] Deponere aliquem vino. Conficere aliquem poculis, vino. Invitare aliquem magnis poculis. Facere ut ſit madidus aliquis, *Plaut.* Vino ſepelivit illum ad ſomnum. Poculis crebris grandibuſque ſingulos ingurgitat, *Apul.* Urgere culullis, *Hor.*

Inebriari] Obruere ſe vino, *Cic.* Ingurgitare ingenium poculis, *Gell.* Invitare ſe largiſſimè. In multum vini proceſſerunt, *Liv.* Madere mero, *Tib.* Vino te devincis, *Plaut.* Vicit (me) vinum quod bibi. Vino inundamur, *Petron.* Incaluit quoties faucia vena mero, *Mart.* Acceſſit fervor icto capiti, humeruſque lucernis, *Hor.* Incaleſcere mero. Mergi, ſauciari vino, *Liv.*

Inedia] Abſtinentia mitigatur febris, *Cic.* Apaſtia, *Cæl. Rhod.*

Ineffabilis] Inenarrabilis. Enarratu' difficilis, inexplicabile dictu eſt, *Plin.* Inenarratus, *Gell.* Indictus & innominabilis Deus, *Apul.* Nec relatu effabilis, nec, &c. *Amm.* Quicquid dixero minus erit, *Petr.* Vincitur ſermo rei magnitudine, & minus eſt eo quod dicitur, *Hieron.*

Ineffabiliter] Inenarrabiliter, *Liv.* Inexplicabiliter, *Apul.*

Inefficaciter] Frigidiſſimè, *Quint.*

Inefficax] Frigidum ſolatium, *Ovid.* Lentus, *Cic.*

Inelaboratus, vid. *Imperfectus.*

Inelegans] Incultus, inornatus, indotatus. Incomitata, incompta ars, *Cic.*

Ineloquens, vid. *Indiſertus.*

Inemendabilis] Inemendabilis pravitas, *Quint.* Irredivivus pons, *Catul.* Corrigi non poteſt, *Cic.* Nullus hunc recudat Vulcanus; Nullus refingat Mercurius.

Inemendabile pereat] Inemendabile vulnus enſe recidendum, ne pars ſincera trahatur, *Ovid.*

Inenodabilis, vid. *Inexplicabilis.*

Digitized by Google

Ineptè] Putidè. Odiosè, *Cic.* Frigidè, ſubfrigidè. Inconcinniter, *Gell.* Infabrè ſculptum, *Hor.* Perridiculè, *Cic.* Nugatoriè reſponſum, *ad Heren.*

Ineptia] Ineptitudo, *Non.* Inſulſitas, *Cic.*

Ineptus homo] Fœnum. Abnormis, *Hor.* Caudex, ſtipes aſinus, *Ter.* Inſulſus, *Cic.* Fruſtra eſt, *Sal.* Mala merx. Frutex, *Plaut.* Aſinus ad lyram. Diſpeream ſi tu Pyladi præſtare matellam dignus es; *Mart.*

Inepta agere] Adaptare capiti ocream, tibiæ galeam, Herculis cothurnos infanti. Adhibere ſanæ corporis parti ſcalpellum. Aſinum ſub freno currere doces. Bovi clitellas. Bove leporem venari. Clave findere ligna & ſecuri fores aperire.

Ineptire, vid. *Nugari.*

Inermis] Inermus, inermis ac nudus, *Cic.* Inarmatus, *Propert.*

Iners, vid. *Segnis.*

Ineruditus] Indoctus. Tiro ac rudis. Rudis literarum. Rudis in re civili. Iners. Expers eruditionis, *Cic.* Pulverem eruditum ne quidem attigit. Bipes aſellus, *Hieron.*

Ineſcare, vid. *Allicere, inſtruere.*

Inevitabilis] Indeclinabilis, *Sen.* Indeclinatus, *Ovid.* Inaverſabilis, *Apul.* Ineluctabilis, *Virg.*

Inexcitabilis, vid. *Somnus profundus.*

Inexcuſabilis] Impurgabile crimen, *Amm.* Carens purgatione.

Inexercitatus] Inexercitus, *Macrob.*

Inexorabilis] Indeprecabilis, *Gell.* Molleſcere neſcius alloquiis. Adeo ingenio eſt duro & inexorabili, ut neque miſericordiâ, neque precibus molliri queat, *Ter.* Inflexibilis, *Plin.* Nullis precibus adduci poteſt, *Cic.* Silice durior. Littore ſurdior. Cote durior. Æquore ſurdior, *Er.* Obduruerunt, occaluerunt aures.

Inexpertus] Expers periculorum. Hoſpes in aliqua re, peregrinus, tiro. Ne umbram quidem hujus rei vidit, *Cic.* Imprudens maris, *Liv.* Inſolens bellorum, *Tac.* Homo recens, nuperus & novitius, *Plaut.*

Inexper-

Digitized by Google

Inexpertus qualia ſcit?] Dulce bellum inexpertis. Dulcis inexpertis cultura potentis amici, expertus metuit, *Hor.*

Inexplebilis, vid. *Inſatiabilis.*

Inexplicabilis] Inſolubilis, *Quint.* Inexplicitus, *Mart.* Ineluctabile fatum, *Stat.* Inexputabilis, (qui ſupputari nequit,) *Gell.* Indiſſolubilis nodus, *Plin.* Inenodabilis res, *Cic.* Inexpedibilis mora, *Amm.* Inextricabilis, *Virg.*

Inexploratus] Inexaminatus, *Firm.* Si quid inexpertum ſcenæ committis, *Hor.* Intentatus, *Sen.*

Inexpugnabilis, vid. *Invictus.*

Infacetus] Inficetus, inſulſus, *Cic.* Frigidus, ineptus, *Id.* Illepidus, *Plin. Iun.*

Infacundus, vid. *Indiſertus.*

Infamare, vid. *Diffamare.*

Infamia] Adverſa fama, *Sen.* Vulnus famæ. Nota. Dedecus, *Cic.* Flagitium, *Plaut.* Stigma. Dyſphimia. Parum ſecunda fama, *Suet.* Traductio, *Sen.* Fama, *abſ. Ter. Virg.*

Infamis] Infame nomen, *Ovid.* Famoſus, *Sal.* Adverſo in vulgus rumore fuit, *Tac.* Malè audit. Infamiâ laborat, flagrat. Habet infamiam. Minùs commodè audit, *Cic.* Peſſima ejus fama in vulgus eſt, *Liv.* Laborat infamiæ notâ, *Vlp.* Vid. *Diffamatus.*

Infandus] Nefandus amor, *Val. M.* Innominabilis, *Gell.* Ne fando quidem cognoſcendus, audiendus. Ne fando quidem dignus, *Cic.*

Infans] Nefrens, *Liv.* Animal nondum rationale, *Sen.* Puellus, *Lucil.* Pupus, *Varr.*

Infantia] Exordium vitæ.

Ab infantia] Ab unguibus, à teneris unguiculis. A prima ætate. A pueris. Ab ineunte ætate. A parvis. Ab initio ætatis, *Cic.* A puero parvulo, puſillo. A cunabulis, *Plaut.* Ab infantibus, *Celſ.* Ab infante, à tenero, *Col.* A parvulis, *Ceſ.* A teneris, *Virg.* A rudibus annis. Ab ipſis crepundiis, *Er.* Hoc diſcunt omnes ante alpha & beta puellæ, *Iuv.* Cum lacte bibere errorem, *Prudent.*

Infantilis, vid. *Puerilis.*

Infatuare, vid. *Dementare.*

Digitized by Google

Infectus] Infabricata robora, *Virg.* Æs rude, *Plin.* Æs grave, *Liv.* Æs rudum, *Sipont.* Rauduſculum, vel Rudiuſculum. Adrudus. Æs conflatum, infectum, contrarium, grave, *Feſt.*

Infectus peſte, vid. *Peſtis.*

Infecunditas] Sterilitas, *Cic.* Segnites camporum, *Plin.*

Infecundus] Infecunda natura, *Stat.* Sterile virtutum ſeculum, *Tac.* Laborans ſterilitate, *Col.* Malè natus ager, *Varr.* Infelix arbor, *Cic.* Cœlebs arbor, *Plin.* Spadonia laurus, *Id.*

Infelicitas] Infortunium, *Ter.* Adverſa, miſera, adflicta, infeſta fortuna. Calamitas. Ærumna adverſa. Res adverſæ, contrariæ, miſeræ, *Cic.* Mala fors, *Cæſ.* Summum infelicitatis genus eſt, *Sen.* Fatum, *Cic.* Vicem alterius dolere, *Cic.* id eſt, ſortem malam.

Infeliciter] Improſperè, *Col.* Inauſpicatò. Malis ominibus. Nullis, vel, malis auſpiciis. Funeſtis omnium ominibus. Auſpicio non captato, *Cic.* Haud auſpicatò, *Ter.* Adverſo flumine, *ex Gr.* Malâ avi. Adverſis auſtris. Mala alite, *Hor.* Cum malo auſpicio nomen conjunctum eſt, *Plaut.* Contrario amne.

Infeliciter tentare aliquid] Invitâ deliâ venari. Tu nihil invitâ dices facieſve Minervâ.

Infeliciter laborare] Alienâ manu laborare.

Infelix] Infortunatus, invenuſtum ac infelicem hominem. Genio ad miſeriam natus. Cui bonæ felicitates omnes adverſæ ſunt, *Ter.* Improſper, *Tac.* Infauſtus, *Ovid.* Lævum tempus, *Hor.* Nefaſtus dies, *Id.* Scævus. Atri dies, *Gell.* Siniſter, *Virg.* Funeſtus dies, *Cic.* Parum felix, *Plin. Iun.* Nati infelicibus ovis. Quartâ lunâ natus. Næ ego infelix homo ſum. Ipſo infortunio infortunior, *Er.* Inauſpicatus, *Plin.* Inauſpicatiſſimus, *Id.* Non auſpicatus, inominatus. Malè ominata verba, *Hor.*

Infelix donum] Malo aſino vehitur.

Infensè, vid. *Iracundè.*

Infenſum eſſe alicui] Malè ſum affectus erga aliquem, Malevolus. Malevolentiâ in aliquem ſuffuſus ſum, *Cic.* Malè

favere

Digitized by Google

favere alicui. Malo eſſe in aliquem animo, *Ovid.* Vertere pollicem, convertere, *Iuv.* tract. à gladiatorib. Quaſi infenſantibus diis, *Tac.* Malè in aliquem conſulere, *Ter.*

Inferialis, vid. *Exſequialis.*

Inferior] Infernus. Depreſſus, depreſſior locus, *Col.* Demiſſa loca, *Cic.* Submiſſa planities, ima terra, infernum limen, *Varr.*

Infernalis] Infernus Rex, *Virg.* Orcinianus, *Mart.* Avernus. Avernalis. Tartareus, *Ovid.* Acheronticus, *Plaut.* Acheruſia templa, *Lucr.* Orcinus, *Gell.* Orchius, & Orchivus, *Id.*

Infernus] Umbrarum locus. Orcus. Tartarus. Tartara, *pl. Virg.* Tartarea domus, *Ovid.* Tartarea plaga. Erebus. Inferi. Sceleratorum ſedes atque regio. Vita mortuorum ſub terra; Ubi impii ſupplicia perferunt, *Cic.* Carcer infernus; & perpetuâ nocte oppreſſa regio, *Sen.* Avernus, *Claud.* Orcum, *Enn.* Acherontica regio, *Plaut.* Acheruſia templa, *Lucr.*

Inferre] Introferre, *Cic.* Invehere mala, *Id.* Importare frumentum, *Cæſ.*

Infeſtare] Premit fortuna infeſta, *Varr.* Infeſtare ferociter, *Liv.* Urgere crebris aſſultibus, *Virg.* Incurſare, *Tacit.* Incurrere impetu in aliquem, inſectari aliquem acerbiùs. Calefacere aliquem, *Cic.* Urere hominem, *Ter.* Exercitor ſum alicujus, *Plaut.*

Infeſtus] Incurſitans, *Sen.* Vid. *Moleſtus.*

Inficere aliquid] Infuſcare, *Cic.* Mali quidpiam alicui afflare, *ad Her.* Temerare venenis fluvios, Vitiare auras, prævitiare, *Ovid.* Importare aliquò contagionem, *Plin.* Inſpirare venenum, *Virg.* Penetrant contagia, *Lucan.* Venenare aliquid, *Lucr.* Coinquinare, *Col.*

Infici] Contaminare ſe contagione ſocietatis, *Cic.* Ducere vitium, *Plin.* Trahere periculum à flatu, *Sen.* Vitiari odoribus, *Ovid.* Lædi odore, *Plin.* Concipere morbum, *Col.*

Inficiatio, vid. *Negatio.*

Infidelis] Infidus amicus, infideliſſimi ſocii. Perfidus. Perfidiſſimus. Fidem venalem habet, *Cic.* Homo nullâ fide, *Plaut.* Non ex fide verſans pecuniam nummularius, *Suet.*

Digitized by Google

Malè fidus, *Ovid*, Fallit promiſſum, *Curt*. Cribro infidelior, *Er*.

Infidelitas] Iſtius fide, ac potiùs perfidiâ deceptus ſum, *Cic*. Lubricum fidei, *Macrob*. Vid. *Perfidia*.

Infidelitas inter homines crebra] Homo homini lupus.

Infideliter] Perfidè, *Vlp*. Non ex fide agere, *Suet*. Non cum fide inferunt frumentum, *Col*.

Infigere] Defigere cultrum in corde alicujus, *Liv*. Telum ſedet in corpore, *Sen*. Figere mucronem in aliquo. Gladium hoſti in pectus infigere, *Cic*.

Infimus] Imus, *Plaut*. Nullo non inferior, *Er*.

Infinitæ rei quæſtio eſt] Multi ſermonis ſunt iſta. Res longi ſubſellii eſt, *Cic*. Dies deficiat ſi velim numerare; *Id*. Tardum dictu eſt, *Plaut*. Immenſæ quæſtionis eſt. Immenſum referre, *Plin*. Si primâ repetens ab origine pergam; antè diem clauſo componet veſper Olympo, *Virg*. Longum eſt, ſi percenſere velim, *Macrob*.

Infinitas] Infinitio, *Cic*. Indefinitio, *Non*.

Infinitè] Dempto fine, *Ovid*. Infinitis vicibus, temporibus.

Infinitus] Interminatus, immenſus. Nullis terminis circumſcriptus aut finitus. Cujus nullus eſt terminus, *Cic*. Viduatus fine, *Apul*. Immanis numerus, *Varr*. Effuſus riſus, *Claud*.

Infirmare, vid. *Debilitare*.

Infirmus, vid. *Debilis*.

Inflammare, vid. *Incendere*.

Inflare] Sufflare buccas, *Plaut*. Inflare vehementer. Intendere ſonorum gradus, *Cic*. Implere tubam flatu. Adhibere, addere pulmonibus, lateribus vim. Explere menſuram ſoni.

Inflatio] Inflatus, *Cic*. Sufflatio, *Plin*.

Inflexibilis] Rigida quercus, *Ovid*. Rigor ferri, *Col*.

Inflexio, vid. *Inclinatio*.

Inflexus, vid. *Aduncus*.

Influere] Subinfluunt aquæ, *Sen*. Interfuſus Oceanus intrat per tot maria. Amnis mari illabitur, immergitur, immeat

Digitized by Google

meat Nilo. Evolvitur in mare flumen. Evomit ſe Nilus. Funditur in Rhenum fluvius, *Plin.* Tiberis flumen vomit in mare, *Enn.* Intimatur mari Nilus, *Sol.* Ingurgitat ſe paludi fluvius, *Amm.*

Influxus ſtellarum] Influentia, influxio, *Firm.* Vis cœleſtis ad eos, qui in terra gignuntur, pertinens. Adſpiratio cœli gravis & peſtilens. Affectio aſtrorum, cœlorum valeat ad res quaſdam. Efficientia ſolis, *Cic.*

Infœcunditas, vid. *Infecunditas.*

Informare] Conformare in ſpeciem, *Col.* Modificari membra, *Gell.* Membrari, *Cenſ.* Vid. *Figurare.*

Informis] Ineffigiatus, *Gell.*

Infortunium] Mala fortuna, *Cic.* Vid. *Infelicitas.*

Infortunia vitanda] Navis ſcopulos deprecatur.

Infortunii ſui cauſam exiſtere] Conſilia ſana ſpernere, & malum ſibi ultrò accerſere. Mali fontem ipſe ſibi reperit. Jumento ſuo ſibi malum accerſere. Quiſque ſuæ fortunæ faber.

Infrà] Deorſum feror, *Cic.* Peſſum eo, *Plaut.* Infrà ſcripſi, *Cic.*

Infra, *prep.* Vid. *Sub.*

Infrenatus, vid. *Effrenis.*

Infrequens, vid. *Rarus.*

Infriare aliquid] Interere, *Cat.* Inradere, & irradere, *Id.* Infricare, *Col.*

Infricare aliquid alicui] Perfricare caput unguentis, *Cic.* Affricare, *Plin.* Fricare corpus oleo, *Mart.* Defricare aliquid salivâ, *Celſ.*

Infringere] Perfringere, *Lucr.* Præfracta lingua, id eſt, in ſummo cortice fracta, *Lamb.* Si quid ventus interfregerit, *Cat.*

Infucare, vid. *Diluere.*

Infucatus, vid. *Imaginarius.*

Infumare] Suſpendere in fumo, *Plin.*

Infumatus] Fumoſa perna, *Hor.* Caro inveterata, vel arefacta, in fumo.

Infundere] Fundere vina, implere pateram mero, *Virg.* Illi-

Digitized by Google

Illiqueſacere, *Cic.* Miſcere alicui poculum, *Ovid.* Invergere lac, *Id.*

Infundibulum] Infudibulum, *Cat.* Epichyſis, *Plaut.*

Infuſcare, vid. *Denigrare.*

Infuſio] Infuſus, *Cic.*

Ingeminare, vid. *Repetere.*

Ingemiſcendus, vid. *Miſerandus.*

Ingemiſcere] Ingemere. Trahere ſuſpirium, *Ovid.* Suſpirare. Altè petere ſuſpirium, *Plaut.* Ingentem dare gemitum. De imo pectore ducere gemitus, *Virg.* Adgemere alicui, *Stat.* Graviter gemere aliquid. Congemuit Senatus, *Cic.* Quid congemis & fles? *Lucr.*

Ingenioſè] Sagaciter, ſagaciſſimè. Solerter, ſolertiſſimè. Acutè, acutiſſimè. Argutè conjicere, *Cic.* Induſtriè, *Cæſ.*

Ingenioſus] Ingenio acutiſſimus. Peringenioſus, ingenii plenus. Summo ingenio præditus. Præſtans ingenio. Verſutus, *Cic.* Præſens ingenio, *Plin.* Extra omnem ingenii aleam poſitus, *Id.* Promptus ingenio, *Liv.* Valet ingenio. Capitali ingenio, *Ovid.* In numerato habet ingenium, *Sen.* Ingeniatus, *Plaut.* Omnia ingenia mihi ſunt, *Id.* Mercurialis vir, *Hor.* Non inargutus, *Ulp.* Cerebri felicis. Dædalo ingenioſior, *Er.*

Ingenium] Ingeniolum, *Arnob.* Indoles. Mentis acumen & acies. Mars. Minerva. Acumen, *Cic.*

Ingenium ſtupidum in formoſo corpore] Gladius plumbeus in eburnea vagina. Æquale caput & cerebrum non habet. Piſtillo retuſius ingenium, *Er.*

Ingenium excellens] Aquila in nubibus, *Lipſ.*

Ingenium diſtortum ægrè corrigitur] Lignum tortum haud unquam rectum.

Ingenii perverſi] Improbus ab ingenio, improbus impensè, *Plaut.*

Ingens, vid. *Magnus.*

Ingenuè, vid. *Sincerè.*

Ingerere ſe] Admiſcere ſe, *Ter.* Immiſcere, *Liv.* Intrudere, inſerere. Cur te interponis invitiſſimis iis, &c. *Cicer.*

Digitized by Google

Inglorius] Ignobilis mors, *Liv.* Obſcurus. Umbratilis, *Cic.* Illaudatus, indictus alicui, *Virg.* Incelebratus, *Tac.* Incelebris, *Sil.* Umbratica turba, *Sen.*

Ingluvioſus, vid. *Guloſus. Heluo.*

Ingratè, vid. *Injucundè.*

Ingratitudo] Ingratus animus, *Sen.* Ingrati animi crimen.

Ingratus] Ingratus in aliquem, *Cic.* Alicui, *Sen.* Ingratus adverſùm Deos, *Gell.* Malè gratus, *Ovid.* Immemor beneficii, *Cic.* Gratior officiis quò ſis. Magè carior eſto. Ne nomen ſubeas, quod dicitur *officiperda*, *Cat.* Beneficia hauriens perforato animo, *Sen.* Teſſeram confregit.

Ingratus ne ſis] Adverſus ſolem ne loquitor. Adverſus ſolem ne mejito. Teſſeram hoſpitalem ne confringas, *Plaut.*

Ingraveſcere] Crudeſcit morbus, *Virg.* Creſcit, *Cic.* Exaſperatur, *Celſ.* Convaleſcunt mala, *Ovid.* Gliſcit invidia, *Tacit.* Aggraveſcit morbus, integratur malum.

Ingredi viam] Convertere, ſuſcipere iter aliquò. Dare ſe in viam. Committere ſe viæ. Capeſſere ſe domum, *Plaut.* Flectere iter ad, *Liv.* Inſtituere iter, *Cat.* Inſiſtere aliquam viam, *Plaut.* Intendere iter ad, in, aliquò, *Liv.* Petere, petiſſere cœlum, terras. Contendere. Tendere aliquò, *Cic.* Quò profectus intenderat, *Saluſt.*

Ingruit, vid. *Imminet.*

Ingurgitare, vid. *Influere,*

Inguſtatus] Inguſtabilis, *Plin.*

Inhabilis, vid. *Ineptus.*

Inhabitare, vid. *Habitare.*

Inhærere, vid. *Hærere.*

Inhalare alicui] Afflari ore alicujus, *Ovid.* Adhalari aliquem, *Plin.* Adflare calidum vaporem membris, *Lucr.*

Inhalatus] Afflatus, *Ovid.*

Inhiare] Inhiare alicui, imminere cupiditate in aliquid. Excubare. Erigi exſpectatione, *Cic.* Inhiare aliquid, *Plaut.* Vid. *Inſidiari.*

Inhibere, vid. *Cohibere.*

Inhibitio, vid. *Retroceſſus.*

Digitized by Google

Inhoneſtè] Irreverenter, *Plin. Iun.* Indignis modis, *Ter.*

Inhoneſtus] Inhonorus. Obnoxius, *Plin.* Illiberalis quæſtus. Famoſus. Sordidum aliquid ad famam, *Cic.* Indecorus quæſtus. Inhonoratus triumphus, *Liv.*

Inhoſpitalis] Fores habet tritas, ut paſtorum caſæ. (*Iron. Paſtores foris habitantes quis inviſat?*) Scythotauris inhoſpitalior, *Er.*

Inhumanè] Inhumaniter. Moroſè, *Cic.* Inciviliter, *Apul.*

Inhumanitas] Barbaries. Moroſitas. Diritas in homine, *Cic.*

Inhumanus] Omnem humanitatem exuit. Expers humanitatis, inofficioſus in aliquem. Durus oratione ac moribus. Miſanthropus. Ferus ac ferreus, *Cic.* Moroſus, *Id.* Omni generi humano inſociabilis, *Liv.* Minimè humanus, *Sen.* Paucorum hominum homo. Timone inhumanior, *Er.*

Inhumare, vid. *Defodere. Humare.*

Inibi, vid. *Ibi.*

Injectio] Injectus, *Lucr.*

Injicere] Conjicere in ignem, *Cic.* Inferre aliquid in aliquid, *Quint.* Injectare, *Stat.* Corruere ſpicas in corbem, *Varr.* Impingere. Qui beneficium aut ſuperbè injecit, aut iratus impegit, *Sen.*

Inimicari] Inimicitias capeſſere, concipere, contrahere, gerere alicui, cum aliquo, *Cic. Liv. Cæſ.* Abalienare ſe ab aliquo, *Cic.*

Inimicus, adject. nom.] Hoſtilis animus, infeſtus & inimicus auditor. Infeſta mater, inimicior, inimiciſſimus mihi, inſenſus homo, *Cic.* Iniquus, *Virg.* Sidus iniquum, *Tac.* Inimicitiis capeſſendis facilis, *Tacit.*

Inimicus. Subſt. vid. *Hoſtis.*

Iniquè] Iniquiſſimè, injuriâ, injurioſè. Nullo jure. Contra jus, legem, factum, fas. Improbè parta, *Cic.* Indignè, indigniſſimè. Præter æquum & bonum. Immeritò accuſari, & immeritiſſimo omnium, *Ter.* Illicitè, *Vlp.*

Iniquitas] Habet ea res iniquitatem. Fas non eſt. Iniquum eſt, indignitas, injuriæ, indigniſſimum eſt, *Cic.* Injurium eſt, *Plaut.* Injurioſum eſt rapto vivere, *Sen.* Perinjurium

injurium eſt, *Apul.* Periniquum eſt, *Cic.* Præjudicium, *Vlp.*

Iniquus] Res indigna. Flagitioſus. Periniquus. Habet ea res iniquitatem, *Cic.* Injurus, illex, *gis. Plaut.* Ipſe ſibi injurius eſt, *Ter.*

Initium] Primordia agendi. Origo, ortus. Cœptus. Exordium. Principatus. Exorſus. Incunabula. Stirps, cubilia avaritiæ, *Cic.* Primordia prima. Prima viæ. Prima linea, *Lucr.* Prima, *abſ. Liv.* Exorſa, *Virg.* Orſus, ingreſſus, introitus, *Cic.* Orſa, *pl. Plin.* Veſtibulum, *Quint.* Elementum, *Iuv.* Metropolis. Summus puteus, *Plaut.* Caput. Nativitas, *Ter.* Exordium mundi, *Virg.* Initus motus, *Lucr.* Radix, *Varr.* Fontes rerum. Principium juris, *Cic.*

Initium bonum opus repræſentat] Dimidium facti, qui benè cœpit, habet. Dimidium plus toto.

Initium factum eſt] Alea jacta eſt.

Initia malorum non ſentiuntur] Cùm parvula eſt, bona videtur ſpina.

Ab initio] A primo. De principio, *Cic.* A primordio. A prima linea, *Tac.* Ab ovo, à fonte, à capite arceſſere.

Ab initio ad finem] Ab origine ad exodium, *Varr.* A capite ad calcem. A carceribus ad metam. Ab ovo uſque ad mala.

Ab initio anni, menſis, &c.] Incipiente vere. Inter initia, *Plin.* Ineunte vere, *Cic.* Vere novo, *Virg.* Inchoantibus canicularibus, *Pallad.* Primâ vindemiâ, *Col.* Primo progreſſu; primordiis, *Cic.* Principio lucis, *Tac.*

Ab initio mox errare] Deficere à lineis. A lineis excidere.

Ad initia rei venire] Oſtii limen tetigiſti.

Injucundè] Injucundiùs actæ res. Inſulsè. Submoleſtè. Duriter, *Cic.* Abſonè pronunciare, *Apul.* Invenuſtè, inſubidè, *Gell.* Ingratè, *Tac.*

Injucunditas] Inſulſitas. Aſperitas ruſtica orationis. Habet invidiam, *Cic.*

Injucundus] Inamabilis, *Plin.* Ingratus jocus, *Ovid.* Inſuavis vita. Invenuſtus. Abſonus. Abſurdus ſonus. Frigidus. Inſulſus. Ab ipſa oculorum auriumque comprobatione

ne

Digitized by Google

ne abhorret, *Cic.* Sine Venere & gratiâ, *Donat.* Illepidus homo, *Cic.* Inſipidus. Subidus, *Gell.*

Injuria, vid. *Iniquitas.*

Injuriam pati] Injuriam accipere, *Quint.* Injuriâ laborare, affligi, jactari, &c. *Cic.*

Injuriam facere alicui] Inferre, injungere injurium, injurium eſſe, *Cic.* Injurioſè facere, *Vlp.* Iniquè injurius es, *Plaut.* Non æquum facis, *Ter.* Injuriari. Deterius facere jus alicujus, *Sen.* Violari jus, *Cic.*

Injurius] Injurioſus in aliquem, *Cic.* Injurus, *Lamb.*

Injuſtè] *Maximâ injuriâ* vinctus adſto, *Plaut.* Vid. *Iniquè.*

Injuſtitia] Nefandum, *Virg.* Iniquitas. Nefas. Fas non eſt. Iniquum eſt, *Cic.*

Injuſtus] Iniquus. Nam quid hoc iniquius aut indignius dici poteſt? *Cic.* Nefandus ſanguis, *Liv.*

Innaſci, vid. *à Natura.*

Innatus, vid. *Naturalis.* Fluitare, *Liv.*

Innatare] Innare aquæ, *Liv.* Supernatare, *Col.* Obnatare, *Virg.* Fluctuare, *Plin.* *vel, ri.*

Inniti] Incumbere ad arborem, *Plin.* Acclinare ſe ad aliquem, *Liv.* Nititur arbor radicibus, *Cic.* Reclinatis in aliquod adminiculum obrepit ſomnus, *Sen.*

Innocens] Innoxius, inſons, *Plaut.* Inculpatus, *Gell.* Immerens, *Hor.* Remotus à culpa. Extra culpam eſt. Abeſt culpa ab illo. Abeſt à culpa. In cauſa non eſt, *Cic.* Nullius criminis reus, *Ovid.* Exſors culpæ, *Liv.* Caret noxiâ, *Plaut.* Indignos & immerentes examinat, *Lucr.*

Innocentem accuſare] Agnus aquam turbat.

Innocentia] Integritas, *Cic.* Immeritum, *Plaut.* Caſtitas, *Vitr.* Calumniam refutare ſatius eſt re, quàm verbis. Vacare culpâ magnum eſt ſolatium.

Innocuè] Inoffensè, *Gell.* Inviolatè, *Cic.* Innocenter, *Plin.* Sine ulla noxa, *Suet.* Innoxiè, *Vopiſc.* Immeritò, immeritiſſimò, *Terent.* Innocentiſſimè. Caſtè & integre verſari in, *Cic.*

Innodare, vid. *Nodare.*

Innominabilis, vid. *Ineffabilis, infandus.*

Inno-

Digitized by Google

Innoteſcere] Nomen petere ex otio, *Sen.* Inclarere, *Plin.*

Innoteſcet omnibus] Toto cantabitur orbe.

Innovare, vid. *Renovare.*

Innumerabilis] Innumerus numerus, *Lucr.* Innumeratus, inexputabilis numerus, *Col.* Indimenſus populus, *Amm.* Superat arenæ numerum, foliorum, pluviæ, ſtellarum, capillorum, &c. *Iun.*

Innumerabilitas] Infinitas, *Cic.*

Innuere] Innuere alicui. Annuere toto capite, *Cic.* Nutare, *Plaut.* Annuere nutum, *Liv.* Adnutare, *Plaut.* Appellare aliquem capite, vultu, *Cic.* Nutanti mento percutere pectus. Manu loqui, ſuperciliis loqui, *Ovid.* Digitis concrepare; *Cic.* Verbis nutum accommodare, ut quod nollem, rejecto capite, quod vellem, relato monſtrarem, *Apul.* Digiti locuti, *Tibul.*

Innupta] Cœlebs mulier, *Plaut.* Expers nuptiarum, *Hor.* Innuba, *Ovid.*

Innutrire, vid. *Inſtruere.*

Inobediens] Nulli obediens, nec obediens. Contumax in ſuperiores, *Cic.* Inobſequens, *Sen.* Imparens, *Feſt.* Homo imperii inhibiti, detrectator, *Bud.* Jactat jugum, *Hor.* Immorigerus, *Bar.*

Inobedientia] Impatientia, *Gell. Lipſ.* Parendi dedignatio, *Plin. Iun.* Contumacia, *Cic.*

Inobſervabilis] Improviſa nobis, *Cic.* Inobſervatus. Minus obſervabilis, indeprehenſibilis, *Quint.* Improvida tela, *Plin. Iun.*

Inoccare, vid. *Occare.*

Inofficioſus, vid. *Inhumanus.*

Inopia, vid. *Egeſtas.*

Inopinatus, vid. *Inſperatus.*

Inopportunus] Intempeſtivus, importunum tempus, *Cic.* Importuna mors, *Ovid.*

Inordinatè] Incompoſitè. Tumultuosè; tumultuoſiſſimè. Nullo ordine, *Liv.* Indiſpoſitè, *Sen.* Inordinatim incedebant, *Amm.* Paſſim. Turbatè; turbidè; turbulentè; turbulenter; confusè, inconditè. Præpoſterè, *Cic.* Turbatè aguntur omnia, *Cæſ.* Temerè jacentes, *Virg.*

Digitized by Google

Inordinatio] Perturbatio ordinis, *Cic.* Permutatus ordo, *Quint.*

Inordinatus] *Cic.* Inconditus. Tumultuoſus, *Liv.* Indiſpoſitus, *Tac.* Vitioſus magiſtratus. Vitioſè creatus. Præpoſterus, *Cic.* Inconſequens, *Cariſ.*

Inornatè & inornatus, vid. *Impolitè, incomptus.*

Inquietare] Turbare alicujus quietem, *Prop.* Obturbare, interturbare aliquem, *Ter.* Interpellare. Obſtrepere alicui, in aliqua re. Perturbare otium Reip. *Cic.* Infeſtam facere alicui quietem, *Lucr.*

Inquietari, vid. *Perturbari.*

Inquietatio] Odium, *Ter.* Vexatio alicujus, *Cic.* Interturbatio, *Liv.* Maleficium; maleficentia, *Caſ.*

Inquietudo] Inquies, *Gell.* Otii ſui triſtis ac ægra patientia. Nuſquam reſidentis animi volutatio, *Sen.*

Inquietus] Inquies, *Sal.* Turbidus motus, turbulentus. Tumultuoſa vita, *Cic.* Solicitus motus, *Lucr.* Nuſquam reſidens animus, *Sen.* Infeſta regio, *Varr.*

Inquilinus] Inhabitator. Cœnacularius, *qui conduxit cœnaculum, Vlp.* Proletaneus, *Feſt.*

Inquinare] Spurcare, *Celſ.* Collinere, *Plaut.* Sordidare, *Firm.* Tetrare, *Pacuv.* Polluere, *Ovid.* Contaminare, *Paul. IC.* Conſpurcare, *Col.* Infuſcare pectus illuvie, *Cic.* Confœdare, *Apul.* Inbubinare, *Lucil.*

Inquinatio] Inquinamentum, *Gell.* Contaminatio, *Bud.* Maculatio, *Firm.* Pollutio, *Sipont.*

Inquinatus, vid. *Impurus.*

Inquirere] Anquiretur in eum quomodo vivat. Quærere in aliquem. Quæſtionem inter aliquos exercere, *Cic.* Inquirere in vitia alicujus, *Amm.* Inſtituere, habere quæſtionem, *Quint.*

Inquiſitio] Scrutinium, *Apul.* Examinatio civilis, *Vlp.* Anacriſis. Indagatio veritatis in judicio de reo, *Plaut.* Quæſitio, *Plaut.* Conquiſitio rationis, *Cic.*

Inquiſitor] Quæſitor, *Cic.* Scrutator cauſarum. Cognitionum ſcientiſſimi ſcitatores, *Amm.*

Inſalubris] Inſaluberrimum vinum, *Plin.* Morbum faciens,

Digitized by Google

ciens, *Celſ.* Graviſſimus & peſtilentiſſimus annus, *Cic.* Tempus anni graviſſimum. Peſtilens & gravis ora, *Plin.* Intempeſtus, *Virg.* Aliena ſalutis, *Lucr.* Incutere, afferre morbum, *Plaut.*

Inſanabilis] Immedicabilis. Vulnus quod nec Chironia manus levârit, *Virg.* Irremediabilis, inſuperabilis valetudo, *Plin.* Nullis herbis medicabilis, *Ovid.* Vomicus morbus Civitatis, *Sen.* Recuſantia perpeti ſanitatem ulcera, *Arnob.*

Inſania] Defectus à recta ratione. Egeſtas rationis. Vid. *Amentia.*

Inſanire] Hilarem inſaniam inſanire, ac per riſum furere, *Sen.*

Inſanus] Non ſanum tibi eſt ſynciput, *Plaut.* Non ſatis ſanus es. Non pro ſano agit. Diſcedit à mente. Helleborum bibe. Non conſiſtit mente. Pol homo tu non es ſobrius. Delirat; deſipit; inſanit. Non eſt integræ mentis. Non eſt compos mentis. Non conſtat animo. Laborat errore mentis. Motæ, vel commotæ mentis eſt. Mente lapſi ſunt. Defectus animo. Mente excidit. Laborat ab animo. Deſtituit illum vis animi. Ajace inſanior, *Er.*

Inſatiabilitas] Inſatietas, *Plaut.*

Inſatiabilis] Inexſaturabilis, inexpletus, *Virg.* Inſaturabilis, inexplebilis. Vorax. Charybdis. Profundus venter, *Cic.* Inſatiatus, *Stat.* Abdomen inſaturabile. Mendici pera non impletur.

Inſatiabiliter] Inſaturabiliter, *Cic.*

Inſcitia, vid. *Ignorantia.*

Inſcius, vid. *Ignarus, imperitus.*

Inſcribere] Referre aliquid in codicem, commentarium. Mandare, commendare monimentis. Adſcribere in numerum. Perſcribere in tabulas. Inducere in rationes, *Cic.* Inſerere, *Plin.* Committere literis aliquid. Adſcribere ad numerum. Perſcribere in tabulis, in monumentis. Perſcribere uſuras, *Cic.* Referre, inferre rationibus, *Suet.* Regerere aliquid in commentarios, *Quint.*

Inſcriptio] Titulus libri, *Mart.* Inſcriptum libri, *Gell.* Index libri, *Cic.* Epigramma, *Id.*

Digitized by Google

Inſcriptus, i. e. non ſcriptus] Illiterata pax, *Peſt.* Illiterata vox, *Priſcian.* Pura charta, *Vlp.*

Inſectari, vid. *Perſequi, inſequi.*

Inſedatus, vid. *Immodeſtus.*

Inſenſibilis] Inſenſilis, *Gell.* Suffugit ſenſus, *Lucr.* Nullo ſenſu percipi poteſt, *Cic.*

Inſenſibiliter] Senſim, *Plin.* Sine ſenſu.

Inſeparabilis, vid. *Indiſſolubilis.*

Inſepultus] Inhumatus, *Virg.* Inconditus, *Lucan.* Intumulatus, *Ovid.* Oſſa inhonora, *Perſ.*

Inſequi aliquem] Sectari leporem, *Hor.* Perſequi terrâ, mari. Conſequi, *Cic.* Conſectari. Proſequi, *Caſ.* Perſectari, *Lucr.*

Inſerere] Deſerere ſemen in terram. Immittere vitem, *Varr.* Defigere ſarmentum in terram. Ingerere ſolo ſurculum, ſemen, *Col.* Indere, *Plaut.* Infulcire aliquod verbum omnibus locis, *Sen.* Vid. *Depangere humi.*

Inſerviri alicui] Subſervire alicui, *Plaut.* Præſervire patri, *Liv.*

Inſidére, vid. *Sedere.*

Inſidiæ] Subſeſſæ, *Veget.*

Inſidiari alicui] Inſidias alicui facere, comparare, locare, collocare, inſtruere, parare, ponere, opponere, moliri, tendere, *Cic.* Statuere inſidias, *Tac.* Suſtendere alicui inſidias, *Sal.* Petere inſidiis, *Liv.* Expandere rete. Circumponere eſcam hamo. Incumbere ad, in perniciem alicujus. Appetere vitam alicujus inſidiis. Imminet in fortunas noſtras, *Cic.* Intentare alicui periculum, *Quint.* Petere caput alicujus, *Id.* Oppugnare caput alicujus. Depoſcere aliquem ad ſupplicium, *Cic.* Morti, *Tac.* Capite ac fortunis aliquem oppugnare, *Cic.*

Inſidiator] Subſeſſor alieni matrimonii, *Val. M.* Alterâ manu fert lapidem, alterâ panem oſtendit. Panem & pugnum dat. Alterâ manu trahit, alterâ repellit. Alterâ ſcabit, alterâ ferit. Caduceum alterâ, alterâ haſtam. Homo homini lupus. Panem præferre manu, præfigere puppibus arma.

Digitized by Google

Inſidioſa munera] Panis lapidoſus. Hamatum beneficium. Pileum donat, ut pallium accipiat. Pauper diviti dans petit.

Inſidioſè] Ex inſidiis aliquid facere. Per inſidias, *Cic.*

Inſignia vetuſtæ gentis] Imagines majorum, *Cic.* Stemmata, *Plin.* Famoſæ imagines.

Inſignia nobilium] Symbolum, *Plin.* Signum, *Cic.* Inſignia imperii, *Saluſt.*

Inſignis, vid. *Eximius*, *Notabilis*.

Inſimulare, vid. *Calumniari*.

Inſincerus] Bilinguis animus, *Firm.* Veſpertilio, *Er.* Malè ſarta gratia, *Hor.* In fronte promptus. Gerens amicitiam atque inimicitiam, *Enn.* Maligni ſunt çati, qui anterius lambunt, poſterius laniant. Mel in ore, fel in corde. Vid. *Hypocrita.*

Inſinuare ſe alicui] Inſinuo me in familiaritatem alicujus. Blanditiis & aſſentationibus ſe in conſuetudinem alicujus immergere. Adrepere ad amicitiam alicujus. Irrepere in ſenſus; in mentes hominum; in opinionem gratiæ. Inculcare ſe auribus alicujus. Intrare penitus ad familiaritatem alicujus. Influere in animos hominum. Dare ſe alicui, *Cic.* irrepere animo alicujus, *Quint.* Adrepere animo, *Tac.* Facere ſe intimum apud aliquem. Inſinuare in amicitiam, *Plaut.* Adoptare ſeipſum. Obrepſiſti ad honores errore hominum, *Cic.*

Inſipare] Inſipitare, *Cat.* Fundere ſegetem, *Liv.* Corruere, *Varr.* Inſipere, *Id.*

Inſipidus] Infuſcatus, *Col.* Fatuus, *Mart.* Teter ſapor. Triſti ſapore, *Lucr.* Triſtis ſapor, *Ovid.* Betâ magis inſipidus, *Er.* Sine ſale panis.

Inſipiens, vid. *Stolidus.*

Inſiſtere, vid. *Reſtitare.*

Inſitio, vid. *Plantatio.*

Inſititius] Inſitiva pyra, *Hor.* Inſita pyrus, *Virg.*

Inſolare] In ſolem producere aliquid, *Col.* Maturare aliquid ſole, *Plin.* Candefacere ebur, *Plaut.*

Inſolator] Candidans veſtes, *Pompon.*

Inſolitè] Inſolenter, inuſitatè. Novo more. Nullo exemplo,

Digitized by Google

plo, *Cic.* Præter morem, *Ter.* Præter conſuetudinem, *Cic.* Præter ſolitum, *Virg.*

Inſolitus] Inuſitatus, inſuetus mos. Non cadit in conſuetudinem, *Cic.* Inſolentiſſimum nomen, inſolens verbum. Extra vulgarem uſum poſitus, *Quint.* Alieni temporis flores, *Capitol.*

Inſolita nos afficiunt] Pulchra ac nova ſtupeſcimus.

Inſolubilis, vid. *Inexplicabilis.*

Inſomnia] Vigilia, *Cic.* Pervigilia, *Iuſtin.* Nocturna inquies, *Plin.* Excubatio, *Val. M.*

Inſomnis] Pervigilis, *Mart.* Exſomnis, *Paterc.* Pernox, *Gell.* Somnus abeſt ab oculis.

Inſons, vid. *Innocens.*

Inſpector] Spectator officiorum alicujus diligens. Curator. Epiſcopus, *Cic.* Proviſor, *Hor.* Epiſtata, vel Epiſtates, *Bud.* Luſtrator, *Apul.* Antiſtes operarum in vineis. Procurator apum, *Col.* Arbiter, *Plaut.* Tutelarius, *Plin.* Viſitator.

Inſperans] Inopinans, *Cæſ.* Nec opinans, *Cic.*

Inſperatè] Inopinatè, & inopinatò. Ex inſperato, *Liv.* Nec opinatò. Ex inopinato. Præter opinionem, exſpectationem, ſpem, optatum. Inſperanti mihi cecidit, *Cic.* Inſperante me, *Ter.* Ante exſpectatum, *Virg.* Poſtico falle clientem, *Hor.*

Inſperatus] Inopinatus, improviſus, *Cic.* Nec opinatus, *Lucr.* Inopinus, *Virg.* Inopinabilis, *Gell.* Inexſpectatus hoſtis, *Ovid.* Inſperabilis, *Gell.*

Inſperatum elabendi conſilium] Dædaleis ferri remigiis. Dædaleis adjuti alis. Dædali alæ.

Inſpicere] Introſpicere mentes hominum; in omnes partes, *Cic.* Inſpectare per impluvium, *Plaut.* Vid. *Speculari.*

Inſpirare] Afflatu divino mentem alicujus concitare. Oracula inſtinctu afflatuque divino tunduntur, *Cic.*

Inſpiratio divina] Inflatus & afflatus divinus. Afflatus ita mentem movens, ut eam providam rerum futurarum efficias. Cœleſtis inſtinctus mentis. Impetus divinus, *Cic.* Enthuſiaſmus, *Cæl. Rhod.* Vis, quæ mentem divino afflatu concitabat, *Cic.*

Inſpi-

Digitized by Google

Inſpiratus divinitus] Inſpiratus vates. Deo impletus, *Iuſtin.* Deo plenus, *Virg.* Deo repletus, *Iul. Capit.* Tactus divino ſpiritu, *Liv.* Entheus, *Firm.* Entheatus, *Mart.* Furore ſacro mens inſtincta, *Lucan.*

Inſtabilis] Hamaxobio inſtabilior. Vid. *Inconſtans.*

Inſtante aliquo aliquid facere] Urgente amico facere. Id facias gratiâ, & gratiæ causâ, *Cic.* Mitte hanc meâ gratiâ, *Plaut.*

Inſtanter] Inſtantiſſimè, *Gell.* Vid. *Importunè.*

Inſtantia, vid. *Importunitas.*

Inſtar] Inſtar montis, *Virg.* Ad inſtar filii, ſcoparum, *Apul.* Vice poëtæ. Sardanapali vice in lecto mori. More gigantum. Ritu latronum : pecudum, *Cic.* Ad ſpeciem ſideris. In modum pilæ. Modo ſagittæ, *Plin.* Ad morem alicujus rei, *Quint.* In morem fluminis. More feræ vivere, *Virg.* Facie humani veſtigii, *Saluſt.*

Inſtare, vid. *Vrgere.*

Inſtaurare, inſtauratio, vid. *Renovare, renovatio.*

Inſternere] Superinſternere. Stramentis aliquid exaggerare, *Col.* Vid. *Sternere.*

Inſtigare] Inflammare mentes aliorum in aliquem, *Cic.* Sufflare aliquem, *Amm.* Frigidam ſuffundere, *Plaut.* Subjicere faces invidiæ. Subjicere ignem. Incitare, concitare aliquem in alium. Acuere ad crudelitatem, *Cic.* Inſtimulare, *Ovid.* Subdere ſtimulos alicui, *Liv.*

Inſtigatio] Ex ſuggeſtu alicujus facere, *Vlp.* Inſtinctus, *Firm.* Inſuſurratio, *Capit.*

Inſtigator] Fax accuſationis, *Plin. Iun.* Exſtimulator acerrimus, *Tac.* Incentivum apud patulas aures alicujus. Sufflantes adulatores, *Amm.* Fornacula totius calumniæ iſte eſt, *Apul.*

Inſtitor] Propola. Obſeſſor fori. Caupo, *Plaut.* Coactor, *Cic.* Manceps annonæ, *Plin.* Annonarius, *Alciat.*

Inſtitoria taberna] Taberna, *Hor.* Tabernula, *Suet.*

Inſtituere, vid. *Statuere, inſtruere.*

Inſtitutio] Diſciplina, Eruditio alicujus. Doctrina puerilis. Cultura animi. Exercitatio. Præceptio. Præceptum. Docu-

Digitized by Google

mentum, *Cic.* Doctrinæ pretium triſte magiſter habet, *Ovid.* Vid. *Exercitatio.*

Inſtruere] Initiare infantem Eduliæ, *Varr.* Inoleſcere, *Mart.* Innutrire, innutritus diſciplinis, *Sen.* Exercere equos, *Virg.* Inſtituere aliquem ad aliquid, *Cic.* Ineſcare homines, *Ter.*

Inſtrumentum res operandi] Organum ad agros dividendos. Parſimonia non mediocre *telum* ad virtutem, *Cic.* Machina, *Virt.* Arma coquinaria, tonſoria, *Mart.*

Inſuavis, vid. *Injucundus.*

Inſuetudo] Inſolentia loci, *Cic.* Sermonis, *Liv.*

Inſuetus] Inconſuetus, *Sili.* Indocilis alibi naſci arbor, *Plin.* Inſolens contumeliæ, *Tac.* Infamiæ, *Cic.* Inſolitus ad laborem, *Cæſ.* Inaſſuetus equus, inaſſueta manus, *Ovid.*

Inſulsè, vid. *Stolidè.*

Inſultare alicui] Ludificari mala alicujus, *Plin. Jun.*

Inſultatio] Opprobrium, *Hor.* Lœdoria. Exprobratio ad directam contumeliam, *Macrob.* Incavillatio, *Feſt.*

Inſuper, vid. *Præterea.*

Inſuperabilis, vid. *Impervius, invictus.*

Inſurgere, vid. *Attollere ſe.*

Inſurgere adverſus aliquem] Conſurgere in arma, *Virg.* Vertere iras in aliquem. Vertere arma adverſus aliquem, *ex Liv.* Rebellare alicui, *Id.* Convertere ſe in aliquem, *Cic.*

Inſuſurrare, vid. *Suſurrare, Murmurare.*

Intactus] Dianâ intactior, *Er.* Vid. ſeqq.

Integer] Integellus, *Catul.* Salva Reſpub. Incolume & ſalvum eſt aliquid, illibatus cortex. Sartum, tectum, integrumque corpus. Sacroſanctus, *Cic.* In integro eſt vobis fortuna, *Tac.* Solidum beneficium, *Ter.* Inattenuata fames, *Ovid.* Soſpes navis ab ignibus, *Hor.* Intactus, *Plin.* Vid. *Incorruptus.*

Integrè, vid. *Probè, Sincere.*

Integritas] Salus *Reipub.* Incolumitas civitatis, *Cic.*

Integrum] Cum ramento reddere. Cum tota ærugine. Cum pulviſculo. In totum. Per omnia, *Col.*

Integrum eſt, vid. *Liberum eſt.*

Integu-

Digitized by Google

Integumentum, vid. *Tegumentum*.

Intellectus] Rationis & intelligentiæ particeps. Mens, *Cic.* Animus, *Iuv.* Speculum imaginum plenum.

Intellexi faciam] Factum puta, *Ter.*

Intelligenter] Luculentè, accommodatè ad intelligentiam dicere. Planè & dilucidè loqui. Apertiſſimè & planiſſimè explicare, *Cicer.* Plani loquus ſum, *Plaut.*

Intelligentia] Cognitio veritatis, Perceptio, intellectus diſciplinarum, *Cic.* Intellectio, ad *Heren.*

Intelligere] Intelligentiam alicujus rei habere. Putatur intelligens in hac re, *Cic.* Tenes, quid dicam? *Ter.* Pervidere, *Col.*

Non intelligere] Parum, vel minùs intelligere. Parum accipere. Non comprehendere animo, mente. Quæſo quid agitur, mihi enim ſunt tenebræ, *Cic.* Non ſum divinus, Oedipus. Fugit me ratio, *Plaut.* Oratio ejus à multitudine devoratur, i. *non intelligitur*, *Cic. Scot.* Nihil horum recipit mens, *Lucr.* Animus non capit, *Cic.* Non ſum divinator. Non ſum vates.

Non intelligere ſe mutuò] Alter de cœpis, alter de alliis.

Intelligibilis] Comprehenſibilis. Cognitionem habens facilem. In intelligentiam cadit. Opinabilis, *Cicer.* Facilis ad intelligendum, *Quint.* Diſciplinalis ſcientia, *ad Heren.*

Intemeratus, vid. *Inviolatus*.

Intemperans] Immoderatus paſtus, potus, *Cic.* Luxuriæ immodeſtiſſimæ, *Suet.* Vehemens in utramque partem. Immodicus, *Ter.*

Intemperanter] Intemperantiùs, intemperatè, & immoderatè vivere. Inſolenter ſe efferre, *Cic.* Extra numerum modumque, *Hor.* Intemperantiſſimè, *Apul.*

Intemperantia] Nimietas pabuli, Immoderatio, *Col.*

Intemperantia plures perimit, quàm gladius] Marte ipſo fortior Bacchus.

Intempeſtas, vid. *Tempeſtas*.

Intempeſtivè, vid. *Incommodè*.

Intempeſtivè agere] Inter lugentes gaudere.

Digitized by Google

Intempeſtivè diligens] In otio tumultuoſi, in bello ſegnes.

Intempeſtivè fortes] In prælio cervi, in pace leones.

Intempeſtivus, vid. *Serus, inopportunus.*

Intendere arcum] Contendere balliſtam, *Cic.* Adducere arcum, *Virg.* Tormentum, *Cic.*

Intentatum nihil relinquere] Extrema, ultima experiri. Omnem movere lapidem.

Intentum eſſe negotio] Intendere animum in aliquid, *Liv.* Satagere rerum ſuarum. vel, Agere ſat, ut, Egi ſatis, & fui homo exercitus, *Plaut.* Quod agis, agas. Age quod in manu eſt, *Plaut.* Sudare pro aliquo, *Cic.* Semper tibi pendeat hamus, *Ovid.* Hoc age. Vid. *Conari.*

Inter] Inter nos, illos, &c. Niſi *in* bonis (i. inter bonos) amicitiam eſſe non poſſe, *Cic.*

Intercalare] Interſerere, *Macr.* Inter duos menſes, mentem, diem, interjicere, *Suet.*

Intercalaris menſis] Intercalarius, *Suet.* Embolimus, *Cæl. Rhod.* Addititius, *Bud.*

Intercapedo, vid. *Ceſſatio.*

Intercedere pro aliquo] Deprecari pro ſodali. Supplicare alicui pro aliquo. Operam ſuam pro aliquo interponere. Juvare aliquem apud aliquem, *Cic.* Poſtulare pro aliquo, *Gell.* Interponere ſe, *Cic.*

Interceſſio] Suffragatio pro ſalute. Allegatio. Deprecatio, *Cic.* Intercurſus, *Tac.*

Interceſſor] Deprecator, *Cic.* Precator, *Ter.*

Intercidere, vid. *Perire.*

Intercidere, vid. *Interſecare.*

Intercipere aliquid] Præripere conſilia hoſtium, *Cic.*

Intercus] Intercutia vitia, *Gell.* Subcutaneus. Subtercutaneus, *Sip.*

Interdicere rem aliquam, & re aliquâ] Vetare. Cavere lege aliquid. Publicis exſecrationibus aliquid ſancitum eſt, *Cic.* Interminari, interminatus ſum ne faceres, *Ter.*

Interdictum] Interdictio ignis & aquæ. Vetitum, *Cic.*

Interdiu, vid. *Die.*

Interdum, vid. *Aliquando.*

Intereſt,

Digitized by Google

Intereſt, vid. *Refert. Nihil intereſt.*

Interfari] Interrumpere ſermonem, *Plaut*. Obſonare alicui ſermone, *Id.* Dirimere colloquium, *Cæſ.* Interpellare aliquem. Obloqui, *Cic.* Interloqui alicui. Obturbare. Davus interturbat, *Ter.* Intercipere medium ſermonem, *Quint.* Appellare aliquem, *Hor.*

Interfector, vid. *Homicida.*

Interficere, vid. *Occidere.*

Interjacére] Jacére inter, interjectus inter mare & cœlum, intermedius eſt, *Cic.* Intercedunt ſilvæ, *Cæſ.* Intereſt amnis, *Liv.* Interveniente flumine, *Plin.* Interſita agnis prædia, *Plin. Iun.*

Interim] Inter hæc. Per id tempus. Per illa tempora. Interjecto ſpatio, *Liv.* Interea. Hoc interim ſpatio. Tantisper, *Cic.* Sub hoc tempus, *Hor.* Medio tempore, *Suet.*

Interior] Intimus angulus, *Hor.* Inteſtinus dolor. Penetrales & abditi foci, *Cic.* Penitæ medullæ, *Apul.*

Interitus, vid. *Exitium.*

Interlinere] Inducere nomina. Multa erant deleta & inducta. Interlitus codex. Circumſcribere, *Cic.* Litura coërcere aliquid, incomptis *allinet* atrum tranſverſo calamo ſignum. Vertere ſtylum, *Hor.* Liturare, *Sidon.*

Interlocutio] Interpellatio, *Cic.*

Interloqui, vid. *Interfari.*

Interlunium] Corbis lunæ. Cœlum ſine lunâ. Silentium lunæ. Luna averſa, tacens, *Virg.* Luna ſilens, cava, intermenſtrua, *Varr.* Concurſus ſolis & lunæ, *Celſ.* Luna ſynodica, *Firm.* Sicca luna, *Propert.*

Intermittere, vid. *Ceſſare.*

Internecio, vid. *Clades.*

Ad internecionem cædere] Occiſione occidere copias alicujus, *Cic.* Internecino bello certatur. Uno prælio occidit res Veſtinorum, *Liv.* Occidione copiæ occubuerunt, *Tacit.* Ne nuncius quidem relictus. Vid. *Cædere exitial.*

Internuncius] Commeator. Mediator, *Apul.* Loquelaris ſervus, *ex Feſt.* Interventor, *Vlp.*

Interpellare, vid. *Interfari.*

Interpolare] Reconcinnare veſtem. Denuo fingere, *Plaut.*

Interpolator] Rudiarius, *Feſt.* Mango, *Plin.* Interpolatrix, *Pompon.*

Interpolatus] Interpolis, *Plaut.* Redivivus, *Cic.*

Interponere] Interſerere, *Plaut.* Interjicere, *Cæſ.* Intergerere, *Feſt.* Intertexere, includere orationem in literas, *Cic.* Inſerere, *Ovid.*

Interpoſitio] Interpoſitus, interjectus, *Cic.* Parentheſis, interjectio, intercluſio, *Quint.*

Interpres] Communis Mercurius. Metaphraſtes.

Interpretari] Communem agere Mercurium. Convertere è Græco in Latinum. Reddere aliquid Latinè. Vertere de Græcis aliquid, *Cic.* Transferre Græcos authores: ad verbum aliquid, *Quint.*

Interpretatio] Metaphraſis, *Rhodig.*

Interpunctio, vid. *Intervallum.*

Interpungere, vid. *Diſpeſcere.*

Interrex, vid. *Prorex.*

Interrogare] Rogare aliquem aliquid, de aliquo. Sciſcitari aliquid ex aliquo, inquirere de aliquâ re. Quæſtionem habere. Contari; percontari, de aliqua re: aliquid ab aliquo. Quærere, requirere aliquid ex aliquo, *Cic.* Rogitare aliquem, *Ter.* Vocare ad ſermonis exiguam reſponſionem, *Arnob.*

Interrogatio] Interrogatiuncula. Quæſtio. Quæſtiuncula. Percontatio. Rogatio, *Cic.* Quæſitum, *Ovid.*

Interrumpere] Intercipere iter, *Liv.* Præcidere ſermonem. Diſtrahere judicium, *Cic.* Incidere verba, *Stat.* Intercidere, reſcindere pontem, *Cæſ.* Vid. *Impedire.*

Interruptè] Inciſim, inciſè, cæſim, membratim dicere, *Cic.* Singultim loqui, *Hor.* Interjectibus capere fructum, *Col.*

Interruptio] Abruptio. Rumentum, *Feſt.* Ruptio, *Vlp.*

Interruptus] Solutus ſopor clamore, *Ovid.* Intervigilus ſomnus, *Sen.* Abruptus, *Liv.*

Interſecare] Intercidere venas, *Plin.* Interſcindere vinculum, *Gell.* Diſtruncare aliquem medium. Tranſcindere aliquid, *Plaut.* Scindere os hulceris, *Virg.* Perſecare, *Cic.* Præcidere. Diſcindere ferro aliquid in partes, *Lucr.*

Inter-

Digitized by Google

Intertrigo] Attritus, *Plin.* Copulæ *tritura*, *Apul.*

Interturbare, vid. *Inquietare.*

Intervallum] Diſcidium orbis, *Solin.* Interpunctio, interpunctum verborum, interductus, interjectus, interpoſitus terræ. Mons diviſus aquarum *divortiis.* Diſcrimen, *Cic.* Diviſura, *Plin.* Interſtitiis elementa ſeparantur, *Macrob.* Fretus anni. Freta ætatis, *Lucr.*

Intervenire] Supervenire, *Liv.* Obvenit vitium. Intercurrere, *Cic.* Interceſſit caſus, *Cæſ.*

Interventus] Superventus, *Plin.* Obitus ſermo. Adventus tuus, *Ter.* Interceſſione unâ morbos centum ſanabat, *Arnob. de Christo.*

Interula, vid. *Induſium.*

Inteſtatus] Inteſtatò mortuus, *Cic.* Ab inteſtatò, *Afran.* Inteſtabilis, *Vlp.*

Inteſtina] Interanea, *Plin.* Annulus *in præcordiis* piſcis inventus eſt, *Cic.*

Intimè] Toto pectore, ex animo, medullitus, *Cic.* Oculitus, corde, animo, viribus proſequi aliquid. Efflictim, *Plaut.* Plus oculis ſuis aliquem amare, *Catul.*

Intimus] De tuis unus. Hic fervor in venis medulliſque inſedit. Quicum joca ſeriaque, quicum arcana occultaque omnia (*ſunt mihi communia*) *Cic.* Devotus eſt, deditus eſt alicui cliens, *Iuv.* Devotiſſimus alicui, *Sen.*

Intinctus, us] Tinctura, *Plin.*

Intingere] Intingere aliquid, *Cat.* Tingere, & tingi, in aliquo, *Celſ.* Tingere ferrum ſanguine, *Ovid.*

Intolerabilis] Intolerandus, impatibilis pœna. Non ferendus. Nemini tolerabilis. Toleratu difficilis. Odor oris & corporis teterrimus, quem ne beſtiæ quidem ferre poſſunt. Tantus dolor &c. ut jam iſta non modò homines, ſed ne pecudes quidem mihi paſſuræ videantur, *Cic.* Intolerans, intolerantior ſervitus, *Tac.* Gravis, *Suet*, Inſuſtentabilis dominatio, *Lactant.*

Intoleranter] Intolerantiſſimè, *Cicer.* Intolerabiliter, *Col.*

Intorquere] Intorquere mentum. Cervices oculoſque torquere,

quere, *Cic.* Torquere collum, *Liv.* Obtorquere collum alicui, *Plin.* Gulam, *Cic.* Retorquere, *Plin. Iun.* Prætorquere caput, *Col.* Replicare, *Cato.*

Intractabilis] Intactilis. Suffugit tactum manum, *Lucr.* Incontiguus tactu Deus, *Arnob.* Difficilis, moroſus, durus & ferreus homo, *Cic.* Inflexibilis, *Plin.*

Intrare] Ingredi, inire domum, introire in, inferre pedem, *Cic.* Initare, *Pacuv.* Introgredi, *Virg.* Introitum facere, *Col.* Facere ſe intra limen, *Apul.* Subire tectum, *Cæſ.* Penetrare, penitùs intrare, *Feſt.* Penetrare ſe in, *Gell.* Succedere urbi, *Virg.* Invehitur victor in Capitolium, *Cic.*

Intrepidè] Impavidè, *Liv.*

Intrepidus, vid. *Impavidus.*

Intricare] In tricas conjicere. Perplexari, *Plaut.* Solvas quod malè implicuiſti, *Sen.*

Intricatum negotium] Contorta oratio. Contortulæ concluſiunculæ, inextricabilis, inenodabilis, *Cic.* Pertricoſus, *Mart.* Inexplicabilis error, *Plin.* Res involutiſſimæ, *Sen.* Nec caput, nec pedes habet. Labyrintho intricatior. Vid. *Perplexus.*

Introducere] Inducere perſonam: novum verbum in linguam, *Cic.* Iſocratem Plato *facit* laudari à Socrate, *Id.*

Introitus] Ingreſſio, *Cic.* Ingreſſus, *Quint.* Initus, *Lucr.* Ephodos, *Firm.*

Intromittere, vid. *Immittere.*

Introrſum] Intrò ferre, *Cic.* Interiùs pergens, *Amm.* Introrſus, *Varr.* Intra tecta vocare, *Virg.* Intus compellere, *Celſ.*

Intrudere aliquid] Infulcire, *Sen.* Detrudere. Detrudi ac compingi in piſtrinum, *Cic.*

Intueri, vid. *Speculari.*

Intumeſcere] Invaſerunt miſero in genua flemina, *Plaut.* Intumuit caput, *Ovid.* Obturgeſcit pes, *Lucr.* Tumere, *Plaut.* Obturgere, *Lucil.* Inflari, *Cic.* Extumeſcere. Extuberat aliquid, *Plin.*

Inturbatus] Inturbidus, *Tac.* Imperturbato ore bibit venenum, *Ovid.*

Intus]

Digitized by Google

Intus] Intrà, *Col.* Intrinſecus, *Plin.* Interiùs, *Sen.* Introrſus, *Liv.* Penitùs in viſceribus, *Cic.* Intrò, *Cat.*

Intutus, vid. *Periculoſus*.

Invadere aliquem] Petere caput alicujus, *Quint.* Incurſare fortunas omnium, *ad Her.* Infeſtus fertur in ſuos, *Cic.* Incurſitare, *Sen.* Infeſta latrociniis paſcua, *Liv.* Vexare urbem Legionibus, *Claud.* Irruere in aliquem, *Cic.* Impetere aliquem, *Tac.* Impetum in aliquem facere, *Cic.* Dare, *Liv.* Adpugnare claſſem, *Tac.* Graſſari in aliquem, *Liv.* Involare aliquem, *Apul.*

Invaleſcere] Convaleſcunt opes alicujus, *Liv.* Potentiam conſequi. Obdureſcere. Firmitatem nanciſci, *Cic.* Robur accipere, *Col.* Invalere, *Lucr.* Aggraveſcit vulnus. Lateſcit aliquid, *Cic.* Serpit conſuetudo, *Id.* Evagatur vis morbi, Gliſcit ſeditio, *Liv.*

Invaletudo, vid. *Morbus*.

Invaſio] Incurſio in agros hoſtium, incurſus militum. Aggreſſio, *Cic.* Impreſſio in caſtra facta, *Varr.* Inſultura, *Plaut.* Aſſultus, *Virg.* Impreſſus, ùs, *Amm.* Pedatus. Niſi pedatu tertio omnes afflixero, *Cat.* Aggreſſura, *Vlp.* Incurſitatio, *Iuv.* Inſultus.

Invehi in aliquem, tranſl.] Invehi in aliquem aſperè, graviter, vehementer, infeſtum eſſe in aliquem, vel, alicui. Infeſtus feror in aliquem, infeſtis ſignis inferri in hoſtes. Oppugnare aliquem clàm, palàm, *Cic.* Contra aliquem venire, *Id.* Protelare ſævis dictis aliquem. Bacchari, &, debacchari in aliquem, *Ter.* Intonat alicujus perniciosa vox, *Liv.* Fulminat Æneas, *Virg.*

Invenire] Qui ortus ſtellarum comperit, *Catul.* Reperire. Deprehendere. Indagare omnibus veſtigiis, *Cic.* Adinvenire, *Plaut.* Quærendo inveſtigare, *Ter.*

Invenire conſilium] Exordium invenire.

Inventa ſua alienis exornare] Panno ſuo alienam aſſuere purpuram.

Inventio] Excogitatio rerum, inventum, *Cic.* Inventiuncula, *Quint.* Reperta pulcha, *Lucr.* Repertu novo, *Apul.* Conquiſitio piaculorum, *Liv.* Inventus, ut, *Plin.*

Digitized by Google

Inventio inventori pernicioſa] Perilli taurus. Vid. *In auctorem mali recidit malum.*

Inventio prima habet laudem] Facilè eſt inventis addere.

Inventor] Repertor, *Quint.* Inveſtigator. Auctor Architectus. Machinator. In rebus inveniendis acer, *Cic.* Indagator aquarum. Commentor uvæ Bacchus, *Ovid.* Commentator omnium falſorum , *Apul.* Monſtrator aratri, *Virg.* Molitor novarum rerum, *Suet.*

Invenuſtè, vid. *Injucundè.*

Invenuſtus, vid. *Injucundus. Deformis.*

Inverecundia, inverecundus, vid. *Impudentia*, &c.

Inveſtigare, vid. *Quærere.*

Invertere, vid. *Pervertere.*

Inveteratus] Veternoſus, *Plin.* Veternus, *Apul.* Veterna macies, *Col.*

Invictus] Inſuperabilis, *Virg.* Inexſuperabilis homo. Indomitus Achilles, *Sen.* Inexpugnabilis homo, *Cic.* Non eſt ſuperabilis ulli, *Ovid.* Arma Achillea.

Invidere] Subinvidere. Æmulantis eſt angi alieno bono , quod ipſe non habeat. Rumpi invidiâ , *Cic.* Torqueri invidiâ, *Hor.* Pulſari invidiâ , *Caſſiod.* Invidiâ flagrare, premi.

Invidet habenti non habens] Edentulus veſcentium dentibus invidet.

Invideat quantum libet] Rumpantur ilia Momo.

Invidere neſcit virtus] Non invidet virtuti alienæ, qui ſuæ confidit, *Cic.*

Invidetur alicui] Maximam habet invidiam aliquis. Eſt in invidia, *Cic.* Prætendit nubila livor alicui, *Stat.* Invidiæ ſubjectus, *Hor.* Invidioſa poſſeſſio, *Cic.*

Invidetur pulchris] Invidia non ſerpit humi. Livor ſumma petit. Quicquid eximium eſt, Momum habet ſuum.

Invidetur vivis] Paſcitur in vivis livor, *Ovid.* Vivos invidia fatigat, *Sal.*

Invidia] Invidentia, invidiola. Livor, *Cic.* Loligo, *Hor.*

Animi

Animi hulcus invidia, *Plaut*. Jactantiæ comes. Carpet citiùs aliquis, quàm imitabitur. Virtutis comes.

Invidia eſt inter propinquos] Figulus figulo invidet: Mendicus mendico. Invidus vicini oculus.

Invidia ſibi ipſi nocet] Genuinum frangere.

Invidia invido nocet] Viperam fœtus ſuus dilacerat, *Cic.*

Invidia cum morientibus moritur] Livor poſt fata quieſcit.

Invidus] Lividus. Malevolus, *Cicer.* Lividulus, *Iuv.* Quos livoris tinea comeſt. Rubigo ſubrodit invidiæ, *Politian.* Qui gloriam alterius ſuam pœnam, felicitatem alterius ſuam carnificinam faciunt. Profectu contabeſcit alieno, *Id.* Cordolium eſt tibi, *Plaut.*

Invido aliena magis placent] Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris, vicinumque pecus grandius uber habet.

Inviolabilis] Sanctus. Sacroſanctus, *Cicer.* Impenetrabilis pudicitia, *Tac.* Intemerandus, *Val. Arg.* Capitalis locus. Religioſus, *Feſt.*

Inviolatus] Invulneratus, *Ovid.* Intemerata fides, *ex Virg.* Pudica eſt à me, *Plaut.*

Inviſere, vid. *Viſitare.*

Inviſus, vid. *Odioſus.*

Invitare aliquem] Vocare aliquem ad cœnam; domum. Invitare tecto, domo, *Cic.* Vocare convivam, *Plaut.* Invitare hoſpitio, *&*, in hoſpitium. Hodie ſis apud me volo, *Ter.*

Invitatio] Quærunt in triviis vocationem, *Catul.*

Invitè] Gravatè, repugnanter, faſtidiosè, faſtidioſiùs aliquid facere. Repugnante, adverſante naturâ, *Cic.* Gravatim, *Liv.* Reluctante natura, *Sen.*

Invitus] Perinvitus; alienus, alieniſſimus, averſus, averſiſſimus à vel ab, *Cic.* Alienus hujus rei, *Col.* Malè animatus erga aliquem, *Suet.* Inſtudioſus Medicinæ, *Apul.*

Invita actio non benè ſuccedit] Luſcinia minùs benè canit in cavea.

Invito ingenio] Invitâ Minervâ. Invitâ Deliâ venari. Repugnante naturâ, ingratiis, *Cic.* Invitis canibus non eſt venandum, invita Venere.

Digitized by Google

Invitus eò deveni] Huc me adegit inopia. Huc redegit fortuna. Ad hæc traxit neceſſitas. Huc fatis pertrahor. Huc obtorto collo trahor, *Er.*

Invitum retinere] Penulum detinere, *Adag.*

Invius] Avius. *Sal.* Avia, *pl. Tac.*

Inumbrare, vid. *Obſcurare.*

Inundare] Inundatio urbes abſcondit, *Sen.* Tiberis auctus plana urbis ſtagnaverat, *Tac.* Montano flumine torrens ſternit agros, ſternit ſata læta, boumque labores, *Virg.* Tiberis demiſſioribus ripis altè ſuperfunditur. Premit valles, innatat campis. Quâque planum ſalum pro ſolo cernitur, aquis operit agros, *Plin. Iun.* Natare campos fecere imbres, *Lucret.* Undare, *Cic.* Reſtagnat lacus, *Col.* Redundat amnis campis, *Lucr.* Refunditur, *Virg.* Exgurgitare, *Plaut.* Superſtagnare, *Varr.* Intumeſcit, æſtuat, accedit mare, *Curt.* Accreſcit flumen, *Cic.* Exceſſit alveum Tiberis, *Plin. Iun.*

Inundatio, vid. *Eluvio.*

Invocare] Implorare Deos immortales, *Cic.* Poſcere opem, *Hor.* In vota vocare. Vocare, *abſ. Virg.* Preces precari, *Cat.* Invocare ad, *Cic.* In auxilium. *Quint.*

Invocatio] Imploratio. Conteſtatio, *Cic.* Vocatus meos nunquam fruſtrata haſta, *Virg.*

Involvere] Circumvolvere, *Plin.* Circumplicare, *Cic.* Obvolvere, *Id.* Coronæ in modum circumdare coles arbori, *Col.* Velare aliquid, *Sil.* Intorquere circum, *Liv.*

Involutus, vid. *Perplexus.*

Inurbanè] Parum urbanè, inciviliùs, *Cic.*

Inurbanus] Incivilis, *Gell.* Inficetus, *Catul.* Malè moratus. Rus merum, *Plaut.*

Inuſitatus, vid. *Inſolitus.*

Inutilis] Infructuoſus, *Plin.* Nulli uſui eſt. Nullum uſum habet. Nulla ex eo utilitas eſt, *Cic.* Nullum mihi operæ pretium, *Iuv.* Nullum in eo momentum ad aliquid, *Liv.* Achreſtus, *Auſon.* Ficulnus truncus, *Hor.* Ab re mea eſt, *Plaut.* Campana ſine piſtillo. Calvo pecten. Oleum & operam perdidi.

Digitized by Google

Rem inutilem agere] Aërem ferire, verberare. Æthiopem lavare, dealbare. Laterem lavare, in caſſum tela jacere, *Liv.* Fruſtrà operam ſumere. Perdere laborem, *Cic.* Ludere operam, *Plaut.* Ventis verba profundere, *Lucr.* Annoſam arborem transplantare. Apud novercam queri. Aquam cribro haurire. Aquam è pumice poſtulare. Aquam in mortario tundere. Araneæ telas texere. Arare littus. Cœco lumen præferre. Canes vetulos loris aſſuefacere. Dormienti loqui. Fluctibus obloqui. Fluctus numerare. Ignem diſſecare, in aqua ſcribere, in aqua ſementem facere. Cœlo addere ſidera quid opus? Ignes hortari ut caleant. Juxta fluvium puteum fodere. Utrem mergere vento plenum. Utre territare. Vento loqui. Ventis tradere. Verba facere oleribus.

Inutilitas] Incommoditas, *Ter.* Incommodum, *Lucr.*

Inutiliter] Parum utiliter, *Plin. Iun.* Vid. *Suprà*, Rem inutil.

Ipſe] Ipſe ego, ipſe egomet, *Plaut.* Tute ipſe, *Ter.* Tutemet in culpa es, *Lucr.* De ſuâ ſententiâ, *Plaut.* Ipſe per ſe, *Cic.* Solus per ſe, *Liv.* Ipſipſus, *Plaut.*

Ira] Bilis. Rabies animi, acerbitas. Stomachus, *Cic.* Acris acrimonia animi & ingenii feri, *Navi.* Excandeſcentia, *Apul.* Irarum ardor, iracundia, *Cic.* Indignatio, *Plin.* Sine Vulcano flamma.

Ira inveterata] Ira vetus, *Ovid.* Ira memor, *Virg.*

Ira excæcat] Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum, *Cato.*

Ira non facilè defervet] Ira ægrè ſeneſcit, iræ regum plumbeæ.

Ira decedit] Deferveſcit ira, *Cic.* Deflagrant iræ, *Liv.* Deſpumat, *Apul.*

Ira eſt inter hunc & illum] Intercedit ira inter eos, iræ ſunt inter, &c. *Ter.*

Iram effundere] Erumpere in aliquem ſtomachum. Aliquid in aliquem evomere, *Cic.* Iram evomere in aliquem, *Ter.* Bilem effundere, *Liv.*

Irâ, furore, ultionem moliri] Montes ardentes in alios jacere tentat.

Iracunde]

Iracundè] Per iram. Non ſine ſtomacho. Stomachans, *Cic.* Furibundus venit, *Id.* Indignabundè, indignanter; *Amm.* Impotenter, *Quint.* Indignabundus, *Liv.* Infensè invectus, *Tac.*

Iracundus] Iracundiſſimus. Prærabidus, *Sen.* Rabioſus, *Id.* Iræ plenus, *Liv.* Impatiens iræ, *Ovid.* Immodicus iræ, *Stat.* Impotens iræ, animi, *Curt.* Stomachoſiores literæ. Effervescens ſæpe ſtomacho iracundiaque vehementiùs, irritabilis, *Cic.* Non habet iram in poteſtate, *Sen.* Iniquus animus, *Ter.* Facilis iraſci, *Amm.*

Iraſci] Iraſcor tibi iſtud dictum. Uxor tua in fermento jacet. Turget. Sufflare ſe alicui, *Plaut.* Indignari, ſtomachari alicui. Mordere labra. Stomacho eſt mihi aliquid. Infenſus illi ſum, indignè ferre, pati. Succenſere alicui. Cor mihi turgeſcit triſtibus iris. Fremere, *Cic.* Tangi irà, *Lucr.* Carpi irâ, *Id.* Inflare buccas iratum. Bile tumet jecur, *Hor.* Indulgere iræ, *Liv.* Iras gerere. Ringi, *Ter.* Intumeſcere, intumeſco alicui, *Ovid.* Fervere, *Ter.* Infenſo animo eſſe in aliquem.

Iraſci valdè] Ardere iracundia, *Ter.* Inflammari, efferri iracundiâ. Exardeſcere ſtomacho, & iracundiâ incendi in aliquem. Furere & inſanire in aliquem, *Cic.* Igneſcunt iræ, *Virg.* Coquere iras, *Sil.* Inæſtuat bilis præmordiis meis, *Hor.* Plumbeas iras gerere, *Plaut.* Iracundia effervеſcere, exardeſcere, *Cic.* Excandeſcere. Excandeſcere irâ. Exardere irâ. Cumulatum cor irâ, incitari irâ. Permoveri iracundiâ, *Cic.* Exacerbeſcere, *Apul.* Accendi irâ, odio, *Plin.* Succendi irâ, *Sil.* Peraceſcere, ita mihi pectus peracuit, *Plaut. Lamb. Taubm.*

Iraſci impotenter ridiculum] Vana ſine viribus ira, *Hor.*

Iratus] Incitatus irâ, irato & percito animo. Ardens iracundiâ, *Cic.* Obiratus, *Liv.* Succenſus irâ, *Sil.*

Iratus facilè arma invenit] Ira telum facit. Furor arma miniſtrat. Facilè fuſtem invenit, qui vult canem cædere.

Ire] Venio ad Veneris viſere, incedere viam, per vias, inſiſtere viam. Proficiſci, *Plaut.* Inſiſtere, & ingredi viis. Conferre ſe ad aliquem. Contendere in ædes. Capeſſere ſe domum.

Digitized by Google

domum. Capeſſere curſum ad aliquem. Recipere ſe Romam. Iter conficere; aliquò conferre iter. Iter facere, dirigere, habere. Pergere iter aliquò, Romam. Petere Athenas. Tendere Venuſiam. Vadere, *Abſ.* Vadere ad aliquem, *Cic.* Incedere ad urbem. Intendere iter aliquò. Pergunt domos. Tendere curſum aliquò. Tendere ad aliquem, *Liv.* Recipere ſe ad aliquem, *Cæſ.* Graſſari ad gloriam virtutis viâ, *Sal.* Ducere ſe, *Ter.* Quò iter inceptas? Pergere ad aliquem, *Plaut.*

Ire cubitum] Ire dormitum, *Plaut.* Proficiſci ad dormiendum. Dare ſe ſomno. Proficiſci ad ſomnum, *Cic.* Mandare quieti feſſum corpus. Abire in ſomnum. Dabantur in lectum, *Lucr.* Ire in ſomnum, *Plaut.*

Iris] Arquus, *Non.* Arcus cœleſtis, *Iun.* Arcus pluvius, *Hor.* Imbrifer, *Tibul.*

Ironia] Fictio, *Lact.* Fabuloſitas poëtica, *Plin.* Diſſimulantia. Diſſimulatio, *Cic.* Imitamentum, *Gell.* Figura, quâ quidam rejiciunt, quæ magis ad ſe volunt attrahere, *Sen.*

Irrationalis] Irrationabilis, *Quint.* Expers rationis. Temerarius, *Cic.*

Irreconciliabilis] Lupos ovem priùs ducat uxorem. Ne viâ quidem eâdem vult cum illo ingredi. Priùs unda cum flammâ redibit in gratiam.

Irreparabilis] Nunquam penſabile damnum, *Amm.*

Irrepere] Subrepere ſub tabulas, *Cic.* Tabulis, *Col.* Erepere in ſublimitates rupium, *Amm.* Inſcendere, aſcendere in aliquid. Immergere ſe in ganeum, *Plaut.* Inſerpit ſomnus, *Stat.* Vid. *Inſinuare.*

Irretire, vid. *Illaqueare.*

Irretiri, vid. *Hærere.*

Irreverenter] Illotis manibus vel pedibus ingredi.

Irreverentia] Imminutio dignitatis, *Cic.* Mala tractatio, *Arnob. Turneb.*

Irrevocabilis] Irrevocandus error, *Claud.* Decretorius dies mortis, *Sen.* Irrevocatus, *Ovid.* Irremeabilis error, *Virg.* Irredux via, *Lucan.*

Irridere errores] Sales aſpergere ſcabiei. Vid. *Ludificare.*

Digitized by Google

Irrigare, vid. *Aſpergere.*

Irrigatio, vid. *Aſperſio.*

Irriſio] Irriſus, us, *Tacit.* Deriſus, us, *Suet.* Deridiculum, *Tac.*

Irriſor, vid. *Deriſor.*

Irritare] Exulcerare animum alicujus. Refricare dolorem oratione. Facere, movere alicui ſtomachum. Laceſſere injuriâ aliquem, *Cic.* Concire iram. Aſperare iram alicujus. Facere ægrè alicui, *Ter.* Exacerbare aliquem, *Suet.* Obacerbare, *Feſt.* Retractare vulnera cruda, *Ovid.* Frigidam ſuffundere. Stomacho eſſe alicui. Laceſſere aliquem, *Ter.* Non expedit exaſperatas apes laceſſiri. Exaſperare animos, *Col.* Vexare aliquem verbis, *Lucr.* Aſperare iram alicujus. Accendere offenſiones, *Tac.* Inflammare odiis, *Stat.* Acerbare vulnus *ſcil. animi*, *Claud.* Inconciliare aliquem, *Plaut.*

Irritare denuo] Obductam cicatricem refricare.

Irritare malevolos] Crabrones irritare.

Irritare eum, qui retaliare poteſt] Cornutam beſtiam petere.

Irritator malorum] Vexator furoris Clodii Milo, *Cic.* In ulcere unguis.

Irritatus] Exaſperatus animo, *Liv.* Efferatus irâ odioque, *Id.*

Irritus] Infectum fœdus, *Virg.* Irritum promiſſum, *Ter.* Pro infecto habendum, *Cic.* Nihil agit, *Paul.IC.* Non procedit hoc in ſervo, *Vlp.* Fruſtraneus, (*S.A.V.*)

Irrogare, vid. *Edicere.*

Irruere, vid. *Invadere.*

Irrumpere] Invadere in urbem vi. Irrumpere in, *Cic.* Irrumpere oppidum, *Cæſ.* Irrumpere intrò, *Ter.* Introrumpere in. Irruptionem facere in, *Plaut.* Penetrare, *Cic.* Penetro me, *Gell.* Incurrere in hoſtes, *Sal.*

Irruptio] Incurſus militum, *Liv.*

Is, vid. *Hic.*

Iſchuria] Lotii retentio, ſuppreſſio, *Iun.* Suppreſſa urina, *Franc. Val.*

Iſthmus] Collum peninſulæ, quo continenti cohæret.

Ita]

Digitized by Google

Ita] Sic. Hoc modo. Ad hunc modum, *Cic.* Hac re. Eo pacto, *Ter.* Taliter, *Plin.* Etiam, *Plin. Iun.* Adeò, *Cic.*

Ita res procedunt] Sic fortuna totam ſuam verſat.

Ita eſt, affirmando] Ita dico, loquor, ita enimverò, ita inquam, ita profectò, *Plaut.* Ita prorſus: eſt ita. Sanè quidem. Verò, ac libenter quidem. Etiam. Certè, *Cic.* Sic, Admodùm. Oppidò. Rectè. Maximè. Factum: tuam veſtem detraxit tibi? factum, *Ter.* Sic eſt. Sic res eſt. Vera prædico, Nempe ſicut dicis. Pro me reſponſas vel reſponſas tibi, *Plaut.* Tuas tibi voces reddo, *Petron.* Tu dicis: tu dixiſti, *in SS.* Scilicet, *Ter.* Quippini. Immo etiam, *Plaut.*

Ita eſt, Ironicè] Rectè ſanè. Sanè quia verò, *Ter.* Eja, verò, *Plaut.* Vid. *Quaſiverò.*

Itane?] Itane verò? Siccine? Ain'? *Ter. Cic.* Ain' verò? Ain' tu? Ain' tandem? *Plaut. Cic.* Itane eſt? Siccine agis? *Ter. Cic.*

Iter] Iter longum, & via inepta, *Cic.*

Iterare] Duplicare & iterare verba, *Cic.* Geminare, *Ter.* Repetere audita, *Ovid.* Congeminare ſonitus, *Sili.* Integrare pugnam, *Liv.* Inſtaurare bellum, *Cic.*

Iterare idem ſæpe, vid. *Repetere eadem.*

Iterare arationem] Repaſtinare agrum. Aratro ſubvertere lupinum, *Col.* Offringere. Secundâ aratione renovare, *Varr.* Novare, *Bud.* Recolere humum, *ex Ovid.* Tertiâ vice arare, *Pallad.* Tertiare agrum, *Col.*

Iteratio, vid. *Repetitio.*

Iterum, vid. *Denuo.*

Itidem] Item, *Ter.* Perinde felix, *Plin. Iun.* Ad eundem modum. Eodem modo. Uno, & eodem modo. Æquè. Pariter, *Cic.*

J.

J*Acere*] Jacere humi; ad pedes alicujus, *Cic.* Accumbere in via, *Plaut.* Procubat umbra, *Virg.* Vid. *Cubare.*

Jacere] Facere jactum, *Hirt.* Projicere, librare telum, jactare lapides, *Virg.* Vibrare haſtam, *Cic.* Jaculari ſaxa, *Ovid.* Ingerere tela, *Liv.*

Digitized by Google

Jactanter] Glorioſè. Sublatè, *Cic.* Gloriabundus aſpicit, *Gell.* Vid. *Affectatè.*

Jactantia] Jactatio. Oſtentatio. Gloriatio, *Cic.* Vid. *Sermo jactabundus.*

Jactare ſe & ſua] Jactare caudam popello, *Perſ.* Jactant miracula dictis. Monſtra & portenta loqui, *Lucr.* Efferre ſe inſolenter. Sublatè de ſe dicere. Tragœdias agere. Venditare ſe. Oſtentare, quod re verâ nullo pacto fieri poteſt. Ebullire virtutes & ſapientias. Exſultare juveniliter. Eructare aliquid, *Cic.* Ampullari. Ampullas loqui. Projicit ampullas, & ſeſquipedalia verba, *Hor.* Deblaterare, *Gell.* Elatum & opulentum ſpirare, *ex Philoſtr.* Crepare. Baſilica facinora loqui. Ipſe ſemet canit.

Ne jacta verbis, oſtende factis] Hic Rhodus, hic ſalta.

Jactator] Jactans, *Cic.* Jactantiſſimus, *Spart.* Jactator proprii honoris, *Claud.* Tumidus ac ſui jactans, *Quint.* Bucco, *Iſidor.* Magniloquus, *Mart.* Magnidicus, *Plaut.* Venditator in prædicandis doctrinis ſuis, *Gell.* Gloriator, *Apul.* Oſtentator, *Liv.* Animal gloriæ. Ipſe. Thraſone glorioſior, *Er.*

Jaculari] Jaculum mittere. Solicitare arcu feras, *Ovid.* Sagittare, *Iuſtin.* Arcu ſagittas emittere, *Cic.* Ire in aliquem ſagittis, *Stat.* Contendere in auras telum, *Virg.* Ignes tormentis jacere, *Vopiſc.*

Jaculatio] Emiſſio teli tormento, *Cic.* Excuſſio, Vibratio, *Sipont.* Miſſus ſagittæ, *Lucr.*

Jaculator] Sagittarius, *Cic.* Doctus ſagittarum, *Aurel. Vict.* Fiſtulator, *Recent.*

Jaculum] Sagitta, *Cicer.* Spiculum. Telum. Arundo, *Virg.* Sagittula, *Apul.* Ferrum miſſile volvere, pennatum, *Plin.*

Janitor] Oſtiarius. Admiſſionum liberti, *Plin.* Atrienſes, *Cic.* Submotor aditus. Clauſtritimus, *Liv.* Qui ſalutationem publicam exercet, *Sen.* Ad limina cuſtos, *Virg.* Ad limina. *abſ. IC.* Admiſſionum magiſter, *Vopiſc.*

Janua] Oſtium, *Sipont.* Rectum oſtium, (i.e. anterius) *Plaut.* Porta, *Cic.* Apertura. Vacuum oſtii, *Vitr.*

Januâ

Digitized by Google

Januâ clauſâ] Tacitis cardinibus, *Propert.* Non mutit cardo, *Plaut.* Dormiunt peſſuli, *Id.*

A januâ aberrare] De curru delapſus. De aſino delapſus. A calcaria in carbonariam. Deficere à limine. A lineis excidere.

Jecur, vid. *Hepar.*

Jejunare] Jejunium ſervo magis, quàm Judæus Sabbatha, *Suet.* Jejunia annua celebrare, *Claud.* Longa domant illos inopi jejunia victu, *Ovid.*

Jejunium] Eſuriales feriæ, *Plaut.* Ubi laniones frigent, & ſalſamentarii regnant, *Er.*

Jejunium abſolvere] Solvere jejunium meridie, Veſpere. Solvere jejunium tribus granis, *Ovid. Boët.* Solvere abſtinentiam. Abſtinentiæ rigorem prandiis relaxare, *Iſidor.*

Jejunus] Jejuna oris ſaliva, *Plin.* Jejuna ſaliva, *Col.* Siccus. Impranſus, *Hor.* Expers undæ & cibi, *Ovid.* Jejunus & abſtemius, *Apul.* Famem integram ad cibum adferre, *Cic.* Jejunioſior, *Plaut.* Deprandius leo, *Non. apud Feſt.*

Jentaculum] Jentatio, *Firm.* Prægustativa comeſtio, *Id.* Prandiolum, *Sipont.* Prandiculum, *Lipſ.*

Jentare] Jentaculum ſumere, *Mart.*

Jocari] Joco dicere. Per jocum dicere, *Plaut.* Per ludum. Ludere, jacere, mittere ridiculum. Cavillari & jocari familiariter cum aliquo, *Cic.* Delicias, facetias facere, *Plaut.* Delicias dicere, *Catul.* Jocari in aliquem, vel in aliquid, *Hor.* Lepore elevare objecta ab aliquo. Facetiis venuſtè eludere aliquid. Facetè eludi ab aliquo, *Cic.*

Joco] Per jocum, per ludum. Animi cauſâ. Ludibundus, jocandi cauſâ. Facetiis eludere. Facetè. Per riſum & jocum, *Cic.* Jculariter, *Plin.* Jocabundus, *Val. M.* Ad jocum conſtitutæ aquilæ, *Capitol.*

Jocoſus] Lepore & humanitate præſtat omnibus. Habet ſermonis feſtivitatem. Feſtivus ſermo. Aptiſſimus ad jocandum. Facetiis & ſale conditus. Perſalſus. Urbanitate colorata oratio. Omnes ſale facetiiſque ſuperavit, *Cic.* Ridiculus, Ridiculoſiſſimus, Ridiculiſſimus paraſitus, *Plaut.* Plenus joci, *Ovid.* Vid. *Facetus.*

Digitized by Google

Jocus] Jocatio. Ludus. Dicta bona. Dictum acutè, facetè. Dicacitas, *Cic.* Joculo aliquem fallere, jocos ridiculos vendo. Dictum ridiculum, *Plaut.* Joculatio, *Firm.* Logi, *Cic.* Joca plena facetiarum, *Id.* Vid: *Facetiæ.*

Jocus mordax] Sales dentati, amari.

Jocus in ſeria tendat] Jocandum ut ſeria agas.

Jocandi nimia conſuetudo mala] Jocus aufert reverentiam.

Jocus nimius, theatricus] Triſcurria, *pl. Juv.* Lepos, jocus ſcurrilis, mimicus. Dicacitas ſcurrilis, *Cic.* Jocus nequam.

Juba] Capronæ, *Feſt.*

Jubere] Imperare quid facto opus ſit. Præcipere conſervis aliquid, jubeo, cogo, atque impero, *Ter.* Vid. *Mandare.*

Jubilare] Ovare, *Liv.* Ululare lætis triumphis, *Lucan.* Perſonare feſtis clamoribus, *Plin. Jun.* Reclangere, *Amm.*

Jubilatio] Jubilum, *Sili.* Jubilatus, *Vall. ex Varr.* Vid. *Acclamatio.*

Jubileus annus] Jubileum. Annus remiſſionis, *Iſid.* *Rectè etiam dici poteſt*, Annus ſecularis. Annus ſcalaris, *ex ſeptem ſeptenniis conſtans, Franc. Valeſ.*

Jucundè, vid. *Hilariter.*

Jucundè vitam agere] Album diem agere, *Plaut.*

Jucunditas] Animus. Solatium. Oblectamentum. Delectamentum. Animi oblectatio, *Cicer.* Lubentia, *Plaut.* Genialitas, *Amm.* Delenimentum, *Tac.* Apricitas diei, *Col.* Amœnitas loci, *Cic.*

Jucundus] Feſtivus, Lepidus, Mellitus puer. Res plena delectationis, *Cic.* Magnam habet delectationem, *Id.* Tangit ſenſus bellè, jucundè.

Judæus] Judæus recutitus. Sabbatarius, *Mart.* Hebræus, *Hieron.* Apella, *Hor.* Verpus, *Juven.*

Judaicus] Hebræus liquor, *Stat.*

Judex] Juridicus, *Sen.* Prætor, *Cic.* Condemnator, *Tac.* Subſellia, *pro judicibus ponit Mart.*

Judex ſeverus & incorruptus] Areopagita. Minos. Rhadamantus.

Digitized by Google

Judex corruptus] Argentariam patitur. Bos in lingua.

Judicis rigor] Cenſorium ſupercilium, judicium nactus acutum.

Judicare] Judicium facere. Arbitrium facere. Statuo & judico, *Cic.* Judicium profiteri.

Judicare (2) *i. e. jus dicere*] judicium de aliquo pronunciare, jus dicere alicui. Agere forum, judicium exercere inter aliquos. Cognoſcere cauſas. Fit, committitur judicium. Litem ſuam facere. Dat operam judex alicui, judex in aliquem ſedeo, *Cic.* Reddere judicium, *ad Heren.*

Judicare ex parte de toto] E fimbria de texto judicare. Leonem ex unguibus æſtimare. Ex ſonitu ollas, aure probamus aſellos.

Judica incorruptè] Audi utramque partem.

Judicialis, vid. *Iuridic.*

Judicioſus] Auribus acutis homo, *Calpurn.* Magni conſilii vir. Qui intelligens & prudens habet judicium, *Cic.* Acutis auribus. Emunctæ naris homo, *Hor.* Acetum ei peracre eſt in pectore. Aquila in nubibus, *Lipſ.*

Judicium] Cognitio. Quæſtio, juriſdictio, *Cic.* Judicatio, *Id.*

Judicium, (2) *judicandi acumen*] Animi judicium. Sapientia ad judicandum. Prudentia in judicando, judicatus, us, *Cic.* Diſpectus rerum agendarum, *Sen.*

Judicium iniquum] Dat veniam corvis, vexat cenſura columbas.

Judicium juſtum] Judicium, æquum, bonum: *vel*, ex æquo & bono.

Judicium ſeverum] Rhadamantheum judicium. Amphictyonum conſeſſus. Areopagus.

Judicium præceps, immaturum] Ante barbam ſenes doces. Ante pilos ſapit. Antequam piſces ceperis, muriam miſces. Judicium præceps inſani judicis index.

Judicium inter paria faciendum] Purpura juxta purpuram dijudicanda.

Judicium de ignotis] Cœcus parietem palpat. Cœcus de coloribus. Vid. *Ignoti nulla dijudicatio.*

Digitized by Google

J*udicium de rebus futile*] Apud pueros ſimia pulchra.

J*udicio non ſervili*] Nullius addictus in verba jurare magiſtri, *Hor.*

Ad judicium aliquem admittere] Accipere judicium pro aliquo. Dare alicui judicium. Dare alicui rei actionem. Admittere; Reus ad cauſam agendam admiſſus, *Cic.* Judicium conſtituere, edere. Edere actionem, *Budæ.*

J*udicium capitis, de cæde*, vid. *Cauſa capitis*, &c. *Capitalis.*

J*ugamenta*] Cubilia feneſtrarum, *Exemplo Vitr. qui cubilia tignorum vocat, in quibus tigna conquieſcunt, Philand.*

J*ugare*] Jungere tauros, *Virg.* Subdere jugo leones, *Plin.* Conjugare. Jungere equis rhedam, *Cic.* Conjungere boves, *Cat.* Sociare juvencos impoſito aratro, *Stat.* Adjugare, *Pacuv.* Jungere equos ad currum, *Plin.* Agere ſub juga tauros, *Propert.*

J*ugarius*] Conjugator, *Catul.*

J*ugis, jugiter*, vid. *Aſſiduè.*

J*uglans*] Nux juglans, *Varr.* Nux regia, baſilica, Perſica, *vel*, Perſicum, baſilicum caryon. Molluſca nux, *Plin.* Fructus nucis juglandis, *Id. de arbore.*

J*ugulum*] Jugulus præbendus erat, *Quint.*

J*umentum*] Pecus operarium, *Col.* Veterinum genus. Veterina, *pl. Plin.* Jugatorius bos, *Varr.* Subjugis, *Plin.* Jugalis, *Virg. Ovid.*

J*unceus*] Caudeus. Scirpeus, *Plin.* Juncinus, *Id.* Sirpeus, *Scal.*

J*unctim*. vid. *Gregatim.*

J*uncus*] Scirpus, *Ter.* Sirpus, *Lamb.* Scirpiculus, vel Sirpiculus, *Varr.*

J*ungere*] Conjungere diverſa. Conſociare conſilia cum aliquo. Connectere. Sociare ſapientiam cum eloquentia. Conjugare. Conciliare, *Cic.* Complectere manus, *Sen.* Nectere brachia, *Ovid.* Componere manibus manus. Committere ſe probis, *Virg.* Geminare, *Hor.*

J*unior*] Minor natu, *Cic.* Juvenilior annis, *Ovid.* Minor annis, *Ulp.* Minor à quinque annis. Minor quimo, quàm quimus, quàm quinque annorum, quàm quinque annos natus, *Saturn.*

Digitized by Google

Jupiter] Stella Jovis. Phaëton, *Cic.* Mundi jecur.

Juramentum] Jusjurandum, *Plaut.* Jurandum jus, *Pacuv.* Sanctiora aditis juranda jura, *Sen.* Sacramentum, *Liv.* Affirmatio religioſa, *Cic.* Mantile, quo quotidianæ ſordes exterguntur, *Pacuv.* Juratio, *Macrob.*

Jurare] Jurejurando affirmare. Affirmatè Deo teſte promittere. Firmare diis immortalibus interpoſitis. Sanctè adjurare. Dare jusjurandum, *Cic.* Jure jurare, *Liv.* Dare fidem & jusjurandum. Obſtringere ſe jurejurando, *Cæſ.* Concipere jusjurandum, *Tac.* Interponere jusjurandum. *Liv.* Dicere ſacramentum, *Hor.* Religione adjectâ affirmare. Religionum fidem dictis addere, *Amm.* Juramento ſpondere, jurare conceptis, *Plaut.* Dejerare perſanctè, & dejerare, *Ter.* Dejurare, i. e. *valdè jurare, Plaut.* Jurandi fidem addendo firmare aliquid, *Ammian.* Jurandi exſecratione permittere, *Id.*

Jurare per vindicem Deum] Jovem lapidem jurare, jurare per Deos, *Cic.* Per Deos & Deas omnes, *Plaut.*

Juratò] Sacramento rogatus es, *Sen.* Sub conſecratione jurisjurandi promisère, *Amm.* Obſtricto religionum conſecratione colloquio, *Id.*

Jurator] Comitiales homines, *Plaut.* Subbaſilicani, *Id.* Subroſtrani. Comicus teſtis, *Cic.* Ordinarius homo, *Feſt.* Præjurator, *Sipont.*

Juratus] Juratiſſimus auctor, *Plin.* Sacramento imbutus miles, *Tac.* Sacramento tenetur, *Suet.* Sacramento rogatus, *Quint.* Qui ſacramentum dixit, *Hor.* Jurejurando comprobatus, obſtrictus, adſtrictus, *Recent.*

Jure agere] Agere pro jure. Lege agere. Eo jure quo qui optimo, *Cic.* Ex jure, ex lege, per legem, juſto ſacramento. Eo jure, ut qui optimo, *Id.* Legibus, *Ter.* Legitimè, juſtis vindiciis & ſacramentis, *Bud.*

Jure diſceptare cum aliquo] Contendere, certare, diſceptare jure. Decernere, conflictare judicio. Perſequi bona lite, judicio, jus de aliqua re adire. Litigare cum aliquo. Litem in aliquem, *vel*, alicui inferre. Intendere litem alicui. Habere litem cum aliquo. Summo jure experiri, *Cic.* Jure

Digitized by Google

agere, *Lucr.* Lites ſequi, *Ter.* Contendere lite, *Quint.* Agere litem adverſus aliquem, *Id.* Jurgare, eſt de jure agere & contendere, *Sipont.*

Jurgium, vid. *Rixa.*

Juridicialis] Judicialis, judiciarius quæſtus. Forenſis cauſa, actio. Faſti dies, *Cic.* Comitiales dies, *Varr.* Juridicus conventus, *Plin.* Legalis quæſtio, tractatus, *Quint.*

Juris conſultus] Pragmaticus, jure conſultus. Interpres juris, juris peritus. Prudens in jure civili. Inſtructus à jure civili, *&*, in jure civili. Interpres legum. Verſatus in cauſis. Valet in cauſis. Conſultus juris. Qui conſulitur, & reſpondet in jure. Qui legum, & conſuetudinis ejus, quâ privati in civitate utuntur, & ad reſpondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus eſt, *Cic.* Jure peritus, *Lucil.* Prudens juris, *Claud.* Reſponſor, *Hor.* Formularum ac uſus forenſis callentiſſimus, *Bud.* Qui jura & leges tenet, *Plaut.*

Juriſprudentia] Jus, juris nodos ſolvere, *Iuvenal.* Studium juris, *Quint.*

Jus] Juſtum & jus colere, *Cic.* Judicium acre. Summum jus, *Id.* Rigor juris, jus exactius duriuſque, *Bud.* Strictum, *IC.*

Jus & æquum immutabile ſit] Fiat juſtitia, & pereat mundus. Patere legem, quam ipſe tuliſti.

Juſtè] Juſtiſſimè facere. Optimo jure. Incorruptè, caſtè judicare, *Cic.* Secundum jus faſque, *Liv.* Ex æquo facere, *Tac.* Ex juſtitia, *Plin. Iun.* Æquâ lance, *Sen.* Eâdem trutinâ penſare. Vid. *Fas eſt.*

Juſtitia] Æquitas, jus, *Cic.* Æquum, *Quint.* Servantiſſimus æqui, *Virg.*

Juſtitium] Res prolatæ. Rerum prolatio, *Cic.* Juriſdictionis intermiſſio, *Liv.* Juris ceſſatio, *Gell.* Triſti juſtitio clauſa fora, *Lucan.*

Juſtitium edicere, id eſt, differre judicia] Juſtitium indicere, edicere, juriſdictionem intermittere, judicia tollere. Obnunciatio interpoſita eſt. Prolatis rebus, id eſt, *indicto juſtitio*, *Cic.* Juſtitium ſervare, ut, juſtitium ſervatum eſt,

Digitized by Google

eſt, *Liv.* Favere juſtitio, & omnium rerum licentiæ, *Gell.* Juſtitium eſt, *ex Cic. qui dixit.* Juſtitium futurum videbatur. Differre judicium, *Quint.*

Juſtus] Æquus, *Cic.* Juſtitiæ tenax. Ex juſtitia eſt noſtrorum temporum, *Plin. Iun.* Servantiſſimus æqui, *Virg.* Nullum denarium intra limen ſuum admittit malè intrantem, *Sen.* Trutinâ, Phocione juſtior, juſtitiâ juſtior, *Er.* Ariſtides, (*civis Athenienſis, juſtitiæ exemplar.*)

Juvamen, vid. *Auxilium.*

Juvare aliquem] Adjuvare. Adjutare onus alicui. Adjumento eſſe. Subſidio alicui venire. Ferre opem, aliquid opis. Ferre labenti Reip. præſidium. Navare operam & ſtudium alicui. Digitum porrigere in rem aliquem. Aſſervire alicui. Magnum momentum afferre ad. Suffragari alicui, prodeſſe, *Cic.* Operam mutuam dare, *Gell.* Auxiliari, *Ter.* Auxilia afferre, *Id.* Auxilio eſſe. Adjutor ſum alicui auxilio. Mecum id militat. Subvenire alicui. Præſtare operam alicui adjutabilem. Civis civi commodat operam, *Plaut.* Particeps ſum alicui in operibus ruris, *Quint.* Sublevare laborem alicujus. Suppetias alicui ferre, ire, mittere, *Caſ.*

Juvenilis] Juvenilis dies, *Suet.* Juvenes anni, *Ovid.* Ephebicus, *Apul.*

Juvenilibus annis] Dum genua virent. Intra juventam raptus, *Tac.*

Juvenis] Juvenculus, *Catul.* Tenera ætas, *Cic.* Juventus primævo flore. Vid. *Adoleſcens.*

Juvenum eſt non poſſe ſeipſos regere] Vitium juvenile, non poſſe regere impetum, *Sen.*

Juvenibus labor, ſenibus quies] Quære adoleſcens, utere ſenex.

Juvenis adj.] Tener puer. Novella arbor, Muſtus, *Cic.* Muſta virgo, *Plaut.* Muſteus caſeus. Infans boletus, pomum, *Plin.* Pubens herba, *Virg.* Juvencæ aves, juveniles anni, *Ovid.* Juvenilior ſemper ſuis annis, *Silen.* Primævo flore, *Virg.*

Juventus pro pueris] Juventa, *Mart.* Omnem Italiæ *pubem* ei commiſerat, *Cic.*

Juven-

Digitized by Google

Juventus, pr[illegible]*e*] Ætatis ver breve, juventa, *Non.* Pubertas, *Col.* Pubes. Bona ætas, *Cic.* Flos ævi, ætatis, *Lucr.* Multicupida juvenilitas, *Varr.* Lubricum ætatis, *Ulp.* Lubricum ætatulæ virentis, *Apul.* Juventas, *Lucr.* Juventas eſt Dea præſes juventutis, *Hor. Liv.* Flos ætatis, *Cic.*

Juxta] Secundùm mare ire. Proximus Pompejum ſedebam, *Cic.* Prope oppidum. Propter ædem Vulcani, *Cic.*

Juxtà tempus] Pro ratione temporis. Ut ratio temporis poſtulabit, *Cic.* Ad rationem temporis, *Plin. Iun.* Prout tempus patiebatur, *Liv.*

Juxta rem ac locum] Pro re ac loco, *Saluſt.* Prout res ac locus, *ex Liv.* Ad rationem loci, *Plin.*

L.

L*Abans*] Lapſabundus, *Sen.* Caſabundus, *Enn.* Succiduus greſſus, *Claud.* Prociduus, *Plin.* Vertilabundus, *Varr.* Labens domus, *Virg.*

Labaſcere] Vacillare. Toto corpore in utramque partem vacillans. Labare. Nutare. Fluctuare, *Cic.* Vacillat ex vino, *Quint.* Minatur & nutat ornus acciſa, *Virg.* Collabaſcere, *Lucr.* Collabefieri, *Caſ.*

Labefacere, vid. *Debilitare.*

Labefactare] Infringere lilia, *Ovid.* Infirmare. Frangere alicujus opes. Violare amicitiam, exiſtimationem. Exulcerare gratiam alicujus, *Cic.* Delumbare, *Plin.* Delibare aliquid, *Varr.*

Labefieri, vid. *Debilitare.*

Labeo] Labioſus, *Lucr.* Labroſus. Broccus, *Plin.*

Labes] Labecula, *Cic.* Macula, *Plin.* Sordes luxuriæ, *Iuven.*

Labi, vid. *Cadere.*

Labilis] Caducus. Ruinoſus. Præcipitans Reſp. Ad terram fertur, *Cic.* Vid. *Labans.*

Labium] Labrum, labellum, *Cic.* Suavium, *vel*, Savium, *Plaut.* Lacuna, *Lactant.* Nympha, *Iun.* Valvæ oris.

Labor] Labos, *Plaut.* Elaboratio operæ. Sudor, *Cic.* Res

Digitized by Google

Res multæ operæ, *Plaut.* Opella, *Hor.* Fallimentum temporis optimum, *Anon.*

Labor omnia ſuperat] Quod natura negat, labor præbet. Perrumpit Acheronta Herculeus labor, *Hor.* Labor improbus omnia vincit, *Virg.* Omnia diligentiæ ſubjiciuntur. Omnia pulchra laborans conſequitur. Omnia conando docilis ſolertia vincit.

Labor irritus] Ovem agglutinans. Canem vetulum loris aſſuefacere difficile. Cani cum balneo nihil. Semitam querere, cùm ſit via. Fruſtraneus labor. Vid. *Inutilem rem.*

Labor etiam parvus, fatigat] Etiam palea longo ex itinere oneri eſt.

Qualis labor fuerit, talis & merces] Ut ſementem feceris, ita & metes. Quicquid ſeminaverit homo, hoc & metet. Quicquid intriviſti, hoc tibi exedendum eſt. Ut quiſque eſt meritus, præmium ferat.

Labor vegetat] Labore vigent artus.

Labore uno duplex opus conficere] Apros duos in uno ſaltu capere. Unâ fideliâ duos dealbare parietes.

Labori debetur præmium] Omnis labor optat præmium. Ingratus ille labor, quem præmia nulla ſequuntur.

Labori ne parcat, qui fructum quærit] Qui nucleum eſſe vult, nucem frangat oportet. Dii laboribus vendunt omnia, *Heſiod.* Ora, & labóra, dabit Deus omnia bona. Vigilantibus & non dormientibus jura ſubveniunt. Lutum niſi tundatur, non fit teſta. Molam qui vitat, vitat farinam. Non tibi per ventos aſſa columba venit. Affundat oleum, qui indiget lucerna.

Per labores ad honores] Fugiens labores fugit honores, *Thucyd.* Per templum virtutis, ad templum honoris. Scandit per ardua virtus.

Labores interminabiles] Siſyphi labores.

Laborem immenſum ſuſcipere] Harenam metiri.

Labor diurnus infelix] Acum inveniſſes.

Labore & quiete] Otiari ſtrenuè & actuosè.

Sine labore] Citra arationem. Citra ſementem. Citra pulverem. Impulvis, *Gell.*

Labo-

Digitized by Google

Laborare] Sudare pro communibus bonis. Frangere ſe laboribus. Exercere ſe labore. Suſtinere, ferre laborem. Conſumere multum operæ & laboris in aliqua re. Exantlare labores. Suſcipere labores. Noctes & dies in opere aliquo urgeri. Impendere, inſumere multum laboris in aliqua re. Exſudare laborem, *Liv.* Exercete corpus viri. Impendere laborem, operam, *Cic.*

Laborare in incertum] Committere ſe fortunæ. Permittere ſententiis judicum vitam, *Cic.* Dare ratem fluctibus. Caſum ducem ſequi, *Sen.* Aleam ſequi, *Varr.* Permittere vela ventis, *Quint.* Rem, ſe, in caſum dare, *Tac. Liv.* In dubiam aleam ire, *Liv.* Jacere aleam, *Adag.*

Laborare alternatim] Operam vicariam alicui impendere, *Quint.* Partes alicujus agere. Transferre in ſe alterius maledicta. Pro aliquo ſufferre aliquid, *Ter.* Officium & partes alicujus, pro aliquo, ſuſcipere. Supponere ſe pro aliquo. Suſtinere partes alicujus. Fungi officio alicujus. Præſtare aliquem: alicujus factum, *Cic.* Vicem alterius implere. Subire vices alicujus, *Plin.* Præſtare vicem alicujus, *Ovid.* Fungi vicem alterius, *Liv.* Fungi officium alicujus, *Ter.* Munus alicujus, *Plaut.*

Laborare fruſtra, vid. *Fruſtra.*

Laborioſè] Operosè, actuosè. Multo ſudore ac labore. Cum labore operoſo ac moleſto. Nimiâ cum cura & opera, *Cic.* Laborioſiùs, *Id.*

Laborioſus] Senectus operoſa & ſemper aliquid agens. Actuoſa virtus. Laboris amans. Ab agendo non ceſſans. Nunquam in ſtudio & opere ſuo ceſſavit. Studioſus, *Cic.* Sedula apis, *Tibul.* Patiens operum juventus, *Virg.*

Labrum, vas] Lavabrum, *Lucr. Turneb.* Lavacrum, *Claud.* Solium, *Celſ. Feſt. Suet.* Lutra, *Rhodig.*

Labruſca] Vitis fera, *Non.* Ampellos agria. Vitis ſilveſtris. Oenanthe. (Hinc Oenanthinum vinum.) Maſſaris, *idis. Plin.*

Lac] Ros vitalis, *Cic.* Mulctra, *Col.* Spuma ſanguinis, *Varr. Cat.*

Lactis cremor] Flos lactis. Pingue lactis, *Iun.* Pingue lac, *Plin.*

Lacer,

Lacer, vid. *Pannoſus. Vulneratus.*

Lacerare] Diſcerpere unguibus. Conſcindere. Concerpere. Radere, *Cic.* Carpere, *Serv.* Sauciare, *Ovid.* Collaceratum corpus, *Tac.* Laniare tunicam, diſtringere, *Ovid.* Divellere. Diloricare, *Cic.*

Lacerna] Tegillum, *Apul.* Tunica, *Cic.* Plebejus amictus, *Propert.* Famularis veſtis, *Val.M.* Encomboma, *Varr.*

Lacerta] Lacertus, *Plin.*

Lacertus] Brachium, *Cic.* Humerus, *Celſ.*

Laceſſere, vid. *Irritare.*

Lacinia veſtis] Ora veſtimenti, *Feſt.* Extremum veſtimenti. Fimbria veſtis, *Plin.* Peniculamentum, *Lucil.* Vid. *Gremium veſtis.*

Laconicus] Paucorum verborum. Breviloquens, *Cic.*

Laconiſmus, vid. *Breviloquentia.*

Lacryma] Lacrymula, *Cic.* Pumiceos oculos habet, nequit exorare lacrymam, ut exſpuat unam modò. Genus ſiccoculum, i. e. *non lacrymans, Plaut.*

Lacrymari] Indulgere lacrymis. Lacrymas effundere. Lacrymis confici. Lacrymæ oboriuntur, erumpunt, volvuntur, *Ovid.* Vim lacrymarum profundere. Dedere ſe lacrymis. Iacere in lacrymis, *Cic.* Vid. *Flere.*

Lacrymosè, vid. *Flebiliter.*

Lacrymoſus] Plorabundus. Largus lacrymarum, *Plin.* Flebilis gemitus, *Cic.* Lacrymabile tempus. Lacrymoſum carmen, *Ovid.*

Lactare] Nutrire mammis fœtum, *Plin.* Nutricare, *Plaut.* Alere fœtum ubere. Indulgere lac, *Virg.* Mammam dare, *Plaut.*

Lactarius] Lactaria bos, *Col.* Lactans, *Gell.*

Lactere] Sugere, *abſ. Cic.* Sugere ubera, *Ovid.* Trahunt agni maternum alimentum, *Col.*

Lacteus] Lacteus porcus. Lacte paſtus, *Mart.* Subrumus agnus, *Var.* Nefrens, *Liv.*

Lacticinia, barb.] Lactaria, *pl. Lamp.* Lactantia, *pl. Celſ. Bud.* Lactarii cibi, *Bud.*

Lactuca] Lactucula, *Suet.* Aſtylis, Meconis, *Plin.*

Lacuna]

Digitized by Google

Lacuna] Lacus, *Varr.* Cœni confluges, *ex Sipont.*

Lædere, vid. *Offendere.*

Lætari] Lætitiam percipere. Lætitiâ efferri, excitari, perfrui, geſtire. Explicare, exporrigere frontem. Suſtollere manum, *Cic.* Lætum eſſe de aliquâ re, *Ter.* Lætificari in aliqua re, *Plaut.* Hilareſcere, *Varr.* Vid. *Gaudere.*

Latè, vid. *Hilariter.*

Lætificare aliquem] Afficere aliquem lætitiâ. Animum integrare, renovare, *Cic.* Beare, *Plaut.* Diffundere animum alicujus, *Ovid.* Diffundere faciem alicui, *Sen.* Hilaritate conſpergere, *Cic.* In lætitiam conjicere, *Ter.* Vid. *Exhilarare.*

Lætitia, vid. *Gaudium.*

Lætus] Geſtiens lætitiâ. Lætus omnibus lætitiis. Lætus animus, *Cic.* Lætus animi, *Paterc.* Plenus lætitiæ, *Hor.* Immodicus lætitiæ, *Tac.* Lubens, *Ter.* Remiſſus, *Suet.* Renidens os, *Ovid.* Floridus color, *Plin.* Lætaſter, *Feſt.*

Læva, vid. *Siniſtra.*

Lævigare aliquid] Lævare exaſperata, *Celſ.* Allævare ferro ſurculum, *Cat.* Delævare cultro plagam, *Col.* Dolare robur, *Cic.* Edolare, *Non.* Deſpumare cote pavimentum, *Vitr.* Pumice expolire, *Catul.* Pumicare, *Tibul.*

Lævis] Lenis locus. Politus, *Cic.* Perpolitum aurum tritu, *Plin.* Raſilis fibula, *Col.* Edolatus, *Id.* Exaſciatus, *Plaut.* Ad unguem factus, *Hor.*

Lævitas] Lævor ſpectatur in chartis, *Plin.*

Lævorſum, vid. *Siniſter.*

Lagena] Laguna, *Pallad.* Oenophorum, *Mart.* Laguncula, *Plin.* Ampulla, *Suet.*

Laicus] Homo è vulgo Chriſtianorum, *Crom.* Popularis, ſacris non initiatus, *Bud.*

Lambere] Allambere, *Quint.* Delambere, *Stat.* Lingere. Delingere, *Plaut.* Lambitare, *Solin.*

Lamentabilis comploratio] Quæribundâ voce dicebat, *Cic.* Amarus luctus, *Ovid.* Effuſus in lacrymas, *Tac.* Effuſus ad lacrymas. Amarulentus, *Gell.*

Lamentari] Lamentis vacare. Lacrymis ſe muliebribus lamen-

lamentiſque dedere. Lamentabili voce aliquid deplorare. Commiſerari. Conqueri, *Cic.* Ejulare, *Plaut.* Miſerari, *Non.* Plangore & lamentatione complere forum. Edere ploratum, *Cic.* Plangere. Deplangere, *Ovid.* Pectus percutere manu, *Virg.* Ululare, *Lucan.* Obvagulari, *&*, obvagulatum ire, *Feſt.* Occentare oſtium, *Plaut.*

Lamentatio] Lamentum. Ejulatus. Ejulatio. Percuſſio pectoris, capitis. Laceratio genarum, *Cic.* Planctus, *Stat.* Pipulum, *Plaut. Feſt.* Vagulatio, *Feſt.* Leſſus, *Cic. Plaut.*

Lamia, vid. *Lemures.*

Lampas] Trulla ferrea, *Liv. Iun.* Lychnuchus, *Suet.*

Lana] Lanula, *Celſ.* Lanicium, *Plin.* Vellus, *Cic.* Coma ovium, *Col.* Lana puta, *Titin.*

Lana impura] Lana ſuccida, oſca, *Varr.* Oeſypum. Lana cum ſudore & ſordibus, *Plin.* Solox lana, *Titin.*

Lanaris] Lanoſus. Lanatus, *Col.* Lanatior canities foliorum. Lanifera arbor, *Plin.* Lanifer grex, *Virg.*

Lancea] Romphæa. Haſta velitaris, *Liv.* Haſta velitis, *Ovid.* Sibyna, *Gell.*

Laneus] Lanatus pileus, *Feſt.* Velleus, *Aſcon.* Laneſtris, *Flav. Vopiſc.*

Lancinare, vid. *Vellicare.*

Languere] Langueſcere corpore. Debilitari. Deficiunt vires. Vacillare memoriâ. Eſſe remiſſum, *Cic.* Languidior ſum tenerâ beta, *Catul.* Lentet opus, *Lucil.* Inflaccebunt conditiones, *Enn.* Conflacceſcere, *Gell.* Torpent conſilia, *Liv.* Seneſcit pugna, *Id.* Ægrotant in te artes antiquæ, *Plaut.* Infirmatur tranſactio, *Vlp.* Vid. *Debilitari, Laſſari.*

Languidè, languidus, languor. vid. *Debilis*, &c.

Laniare, vid. *Lacerare.*

Laniena] Laniarium. Taberna lanigna, *Varr.* Lanionia menſa, *Suet.* Lanea, *Liv.*

Lanio] Lanius, *Ter.* Carnarius, *Iun. Liv.* Conciliator carnis ſuillæ, *Varr.* Qui concinnant (i. reddunt) oves liberis orbas, *Plaut.* Bucæda, vel Bucida, *Id. & Lamb.*

Laniſta] Gladiatorum princeps, magiſter, *Cic.* Doctor, *Val. Max.*

Digitized by Google

Lanuginoſus, vid. *Hirſutus.*

Lanugo] Fibræ radicum, *Cic.* Capillamenta. *Villi radicis*, *Plin.* Hirſutiæ, *Sol.* Lanoſitas, *Tertull.*

Lapicîda] Lapidarius, *Firm.* Marmorarius, *Sen.* Faber marmoris, *Hor.* Latomus, *Cal.Rhod.* Quadratarius, *Sidon.* Cæmentarius, *Sipont.*

Lapicîdinæ] Latomiæ, latumiæ, Lautumiæ, *Plaut. Varr.* Lautumiæ lapidariæ, *Plaut.*

Lapidare aliquem] Lapidibus obruere, cooperire, *Cic.* Petere aliquem ſaxis, *Ovid.*

Lapideſcere] Trahere duritiam, figuram lapidis, *Ovid.* Vid. *Dureſcere.*

Lapideus] Lapidata templa, *Suet.* Saxeus mons, *Virg.* Pumiceus, *Stat.* Domus cæmentitia, *Vitr. Vlp.*

Lapidoſus] Saxoſus, *Virg.* Calculoſus ager, *Col.* Scrupoſus, *Apul.* Petroſus, *Plin.* Scrupea ſpelunca, *Virg.* Saxetum, *Cic.*

Lapis] Oſſa terræ, *Ovid.* Saxum manuale, *Plin. Tacit.* Calx, (*unde Calculus*) *Feſt. Iſid.*

Lapſus, vid. *Caſus.*

Laquear] Lacunar, *Cic.* Cœlum contignationum, *Serv. Philand.* Imum cœlum camerarum, *Vitr.* Laqueare, *Virg.*

Laqueus] Pedica, *Virg.* Tranſenna, *Plaut.* Tenus, ûs, & Tenum, *Id.* Tendicula, *Sipont.* Cippus, *Meurſ.*

Lardum] Laridum, *Plaut.* Taxea, *Afran.*

Largè, vid. *Liberaliter. Copiosè.*

Largiri, vid. *Dare.*

Largus, vid. *Copioſ. Liberalis.*

Largitio] Donatio. Condonatio, *Cic.* Muneratio, *Vlp.*

Larva] Perſona adjicitur capiti. Perſona cerea, *Gell. Lucr.* Oraquē *corticibus* ſumunt horrenda *cavatis*, *Virg.*

Laſcivia] Laſcivia Veneris, *Ovid.* Conjunctionis appetitus. Mulieroſitas. Libido procreandi, *Cic.* Petulantia, *Col.* Salacitas, *Plaut.* Mulierariæ voluptatis cupiditas, *Trebell.* Libido commiſcendorum corporum. Venerea voluptas. Res Venereæ, *Cic.* Veneris damnoſa voluptas, *Ovid.*

Laſcivire] Catullire uxorem, *Plaut.* Adhinnire puellis, *Prudent.* Geſtire, *Cic.*

Digitized by Google

Laſcivus] Salax, *Catul.* Libidinoſus. Mulieroſus vir. Admiſſarius, *Cic.* Inexſtinctæ libidinis homo, *Ovid.* Projectiſſimus ad libidinem, *Tac.* Pronus in Venerem, *Ovid.* Venereus, *vel*, Venerius. Tenax equus. Hircoſus ſenex, *Plaut.* Petulcus, *Lucr.* Procax, *Cic.* Procacior in fœminas, *Col.* Paſſere verno ſalacior. Satyrion bibit, *Petron.* Mulierarius, *Capit.* Delphino laſcivior, *Er.*

Laſſari] Laſſeſcere, *Plin.* Relangueſcere, *Ovid.* Elangueſcere, Remittere ardorem pugnæ, *Liv.* Remittere aliquid de voluntate. Oblanguerunt tui deſiderio literæ noſtræ. Exolevit ætas tua, *Cic.* Elaſſeſcere, *Plin.*

Laſſus] Curſu exhauſtus equus, *Lucan.* Vid. *Fatigatus.*

Latè] Latiùs, latiſſimè patet. Perlatè. Fusè. Diffusè. Verbosè dicere, *Cic.* Vaſtè, vaſtius tumet, *Celſ.* Laxè, *Varr.* Laxiſſimè pererrare. Spatiosè fruticat, *Pli.* Effusè vaſtare regnum, *Liv.*

Latebra] Latibulum. Opertum, *Cic.* Abditum, *Plin.* Occultum. Deſidiabulum, *Plaut.* Secretum dulce, *Plin. Iun.* Abſtruſum, *Amm.* Adytum cordis, *Lucr.* Secretarium terræ, *Apul.*

Latebrosè, vid. *Abditè.*

Latenter, vid. *Occulte.*

Later] Later, m. *Cic.* Later aureum, *Varr.* Laterculus coctilis, *Plin.*

Latere] Latere in occulto. Latitare. Obliteſcere. Tegere ſe latibulis. Occultare ſe. Occultare ſe latebris. Deliteſcere, *Cic.* Latibulare, ſublatere, *Var.* Latibulari, *Non. Acc.* Copiam ſui non facere, *Vlp.* Delitere, *ex Pli.* Latebrosè ſe occultare, *Plaut.*

Lateritius] Domus lateritio ſtructa, coctilis murus, *Ovid.*

Laterna] Laterna cornea, *Mart.* Punica, *Plaut.* Cornu. Qui Vulcanum in cornu concluſum geris, *Id.*

Lateſcere, vid. *Invaleſcere.*

Latina lingua] Latinitas. Sermo Latinus. Sermonis Latini integritas, *Cic.* Sermo Latialis, *Plin.* Latinum, Vertere in Latinum, *Quint.*

Latinitas ſimplex] Vernacula Latinitas.

Latinus] Latinienſis, *Cic.* Latialis, *Plin.*

Latitudo] Laxitas viarum. Vaſtitas terræ, *Col.* Superficies areæ. Capacitas, *Cic.* Amplitudo ſtadiorum ſexaginta, *Plin.*

Digitized by Google

Latium] Italia, *Cic.* Heſperia. Auſonia. Oenotria, *Virg.*

Latrare] Perſonare latratu aliquem locum, *Virg.* Implere ternis latratibus auras, *Ovid.*

Latratus] Gannitus. Gannitibus improbis laceſſere aliquem, *Mart.*

Latro] Latrunculus. Graſſator. Spartacus, *Cic.* Aggreſſor, *Vlp.* Prædonulus, *vel,* Prædonculus, *Scal.* Qui in cæde atque ex cæde vivunt, *Cic.* Hodœdocus, *Feſt.* Inſidiator viæ, *Cic.*

Latrocinium] Graſſatura, *Suet.* Piratica, *Cic.* Latrocinatio, *Plin.* Aggreſſura, *Vlp.* Direptus, us, *Spart.* Graſſatio, *Beroald.*

Latus, ti,] Laxa domus, *Plin.* Amplus locus, *ad Her.* Vaſtus orbis. Sinuoſa veſtis, *Ovid.* Spatioſus, *Col.* Patulus campus, *Claud.* Longè lateque diffuſus. Latè patet. Longè & latè pervagata anteponuntur anguſtis. Diffuſus. Latè ſe pandunt illa bona. Fuſus. Latè fuſus, *Cic.* Prælargus pulmo, *Perſ.* Longè pertinet, *Cæſ.* Vegrandis. Grallatorius gradus, *Plin.* Latiſſimè continuatus, *Cic.*

Latus, eris] Lateramina vaſis, *Lucr.*

Lavacrum, vid. *Labrum.*

Lavare] Abluere ſe, *Virg.* Perluere manus undâ, *Ovid.* Dare aquam manibus. Ferre aquam pedibus, *Plaut.* Piſcina uti, *Lampr.* Perfundere ſe aquâ, ex *Col.*

Lavatio] Ablutio corporis, *Macrob.* Piſcina, *Plin. Cic.* Lotio. Lotura, *Plin.*

Laudabibis] Laude dignus, *Hor.* Celebrandus. Glorioſus, *Cic.* Inclytus, *Plaut.* Prædicabilis. Laudandus. Prædicandus. Gloriabile ac prædicandum eſt aliquid. Glorioſum aliquid. Gloriandus. Præ ſe ferendus. Probabilis Orator, *Cic.* Omne tulit punctum, *Hor.*

Laudare aliquem] Laude afficere, celebrare, ornare aliquem. Laudi aliquid dare, tribuere, concedere. Efferre aliquem verbis, ſermonibus, laudibus, *Cic.* Ponere aliquid in laude alicujus. Habere in laudibus aliquid, *Plin.* Habere alicui laudem. Cumulare aliquem laudibus. *Tac.* Laudare laudibus, *Plaut.* Vid. *Dilaudare.*

Lauda-

Digitized by Google

Laudatio] Præconium. Prædicatio de laude alicujus. Gloriatio. Celebratio, *Cic.* Elogium, *Turn.* Encomium, *Cal. Rhod.*

Laudator] Approbator. Comprobator, probator rationis, *Cic.* Adſtipulator vanæ opinionis, *Val. M.* Acceptor, *Plaut.* Atteſtator, *Plin. Iun.*

Laudet nemo ſeipſum] Ne præcones quidem ipſi ſe prædicant, *Ex. Cic. contra jactat.*

Laudes tuas non agnoſco] Magnus ſum, ſi ita eſt ut res.

Laurea] Laureola. *Cic.* Lorea, *Cat.*

Laureatus] Laurifer, *Lucan.* Lauriger, *Mart.*

Laureus] Laurinus, *Plin.* Lauricomus mons, *Lucr.* Loreus, *priſc. Cat.*

Laurus] Janitrix Cæſarum & Pontificum, *Plin.*

Laus] Gloria, Gloriola, *Cic.* Adorea, *Feſt.*

Lautè, vid. *Effusè.*

Lautus, vid. *Purus. Copioſus.*

Laxamentum, vid. *Levamen.*

Laxare aliquid] Permittere equo habenas, *Tibull.* Remittere frena equo, *Ovid.* Effundere habenas, *Virg.* Laxare pedem ab adſtricto nodo, *Liv.* Laxare aliquid ex eo, quo adſtricti ſumus, *Cic.*

Laxare arcum] Denodare arcum, *Apul.* Remittere, *ex Hor.* Retendere, *Ovid.*

Laxus] Laxata membrana, *Plin.* Vid. *Latus.*

Leæna] Lea, *Lucr.*

Lebes] Cucuma, *Mart.* Cocula, *pl. Feſt.* Cortina, *Plaut.* Ahenum, *Virg.* Tepidarium. Caldarium, *Vitr.* Miliarium, vel milliarium, *Vlp. Marcell. Don.*

Lectio] Recitatio literarum. Evolutio poëtarum frequens, *Cic.*

Lectio non intellecta inutilis] Qui non intelligit, fruſtra legit. Legere, & non intelligere, eſt negligere.

Lector] Anagnoſtes. Prælector. Recitator, *Cic.*

Lectus] Lectulus. Cubile, *Cic.* Lectica, *Plin.* Torus, *Virg.* Vid. *Stratum.*

Legalis, vid. *Iuridic.*

Legatio] Jus legationis. Mandatum, *Cic.* Nuncium, *Varr.*

Digitized by Google

Legationem expedire] Legatos, mandata mittere. Legationem alicui dare. Oratores ad aliquem mittere, *Cic.* Legationem ad aliquem mittere, *Quint.* Legare aliquem ad aliquem, *Cæſ.*

Legationem obire] Legationem habere, accipere. Legatus ad aliquem venio de, Venire cum mandatis, *Cic.* Eſſe in legatione. Legationem gerere, *Quint.* Orator ad aliquem venio, *Ter.* Agere legationem, *Aſcon.*

Legator] Teſtans. Teſtator. Teſtatrix, *Vlp.*

Legatus] Legatus de maximis rebus. Nuncius. Legatio, *pro perſon. Cic.* Orator, *Varr.*

Legati inviolabiles] Nuncio nihil imputandum.

Legere] Sequi ſcripta oculis, *Quint.* Lectitare, *Cic.* Lectare, *Hor.*

Legibilis] Legi facilis, *Gell.*

Legio] Cohors Prætoria, *Tac.* Commanipulatio, *Spart.* Phalanx, *Cæſ. Curt.* Caterva, *Cic.* Vexillatio, *Levin.*

Legiſlator] Lator legis. Legum ſcriptor, *Cic.* Legum lator, *Liv.* Legum conditor, *Plaut.* Legifer, *Virg.*

Legitimè, vid. *Meritò.*

Legitimus] Legitimum jus. Juſta cauſa, excuſatio. Æqua poſtulatio: Æqua poſtulare, *Cic.* Cauſaria omiſſio. Competens judex, *Vlp.* Verus, *Virg.* Sontica cauſa, *Næv. Feſt.*

Legumen] Legarium, *Varr.* Legumenta, *Gell.* Cerealia ſemina, *Gorræ.*

Lemures] Lemures nocturni, *Hor.* Lemurales larvæ, *Feſt.* Lemures nigri, *Perſ.* Spectra. Larvæ, *Plaut.* Umbræ, *Suet.* Occurſaculum noctium. Terriculamenta ſepulchrorum. Formidamina buſtorum. Lamia. Empuſa, *Apul.* Monſtra, *Plaut.* Lymphatio nocturna, *Plin.* Maniæ, *Scal.*

Lenimen] Lenimentum. Mitigatorium, *Plin.* Delinimentum, *Liv.*

Lenire] Delinire. Delinire animum blanditiis. Severitatem acerbam condimentis humanitatis mitigare, *Cic.* Oblenire, *Sen.* Addere lenimen, *Ovid.* Mollire animos dictis, *Virg.* Mulcere, *Plin.*

Lenis] Mites mores, *Col.* Mollis animus. Facilis & lenis,

Digitized by Google

nis, *Cic.* Indulgens. Perindulgens. Agnâ mollior, *Mart.* Mitione mitior, *Er.* Mitificus, *Apul.*

Lenitas, vid. *Clementia.*

Leniter, vid. *Blandè.*

Leno] Lenunculus, lenullus, *Plaut.* Conciliator, Ballio, *Vopiſc.* Lupanarius, *Lampr.*

Lenocinium, vid. *Illecebra*, *Deliniment.*

Lens, *tis*] Lenticula, *Plin.*

Lentè] Suſpenſo gradu, *Ter.* Paſſu tardo, anili, inerti, *Ovid.* Pedatim, *Plin.* Deſide paſſu ire, *Stat.* Celeriùs elephanti pariunt. Furis paſſu progredi. Pedem ſtruere. Talipedare, *Lucr.*

Lentus, vid. *Flexibilis.*

Lepidè, vid. *Facetè.*

Lepos, vid. *Suavitas.*

Lepus] Lepuſculus, *Cic.* Inauſpicati ominis animal, *Pier. Valer.*

Leſſus, vid. *Lamentatio.*

Letalis] Internecinum bellum, *Liv.* Fatale, *Cic.* Funeſta dies. Mortifer, *Id.* Feralis, *Lucan.* Pernicialis, *Liv.* Perniciabilis rigor nivis, *Curt.* Inſuperabilis noviſſima valetudo, *Plin.* Peremptorium venenum, *Apul.* Præſentaneum, *Gell.* Capitalis morbus, *Id.* In mortem vulnus, *Tac.* Letifer enſis, *Virg.* Mortalis circumventio Cypri. Letabilis morbus, *Amm.*

Letaliter] Mortificè vulneratus, *Vip.*

Lethargicus] Veternoſus, *Feſt.* Lethargo laborat.

Lethargus] Dormiendi neceſſitas inexpugnabilis, *Celſ.* Morbus lethargicus, *Plin.* Lethargia, *Quint.* Veternus, *Plin. Plaut.* Perpetuus ſopor, *Hor.* Cataphoricus ſomnus, *Paul. Ægin.*

Levamen] Levamentum doloris, *Plin. Iun.* Allevamentum in adverſis. Allevatio doloris, *Tac.* Levatio doloris. Relaxatio. Laxamentum. Remiſſio ſeneſcentis morbi, *Cic.* Mollimentum calamitatum, *Sen.* Allenimentum tumultûs, *Amm.*

Levare aliquem onere, &c.] Levare alicujus calamitatem.

Digitized by Google

Levamento eſſe. Relevare curam. Mitigare laborem. Levationi mihi eſt aliquid. Allevare onus. Remittere de, *Cic.* Levare alicui dolorem, *Virg.* Levamentum præſtare. Collevat aliqua herba renes, *Plin.* Laxare aliquid ex ſtudio, *Sen.* Exonerare animum ſolicitudine, *Curt.*

Levidenſis pannus &c.] Rarum textum, *Quint.* Ralla tunica (*à rarus*) *Non.* Rarum cribrum, *Ovid.* Rara retia, *Virg.*

Levis] Perleve momentum. Leviculus, levidenſe munus, *Cic.* Leviuſculus, *Plin.* Levior tipulâ, ſubere, *Er.*

Leviter] Duobus digitis. Primoribus, ſupremis labris. Summis digitis. Strictim. Levi brachio & molli. Per tranſennam aſpicere, *Cic.* Suſpensâ manu. Superficie tenus.

Lex] Lex regula juris & injuriæ. Decretum, Scitum, Inſtitutum, juris publici. Regula, norma, præſcriptio rationis, naturæ. Sanctiones fœderum, *Cic.* Rogatio. Promulgatur ab eo rogatio de mea pernicie, *Id.*

Lex Dei] Lex divina & cœleſtis, *Cic.* Decalogus. Decem verba, *Iſid.* Lex divina per Moſen data. Vetus teſtamentum. N.T. Præcepta Deûm, *Virg.*

Legi communi pare] Publicâ viâ ingredi.

Ad legem vivere] Extra circinum & regulam neſcire quicquam.

Lexicon] Onomaſticon. Nomenclator.

Libatio, vid. *Sacrificium.*

Libens, vid. *Lubens.*

Libenter] Animo libentiſſimo facere aliquid. Animo gaudenti ac libenti. Libentiſſimè. Perlibenter. Propensè. Non repugnanter. Non gravatè. Magnâ, ſummâ voluptate, *Cic.* Volenti animo agere, *Saluſt.* Propenſo animo, *Liv.* Lubens, *Ter.* Studiosè ludere pilâ, *Cic.* Ex animo facere, *Saluſt.* Aventer ſuſceptus, *Amm.* Lubenter, *Plaut.* Enixè, Perofficiosè, Perſtudiosè, *Cic.* Libenter, vide plus in *Lubenter.*

Liber, bri] Pellicula arboris interior. Membrana tenuis arborum inter corticem & lignum, *Iſid.* Tunica, *Plin.* Torus, *Col.*

Libri] Codices. Muti Magiſtri, *Gell.* Muti Præceptores.

Libri

Digitized by Google

Libri raptim ſcripti] Rhapſodi, (*quales Homerici.*

Libri magni] Elephantini libri.

Libri ſapientes] Libros theſauros eſſe oportet.

Liber, beri] Vacuus, laxatus curis, *Cic.* Solutus lege. Exlex. Libero ſolutoque animo eſt, *Caſ.* Suæ ſpontis. Liberum caput, *Celſ.* Meus ſum, *Bud.* Seſe utens, *Plaut.* Arbitrio ſuo vivens. Sui juris homo. Mancipatus nemini. Integræ libertatis & ſolidæ; ſolutus & ſui juris eſt ſapiens, *Sen.* Ad arbitrium ſuum vivens. Arbitrio ſuo omnia agens, faciens. Qui in poteſtate ſua eſt. Jus habet ſui, *Cic.*

Liberalis] Largus. Beneficus; beneficentiſſimus. Munificus in dando. Benignus, *Cic.* Munifex, *Lucil.* Prælargus, *Perſ.* Prona manus.

Liberalis nimis] Largitio non habet fundum. Magis promus, quàm condus.

Liberalem eſſe] Aperit rem familiarem alicujus benignitas. Reſerare rem familiarem ita, ut omnibus pateat, *Cic.*

Liberalitas] Animus liberalis. Magnificentia libertatis. Beneficentia. Liberalis, benefica voluntas. Effuſio Cæſaris in aliquem. Benignitas ne ſit major, quàm facultas, *Cic.* Largitas, *Ter.* Munificentia, *Tac.*

Liberalitas decet divites] Dives opum, ſit largus opum.

Liberaliter] Effusè. Largè. Lautè. Opiparè. Ampliter. Ampliſſimè. Plenâ manu. Liberaliſſimè ac accumulatiſſimè polliceri, *Cic.* Largiter, *Hor.* Munificè, *Liv.* Genialiter, *Ovid.* Divite manu. Locupletiſſimè, *Spart.* Utraque manu, *Sen.* Benigniſſimè. Affatim, *Cic.*

Liberare] Vindicare aliquem in libertatem, *Cic.* Aſſerere aliquem, *Sen.* Eximere in libertatem, *Liv.* Expedire è ſervitute filium, *Plaut.* Eximere vinculis, *Id.* Eximere è vinculis, ex obſidione. Vindicare aliquem à moleſtiâ. Exſolvere aliquem occupationibus, *Cic.* Abſolvere aliquem ſuſpicione. Exonerare metu aliquem, *Liv.* Excludere aliquem ſervitute, *Amm.* Servitutem excludere, *Lucil. Non.*

Liberatio] Vindicatio, *Cic.* Abſolutio, *Suet.* Aſſertio à ſervitute in libertatem, *Priſcian.* Vindiciæ, *Liv.*

Liberator] Aſſertor, *Liv.* Vindex alienæ libertatis, *Don.*

Digitized by Google

Qui ex obſidione, &c. eximit. Soter, *Cic.* Servator, *Sen.* Soſpitator, *Arnob.* Qui ſalutem dedit, *ex Cicer.* Salvator.

Liberè] Libero corde, linguâ uti, *Plin.* Verba edere libera, *Tibull.* Solutè ac liberè movetur animus. Ingenuè fateri, *Cic.* Sponte ſuâ vivere, *Lucr.*

Liberi] Soboles, *Plin.* Pignora, *Tac.* Cariſſimi affectus, *Apul.* Prognati, *Plaut.*

Liberi parentum ſolicitudo] Liberi labores. Liberi amariſſima voluptas, *Tertull.*

Libertas] Libertas licita, publica, propria. Voluntas libera. Facultas. Licentia. Suum jus, *Cic.* Pileus. Arbitrium liberum, *Liv.* Poteſtas quidlibet audendi, *Hor.* Liberiùs vivendi poteſtas, *Ter.* Ingenuitas poëtarum, *Cic.* Res inæſtimabilis. Delicatiſſimum mortalium bonum.

Libertate donare] Ad pileum vocare ſervos, *Sen.* Caput liberum facere, *Plaut.* Vindicias dare. Rude donare. Rudem dare. Vid. *Vindicare.*

Liberatus à muneris functione, vid. *Officio dimittere.*

Libertus] Liberta, *Hor.* Vindictâ emiſſus manu, *Tac.* Manumiſſus, *Vlp.*

Liberum eſt mihi, vel alicui] Arbitrii mei eſt, *Cat.* Integrum eſt mihi. Integra eſt mihi poteſtas. In medio eſt ſitum. Optio ſoluta nobis eſt eligendi. Omnia ſunt mihi ſolutiſſima. Habeo conceſſam licentiam. Patent hæc omnibus ad viſendum. Habeo in poteſtate, *Cic.* Habeo arbitrium, *Pallad.* Arbitrarium eſt. Copia eſt faciendi, *Plaut.* In manu mea eſt, *Plaut.* Vid. *In poteſtate habere.*

Libet. vid. *Placet.*

Libidinari] Scortari. Habere fœminam. Rem habere cum aliqua, *Ter.* Amare, *abſ. Id.* Volutari in ſtupris, in ſcortis, cum ſcortis. Conſueſcere alicui. Complexu Venereo jungi. Miſcere corpus, *Cic.* Jungere Venerem, *Tibul.* Furtivis rebus operam dare. Luſtrari, *Plaut.* Conſueſcere cum aliquo, *vel*, cum aliqua, *Id. Ter.* Meretricari, *Col.* Perſequi turpia, *Catul.* Ludere, *Id. Petron.* Mœchari, *Catul.* Congreſſu fœminarum pollui. Volutari cum aliqua, *Plin.*

Habere

Digitized by Google

Habere fœminæ notitiam, *Caſ.* Tangere mulierem, *Hor.* Habere amicam, *Plaut.* Ductare mulierem, *Ter.*

Libidinoſè] Inceſtè, *Lucr.* Meretriciè, *Plaut.* Amatoriè ſcripta epiſtola, *Cic.* Lenocinè, *Lamp.* Laſcivè. Laſciviter, *Soſip.*

Libidinoſus] Animus libidini deditus impurus. Flagitioſus, *Cic,* Laſtaurus, *Suet.* Nepos Veneris. Nepotulus Venereus. Salacior paſſere. Hirco libidinoſior, *Er.* Hircum olet, *Hor.* Patrans oculus libidinoſi, *Marſil.* Morſicantes oculi, *Apul.*

Libido] Petulantia mollis oculorum, *Petron.* V. *Laſcivia.*

Libra] Trutina, *Philand.*

Librare] Ponderare granum. Penſitare æquâ lance aliquid, *Plin.* Delibrare, *Gell.* Trutinare, *Hier. Sip.* Suſpendere lance, *Perſ.* Staterâ, trutinâ examinare, *Cic.* Pendere aliquid, *Id.* Penſare, *Liv.* Expendere aliquem quot pondo ſit, *Plaut.*

Libratio] Penſura, *Varr.* Exagium, *Col.* Examinatio, *Vitr.*

Libripens] Penſator, *Plin.* Penſitator, *Gell.*

Libum] Mellitum, *Suet.* Dulciaria, *vel,* Dulcia, *Lampr.* Mellita bellaria, *Varr.* Mellitæ placentæ, *Plaut.* Strues, *Feſt.* Fertum. Subucula, *Id.* Mellitum edulium, *Apul.*

Libum piperatum] Laterculus, *Apul.* Copta, *Trallian.* Secium, *Feſt. Sipont.*

Licenter] Licentiùs dicere. Licentioſum eſt hoc, *Quint.* Nimiùm familiariter. Temerè, *Plaut.* Vid. *Audacter.*

Licentia] Autonomia. Immoderata libertas. Mollis diſciplina. Infinita, impudens, intoleranda, nimia licentia. Inſolentia militum. Diſſoluta conſuetudo, *Cic.* Effuſa licentia, *Tac.*

Licentia nimia noxia] Cui, quod libet, licet, plerumq; libet, quod non licet. Infelix cui omnia licent. Licentiâ reddimur deteriores. Peccat ſemper, qui ſemper, quod poteſt, facit.

Licentioſè conviciari] De plauſtro loqui.

Licentioſus] Solutior, *Liv.* Diſſolutus. Effrenatus. Effusè petulans, *Cic.* Suopte ingenio vivens. Floralibus licentioſior, *Er.*

Licere, de pretio] Pendere, Pendet drachmas decem.

Implet

Implet libras ſedecim modius grani, *Plin.* Pendo, Tantundem pendere par eſt, *Lucr.* Valet: Denarii denos æris valent, *Varr.* Quot pondo ſis, *Plaut.*

Liceri] Licitationem facere, *Cic.* Licitari, *Curt.* Licere. Venibunt omnia, quiqui licebunt, præſenti pecuniâ. Poſcere, *Plaut.*

Licet] Licitum eſt. Jus eſt. Jus habeo. Per leges licet. Appellare & mendicare cuilibet liberum, integrum eſt, &c.

Lichen, vid. *Mentagra*.

Licitator] Nundinator. Illicitator. Inlicitator, *Feſt.*

Lictor, vid. *Apparitor.*

Ligare] Vincire. Conſtringere. Alligare. Illigare ſententiam verbis. Copulando jungere, *Cic.* Obligare manipulos, *Col.* Vinculà indere, *Tac.* Evincire manus, *Ovid.* Nodare vites, *Col.*

Ligatio] Ligatura in vitibus locum mutare debet, *Pallad.* Subligatio uvarum, *Id.* Pedatio, *Col.* Arundulatio, *Varr. de vineis.*

Lignatio] Lignatum ire, *Plaut.* Materiari, *Cæſ.* Lignationis cauſa in ſilvas diſcedere, *Id.*

Ligneus] Materiatus. Ligneolus lychnuchus, *Cic.* Materiarius, *Plin.* Ex inteſtino opere, factus, *Varr. Philand.*

Lignoſus] Surculoſa radix, *Plin.* Materia lignea, *Cic.* Surculaceus, *Plin.*

Ligo] Marra, *Col.* Scapane, *Rhod.* Scaphium, *Cal. Rhod.*

Ligurire, vid. *Vorare.*

Lima] Limula. Scobina, *Varr.* Serraculum, *Ulp.*

Limare] Perterere limâ, *Plaut.* Delimare, *Plin.* Elimare, *Ovid.*

Limatè, vid. *Politè.*

Limatus, vid. *Politus. Elaboratus.*

Limbus, in veſte] Inſtita, *Hor.* Fimbria, *Plin.*

Limbus, navicula] Monoxylum. Navis piſcatoria, Linter, *Liv.* Cymba, *Cic.* Alveus, *Virg.* Alveus cavatus, *Paterc.* Remunculus, *Saluſt.* Oria, *Plaut.* Baris, idos, *Propert.* Lenis, *Mart. Cujac.*

Limes] Terminus. Fines provinciarum. *Regionibus* aliquid

Digitized by Google

quid circumſcriptum, *Cic.* Meta, *Virg.* Confinium, *Col.* (Trifinium, quadrifinium, *concurſus tot finium.*)

Limitaneus] Terminalis lapis, *Sipont.* Finalis lapis, *Frontin.*

Limitare] Terminare, conſtituere, pangere fines, terminos. Finibus circundare, *Cic.* Facere limites, *Col.* Determinare regiones, limites, confinia, *Plaut.* Partiri campum limite. Litem diſcernere arvis, *Virg.* Termino certo definire. *ad Heren.*

Limitatio, vid. *Dimenſio.*

Limpidus, vid. *Pellucidus.*

Limus] Craſſamen in imo aquæ, *Col.* Prima terra, *Ovid.* Prima tellus, *Virg.*

Limus, adj. vid. *Curvus.*

Linctus] Ecligma, *Plin.*

Linea] Lineamentum, *Cic.* Lineola, *Gell.* Filum, *Varr.* Nota in marmore inciſa, *Hor.*

Lineare opus] Exigere ad lineam, ad regulam. Ad libellam collocare, *Vitr.* Ad regulam dirigere. Ad perpendiculum exigere aliquid. Ad normam rationis vitam dirigere, *Cic.* Ad amuſſim examinare. Revocare ad rectum robora, *Sen.*

Lingere, vid. *Lambere.*

Lingua, pro ſermone] Os. Ore duarum & viginti gentium loquebatur Mithridates, *Plin.* Sermo Græcus, *Cic.* Latinus, *Quint.*

Linere, vid. *Illinere.*

Linquere, vid. *Deſerere.*

Linter] Canalis, *Virg.* Alveus, *Liv.* Navia. Nauſtibulum, *Feſt.* Lacus ſalſuræ, *Col.* Milliarium, *Sen.*

Linteum] Pannus linteus, *Sipont.* Tela, *Cic.* Textum, *Ovid.*

Linteus] Linea veſtis, *Plin.*

Lippire] Suffunduntur oculi ad alienam lippitudinem, *Sen.*

Lippitudo] Epiphora. Fluxio oculorum. Delacrymatio, *Plaut.* Acre malum ſemper ſtillantis ocelli, *Iuv.*

Liquefacere] Liquare. Colliquefacere, *Cic.* Liquidum facere. Diſſolvit glaciem ſol. Tabeſcere cogit radiis. Conferveſacit fulmen aurum, *Lucr.* Reſolvere aliquid, *Id.*

Lique-

Digitized by Google

Liquefactio] Liquatio, Flav. *Vopiſc.*

Liqueſcere] Eliqueſcere, *Varr.* Colliqueſcere, *Col.* Intabeſcit cera, *Ovid.* Tabeſcit cera, *Lucr.* Liquefieri, *Cic. Ovid. Hinc liquefactus.*

Liquidè, liquidò, vid. *Clarè. Perſpicuè.*

Liquidus] Tenuis, aër, *Cic.* Rarus, *Lucr.* Sorbilis cibus, ſorbile ovum, *Col.* Fluidus liquor, *Virg.* Fluvidus, *Lucr.* Diluta potio. Jurulentus cibus, *Celſ.* Jureus, *Plaut.* Juſſulentus, *Apul.* Subtiliſſimus ſuccus, *Plin.*

Liquor] Succus lactis. Unda preli (ex prelo fluens liquor.) Margaritas in *tabem* reſolvere, *Plin.* Succus in corpore, *Cic.* Liquamen, *Col.* Liquidum, *Subſt. Hor.*

Lira] Sulcus, aquarius, *Col.* Porca, *Feſt.* Elix, *Col. Vlp.* Foſſa, quâ aqua pluvia delabitur, *Varr.*

Liratim] Tabulatim inſerere ſurculos, *Pallad.* Caſtellatim ſerendum allium, *Plin.*

Lirare] Sulcum altiùs imprimere, *Cic.* Infindere ſulcos telluri, *Virg.* Imporcare. Sulcare. In liras redigere jugerum proſciſſum, *Col.*

Lis] Litigium, *Plaut.* Vid. *Rixa.*

Litare, Litatio, vid. *Sacrificare.*

Lites concire in alios] Lites creare, ſerere. Litigium contrahere inter aliquos, *Plaut.* Committere inter ſe aliquos, *Suet.* Serere certamina, diſcordias, *Liv.* Inferre certamen aliquibus, *Id.* Diſcordias facere, *Plin.*

Litigare] Litem habere, contendere cum aliquo. Digladiari. Tricari cum aliquo. Conterere ætatem in litibus, *Cic.* Contendere lite, *Quint.* Exercere diſcordias, *Liv.*

Litigator, vid. *Rixoſus.*

Litigioſus, vid. *Rixoſus.*

Littoralis] Littoreus, *Stat.* Littorarius, *Iſid.* Orarius, *Plin. Iun.* Riparius, *Plin.* Actæus, *Virg.* Riparenſis, *Alciat.*

Littus] Acta, æ, *Cic.* Crepido maris, *Cic. Col.* Ora, *Celſ.*

Litura] Deletio, *Lucil.* Maculatio, *Firm.* Superinductio, *Vlp.*

Lituus] Claſſicum, *Virg.* Recto cantare ære, *Iuv.* Non tuba directi non æris cornua flexi, *Ovid.* Buccinum, *Plin.*

Live-

Digitized by Google

Livere] Liveſcere, *Lucr.* Lividum fieri, *Feſt.* Livorem ducere, *Iuv.*

Lividus] Plumbeus. Sugillatus. Luridus, *Plaut.*

Livor] Plumbeus color, *Plin.* Plumbago. Plumbum, *Id.* Livedo, *Apul.*

Lixivium] Lixivia cinis. Lixivia calda, *Col.* Cinis lixivius, *vel*, lixivus, *Varr.* Lixivum, *Pallad.* Cinis, *Decalem*, *pro lixivio.*

Locare aliquid alicui] Elocare fundum, *Cic.* Locitare foras agrum, *Ter.* Ablocare domum, *Suet.* Exercere cænacularia m, *Vlp.*

Locator] Locatarius, *Sipont.*

Locò] In loco alicujus eſſe, *Cic.* Invicem, *Virg.* Vice cotis, *Hor.* Pro Domino poſſidere, *Liv.* Nomine præmii, *Quint.*

Locuples] Benè peculiatus, *Cic.* Benè prædiatus, *Apul.* Multa bona benè parta habet, *Plaut.* Omnes te in lauta & benè auctâ parte putant, *Ter.*

Locus] Spatium loci, *Lucr.* Spatium, *abſ. Ovid.* Receptaculum rerum. Receptator locus, *ex Cic.*

Locus deſertus] Locus nullo hominum cultus, *Sen.*

Suo quodque loco ſe contineat] Fulmenta lectum ſcandunt, *Turneb.*

Locuſta] Iræ Deorum peſtis, *Plin.* Meſſium depopulatrix.

Locutulejus] Locutor. Linguax. Blatero, *Gell.* Tractator, *Spartian.* Aretalogus, *Suet.*

Logica] Logice. Flabellum animi. Frenum rationis. Scientiarum clavigera. Vid. *Dialectica.*

Logicus] Profligator errorum. Sophiſtarum maſtix. Venator veritatum.

Loliaceus] Ærina farina, *Plin.* Loliarium cibrum, *Col.*

Lolium] Æra, *Plin.* Zizania. Zizanium, *Suid.*

Longævitas] Cervina ſenectus. Heſiodi ſenectus. Mathuſalæ vivacitas.

Longævus] Polychronius, *Firm.* Macrobius, *Mela.* Perdiuturnus, *Cic.* Anus famæ, *Catul.* Vivax cervus, *Virg.* Expers ſepulchri virtus, *Ovid.* Cornice vivacior.

Longè

Digitized by Google

Longè remotus] Immane quantùm diſtat, *Er.* Remotiſſimus. Longiſſimè remotus, *Cic.*

Longè poſt] Multò pòſt, *Cic.* Intervallo magno temporis. Interſunt tot anni, *Er.*

Longinquè] Longe abire. Longè procul. Procul à. Longè gentium. Longè lateque, *Cic.*

Longitudo loci] Prolixitas locorum, *Vlp.* Longinquitas locorum, *Cic.*

Longitudo temporis] Diuturnitas, *Liv.* Longinquitas temporis, *Cæſ.* Ætatis, *Ter.*

Longiùs, vid. *Vlteriùs.*

Longus duratione] Longa ætas, *Hor.* Diuturnus, *Cic.* Longinquus morbus, *Liv.* Spatioſus, *Ovid.* Prolixus, *Sipont.* Diutinus, *Cic.*

Longus extenſione] Longus ſex pedum. Spatioſus. Longinquum iter. Perpetuus canaliculus. Productus, *Col.* Prolixa arbor, *Varr.* Procerus numerus, *Cic.* Promiſſa barba, *Cornel. Nep.* Prælongus gladius, *Liv.* Demiſſitius, *Plaut.* Demiſſa ad talos tunica, *Varr. Cic.* Projecta inſula. Multus in laudando, *Id.*

Loquacitas] Inanis, citraque delectum congeſta, verborum & ſententiarum turba, *Er.* Vid. *Garrulitas.*

Loquax] Loquacior cornice, turture. Ad vinum diſertus. Lingua non habet frenum, lingua quò vadis? Vid. *Garrulus.*

Loquax ne ſis] Cum aliis pauca, tecum multa, cum Deo plurima. Vis loqui? diſce tacere priùs.

Loquela, vid. *Sermo.*

Loquentia] Profluentia loquendi. Redundantia juvenilis (in dicendo) *Cic.* Fluentia loquendi, *Amm.* Satis eloquentiæ, *Saluſt.*

Loquentia vana] Mare verborum, gutta rerum.

Loqui] Agere aliquid. Verba facere. Differere de aliqua re. Operam dare ſermoni. Uti voce. Fari. Vocem mittere. Promere voces. Pronunciare uno ſpiritu. Sermocinari, *Cic.* Profundere verba, *Lucr.* Satis jàm dictum habeo, *Plaut.* Profari, *Virg.*

Loqui ad populum] Orationem agere, dicere, habere. Perorare

Digitized by Google

rare cauſam, dicere, apud, ad judices. Ad populum agere, *Cic.* Orationem recitare, *Id.* Orare cauſas, *Quint.* Agere cauſas apud aliquem, *Plin.* Oratio eſt mihi cum aliquo, *Cic.*

Loqui & agere ſuo cuique modo fas eſt] Doribus Doricè loqui fas eſt.

Loqui non intellecta] Dare ſine mente ſonum.

Loqui fruſtra] Littori loqueris. Surdo loqueris. Fabulam narras.

Loquitur res ipſa] Opus commendat artificem.

Lora] Vinum ſecundarium, operarium. Deuteria, & deuterias, *Plin.* Vinum eructum, *Gell.* Acinatitium, *Pallad.* Lorea, *Cat.* Vinum præliganeum, *Id.* Acinacium, vel Acinaticum, *Hotom.*

Lorarius, vid. *Apparitor.*

Lorica, ferrum induſium] Thorax nexilis, *Stat.* Ferrea texta, *Lucr.* Tunica ex annulis ferrea, *Varr.* Lorica hamis conſerta, *Virg.* Lorica hamata, *Lipſ.* Lorica è ferreis circulis contexta, *Iſid.* Laminarum circuli tenues apti corporis flexibus, *Amm.*

Loricatus, vid. *Armatus.*

Lorum] Loramentum, *Iuſt.* Corium, *Cic.*

Lotium, vid. *Vrina.*

Lotura] Lotio. *Plin.*

Lubens] Perlubens. Libentiſſimus. Perſtudioſus alicujus rei. Benevolentiſſimus. Perbenevolus alicui. Incenſus ſtudio ad aliquid. Inflammatus ad gloriam. Affectus in aliquem, erga aliquem, ad aliquid. Propendet in aliquem inclinatione voluntatis. Propenſior in aliquem voluntas. Studioſus venandi. Prolixus animus. Prolixus in aliquem, *Cic.* Studioſus eloquentiæ, *Quint.* Plurimus in Junonis honorem, *Hor.* Volens, *Saluſt.*

Lubenter] Libenter. Vid. *Libenter.*

Lubentia] Prolubium, *Non.* Prolubies. Prolubido, *Var. Non.*

Lubricitas] *Bud.* Lubricum, Lubrica viarum, *Tac.*

Lubricus] Labidus, *Vitr.* Anguillâ lubricus magis, *Er.*

Lubricum tractare negotium] Caudâ tenes anguillam.

Digitized by Google

Lucanica] Lucanicus botulus. Lucanica hira, *Iſid. Meurſ.* Botulus. Botellus, *Mart.* Farcimen, *Varr.*

Lucere] Collucere. Splendere. Fulgere, *Cic.* Claret candidum lumen, *Enn.* Internitet cœli fulgor, *Curt.* Interlucet, *Lucan.*

Lucerna] Lychnus, *Cic.* Lychnuchi penſiles, *Levin.* Lumen, *Plin.* Noctiluca, *Varr.*

Luceſcit] Luciſcit, *Ter.* Diluceſcit, *Cic.* Diluculat, *Gell.* Diluculaſcit, *Plaut.* Promicat lux, *Amm.* Vid. *Diluculum.*

Lucidus, vid. *Clarus.*

Lucifer] Stella Veneris, vid. *Venus*, *Cic.* Phoſphorus, *Mart.* Iubar, *Apul. Feſt.*

Lucius] Lupus fluvialis, *Col.* Fluviatilis, *Geſn.* Caudâ placens, *Plin.*

Lucrari] Lucrifacere, *Mart.* Lucrifit aliquid. Facere rem meliorem, *Cic.* Facere lucrum, quæſtum, frugem. Compendifacere, *Plaut.* Rem facere. In lucro deputare, *Ter.* Facere operæ alicujus pretium, *Liv.*

Lucroſus] Lucroſa eloquentia, *Tac.* Lucroſiſſimum aliquid, *Plin.* Quæſtuoſum damnum, *Cic.* In lucro eſt, *Ovid.* Lucri eſt aliquid, *Ter.* Lucro eſt, *Plaut.* Compendioſus, *Col.* Mancipium quæſtuarium, *Vlp.*

Lucrum] Lucellum. Quæſtus & compendium. Quæſticulus. Acceſſio, *Cic.*

Lucrum iniquum] Diſpendio æquale, malum lucrum.

Lucrum damnoſum] Cadmæa victoria.

Lucro inhiare] Quæſtui habere. Conferre in quæſtum. Quæſtum in aliquâ re facere, *Cic.* Præmiari, *Suet.*

Luctari] Colluctari cum aliquo, *Plin.* Conflictari doloribus, *Celſ.* Deluctari. Depugnare cum animo ſuo, *Plaut.* Certare ſecum, *Plin. Iun.* Obluctari, *Col.* Illuctari, *Stat.*

Luctatio] Lucta, *Sipont.* Colluctatio, *Col.* Luctatus, *Plin.* Luctamen, *Virg.* Certamen cum aliquo. Certatio, *Cic.* Certatus, *Stat.* Conflictatio, *Gell.*

Luctator] Palæſtrita. Valet viribus ad certandum Athleta, *Cic.* Palæſtricus, *Quint.* Arenarius, *Iul. cap.* Gymnaſiarchus,

Digitized by Google

chus, *Cic.* Palæſtes, *Lamprid.* Hyſticus. Confector ferarum, *Suet.* Beſtiarius, *Cic.*

Luctuoſus, vid. *Flebilis.*

Luctus] Ægritudo ex ejus, qui carus fuit, interitu acerbo. Sordes. Mœror. Squalor. Denicales feriæ, quibus reſidentur mortui, *Cic.*

Lucubrare] Lucubratum opus noctibus. Per lucubrationem. Ad lucubrationem. In lucubratione aliquid conficere, *Cic.* Nocturnus legit, *Hor.*

Lucubratio] Lucubratiuncula, *Gell.* Opuſculum contractioribus noctibus lucubratum, *Cic.* Lucubratoria lecticula, *Sen.*

Ludere] Ludere par impar, *Hor.* Ludere pilâ, *Cic.* Ludere ducatus & imperia, (*cùm fingunt reges & poteſtates pueri.*) Ludo ſe oblectare, *Suet.* Alludere alicui, *Sen.* Ad aliquem, *Ter.* Perludere campis, *Propert.*

Ludi] Ludicrum, *Liv.* Agon gymnicus, *Plin. Iun.* Ludorum certamen, *Ovid.* Edidit ſpectacula varii generis *munus* gladiatorium, ludos etiam, &c. Ludi juvenales, *Suet.* Iuvenalia, *Cap. Sid.* Ludi juvenalium, *Tac.*

Ludibrio eſſe] In ridiculo eſſe, haberi. Irridiculum ſumus, *&*, irridiculo, *Plaut.* Debere riſum alicui, *Lambin.* In ora hominum pro ludibrio abit, *Liv.* Eſſe in fabulis. Eſſe oſtentui alicui, *Suet.* Deridiculo fuit ſenex, *Tac.* Rideris. Traduceris, *Mart.*

Ludibrioſè] Scurriliter, *Plin.* Per deridiculum, per ridiculum, *Plaut.* Per ludibrium conſulere aliquem, *Tac.* Per cavillationem, *Liv.* Per ludum & jocum aliquem fortunis evertere. Ludibundus, *Cic.*

Ludibrioſè tractare aliquem] Ab Herode ad Pilatum mittere.

Ludicer, vid. *Scurrilis.*

Ludibrium] Ludificatio ſenatus. Illuſio. Ridiculum. Ironia, *Cic.* Deridiculum. Irridiculum, *Plaut.* Cavillatus, *Apul.* Dicteria, *Var.* Dicacitas ſcurrilis & ſcenia, *Quint.* Dictum vernile, *Tac.* Vernilitas, *Sen.* Cavillatio, *Cic.* Sanna, *Perſ.* Poſtica ſanna, *Britan.* Rhonchus, *Mart.*

Digitized by Google

Ludificare aliquem] Ludificari aliquem, *Cic.* Ludos facere aliquem. Ludere aliquem. Ludibrio habere. Fruſtra habere aliquem. Sublectare os alicui. Sublinere os offuciis. Verſare aliquem, *Plaut.* Irridere per jocum. Carpere mimico dente, *Cic.* Ludos ſibi facere ex malis alicujus. Iocari in ſtaturam alicujus, *Sen.* Illudere aliquem, *&*, in aliquem, Eludere, *Cic.* Dicteria dicere in aliquem, *Mart.* Naſo adunco ſuſpendere, *Hor.* Inſultare ſenis patientiam, *Tac.* Illudere alicui, *Virg.* Iactitare ridicula, *Liv.* *Adag.* Ab Herode ad Pilatum mittere. Barbam vellere. Quaſi pilam habere aliquem.

Ludio, vid. *Hiſtrio.*

Ludus] Luſus puerorum, *Plin.* Laſciviæ luſuſque, *Col.* Luſio pilæ, *Cic.* Colluſio cum aliquo, *Solin.*

Luere, vid. *Abluere, Pœnas dare.*

Lues, vid. *Contagium.*

Lugere] Reſidere mortuos. Leſſum facere. Iacere in mœrore, *Cic.* Prolugere, *eſt ſolito diutius lugere, Feſt.*

Lugubris habitus] Lugubria, *Ovid.* Veſtimentum funebre. Mœror funebris. Lugubris ornatus. Sordes lugubres. Pulla toga, *Cic.* Veſtis funeſta, *Catul.* Mortualia, *Nev.* Funerea lana, *Lucan.* Veſtes lugubris, *Ter.* Pulla veſtis. Sordes, & ſqualor, *Cic.*

Lugubrem habitum induere] Lugubria induere, *Ovid.* Mutare veſtem. Pullatum eſſe. In ſqualore & luctu eſſe. Squalet civitas veſte mutatâ. Innumerabilis multitudo ad eum *ſordidata* venerat, *Cic.* Induere habitum dolentium, *Tac.*

Lugubrem habitum exuere] Inſignia doloris deponere, *Val. Max.* Ad ſuum veſtitum redire, *Cic.* Elugere, *Liv.*

Lumbricus] Colubra cœca, *Col.* Tænia, *à ſimil. Plin. Iun.* Animal ventris; inteſtinorum, *Plin.* Vermes innati, *Id.*

Lumen, vid. *Lux.*

Lumen majus obſcurat minus] Smaragdus in luce obſcurus.

Luminaria cœli] Luminis noſtri diribitores.

Luna] Soror æmula Phœbi. Diva Menſtrua. Tenebrarum fax. Noctis honor. Humorum præſul. Mundi cerebrum. Noctiluca, *Varr.*

Digitized by Google

Luna creſcens] Luna creſcens gibboſa, *Firm.* Cornicula, *Apul.* Major dimidiata, *Martian. Capel.*

Luna decreſcens] Luna extrema ſeneſcens, *Varr.* Luna deficiens, *Plin.* Luna minuens, *Pallad.* Senium lunæ, *Plin.* Decreſcentia lunæ, *Vitr.*

Lupanar] Stabulum, *Plaut.* Ganeum, *Ter.* Meritorium, *Firm.* Fornix, *Iuven.* Luſtrum, *Cic.* Ianua orci, *Plaut.*

Lupulus] Lupus ſalictarius, *Plin.*

Lurco, vid. *Heluo.*

Luridus, vid. *Lividus*, *Pallidus.*

Luſcinia] Luſciniola, *Plaut.* Philomela. Aëdon, *Virg.* Acredula, *Cic. Iſid.* Attis, *Mart.*

Luſcioſus] Lolio victitat, *Plaut.* Malè oculatus, *Suet.* Malè luminatus, *Apul.* Nyctalops, *Plin.* Myops, *Bud.* Cæculus, *Ser.* Microſpicus.

Luſcus] Cocles, *Plin.* Unoculus, *Plaut.* Monoculus, *Firm.* Defioculus, *Mart.* Oculum perſolum habet. Catapultâ alter oculus ictus eſt, *Plaut.*

Luſoria pugna] Pugnant volſellis non gladiis.

Luſorius] Ludicer. Ludicrus, *Gell.* Ludiæ coronæ, *Plin*,

Luſtrare] Perluſtrare oculis. Proſpeculari, *Liv.* Circumſpicere. Contemplari, *Cic.* Viſere, *Plaut.* Conviſere oculis, *Lucr.* Oculis obire, *Plin.* Perſpectare, *Plaut.* Vid. *tranſl. Expiare.*

Luſtricus] Expiabilis, *Cic.* Piacularis, *Liv.* Piaculus porcus, *Cic.* Luſtralis aqua, *Ovid.* Luſtrificus, *Val. Arg.* Purgatoriæ virtutes, *Macrob.*

Lutare] Lutulare, *Plaut.* Collutulare aliquem, Limare caput limo, *Id. Lambin.* Veſtimenta elevit luto, *Non.*

Luteus de colore] Luteola viola, *Col.* Silaceus color. Calthulus, Melleus, *Plin.* Fulvum aurum. Flavus crinis, *Virg.* Floridi crines, *Id. Serv. Col.* Galbus, & Galbeus, *Lævin.*

Luteus, *de luto*, vid. *Argillaceus.*

Lutoſus] Limoſus, *Virg.* Lutulentus, *Ovid.* Lutènſis. Luto nutritus. Dialutenſis purpura, *Plin.* Laboſum & lutoſum iter, *Lucil.* Luto lutulentior, *Er.*

Lutum] Cœnum. Limus, *Virg.* Volutabrum porcorum,

Digitized by Google

Lux] Lumen, *Lucr.* Luminare, *Cic.* Collyrium oculorum. Revelator omnium.

Luxare membrum] Intorquere talum, *Plin.* Extorquere articulum, *Sen.* Convellit bos armum, *Col.*

Luxatio] Luxum, *Cat.* Exarticulatio, *Cal. Rhod.*

Luxatus] Luxus pes, *Non. Cat.* Eluxatus, *Decalemp. ex Plin.*

Luxuria] Profuſa luxuries. Inſolentia, *Cicer.* Luxus populator opum, *Claud.* Blandum malum. Mellitum venenum.

Luxuria noxia] Serviet æternùm, qui parvo neſciet uti, *Hor.*

Luxuriari] Diffluere luxuriâ, *Tac.* Mollitia & luxu fluere, *Cic.* Luxuriant animi rebus plerumque ſecundis. Molleſcunt pectora, *Ovid.* Indulgere gaudio, *Plin.* In longinquum mittere cupiditates, *Sen.*

Luxurioſus] Adoleſcens luxu perditus, *Ter.* Luxuriæ immoderatiſſimæ, *Trebel.* Effuſus in luxum, *Tac.* Æſopo luxurioſior, *Er.*

Lynx] Lupus cervarium, *Plinius, Sipont. Geſnerus.* Chaus, *Id.*

M.

M*Acellum*] Tabernacarnaria, *Varr.* Carnarium, *Plaut.*

Macer] Macilentus, *Plaut.* Oſſa atque pellis totus. Exta inſpicere in ſole etiam vivo licet. Ita pellucet, quaſi laterna Punica, *Id.* Macie peremptus, *Liv.* Exſuccus, *Quint.* Emaceratus, *Sen.* Scutilus. Veſculus, *Feſt.* Veſcus; corpore veſco, *Plin.* Torridus macie, *Cic.* Oſſa pelle amicta luridâ, *Hor.* Vix oſſibus hæret, *Virg.* Monogrammos. Macellus, *Non.* Malè habitus, *Gell.* Petilus, *Varr.* Aëre & rore paſtus. Tam pinguis, quàm cor.

Macerare] Præmacerare mala, *Scribon.* Madefacere, *Virg.* Madidare, *Arnob.* Imbuere liquoribus. Sinere aliquid in aqua, *Col.* Vid. *Emaciare.*

Macere] Maceſcere, *Plaut.* Extabeſcere macie. Contabeſcere

Digitized by Google

beſcere luctu. Amittere corpus, *Cic.* Emacrari, *Plin.* Cibum non ſentire, *Id.* Nihil corpori per alimenta accedit, *Celſ.* Ad ultimam maciem redigi, *Col.* Remacreſcere, *Suet.* Perdere carnem, *Mart.* Per tenues oſſa numerantur cutes, *Propert.*

Maceratus] Madefactus, *Virg.* Inſuccatus, *Col.* Fluviatus, *Plin.*

Machina] Machinamentum, *Tac.* Machinatio, *Cic.* Machinatus, *Apul.* Præcipua naturæ architectio. Architectatio, *Plin.* Artificium ſimulationis, *Cic.*

Machinari] Omnes adhibere machinas ad tenendum aliquem. Commoliri machinam ad aliquem. Advocare artem, *Cic.* Fingere ad aliquem fabricam, *Ter.* Apparare, admovere fabricas, *Plaut.*

Machinatione occulta] Cuniculis oppugnare.

Macies] Macror, *Pacuv.* Macritudo, *Plaut.* Maceries, *Non.* Malus corporis habitus, *Celſ.* Coriago, *in jumentis, Col.*

Mactare ſacrificandum] Cædere hoſtias, *Cic.* Victimas, *Liv.* Supponere cultros, *Virg.*

Mactè, vid. *Euge.*

Macula] Macula, Labes in veſte. Nævus, Varus in facie. Lentigo in charta. Tænia, *Plin.* Area (*ubi defluxere pili*) *Celſ.* Labecula, *Cic.*

Maculare aliquid] Polluere dapes ore. Commaculare ſanguine alicujus manus. Vultus fœdare, *Virg.* Facere maculas in veſte, *Plin.* Contemerare torum alicujus, *Ovid.* Cædes decoloravêre mare, *Hor.*

Maculoſus] Reſperſus guttis. Interſtinctus aureis guttis. Diſtinctus punctis, *Plin.* Stellantibus oculis interſtinctus amictus, *Martian.* Variâ pelle, vel verſicolore, ut panthera, *Plin.* Guttata avis, *Martial.* Litus guttis, *Virg.* Vid. *Verſicolor.*

Madefacere, vid. *Macerare.*

Madere] Madeſcere. Madefieri, *Ovid.* Commadere, *Cat.* Immadeſcere, *Plin.* Macereſcere, *Cat.*

Madidus] Madens, *Cic.* Uvida veſtis, *Plaut.* Riguus hortus, *Ovid.* Irriguus, *Hor.* Subriguus, *Plin.* Vid. *Humidus.*

Digitized by Google

Magia] Magice. Ars Magica, *Plin.* Dardanariæ artes. (*A Dardanario inventore.*)

Magicus] Veneficus aſpectus, *Plin.*

Magis] Impendio magis animus gaudebat mihi, *Ter.* Magis magiſque, *Sen.* Plus pluſque. Impenſiùs. Magis ac magis. Ampliùs. Plus quàm. Pluris æſtimo quam. Pluſculum largiare, quam, *Cic.* Ter tanto pejor, *Plaut.* Dulcior magè, *Boët.* Magis magis iraſcor, *Catul.*

Magis propriis, quàm alienis afficimur] Omne domeſticum afficit.

Magiſter] Magiſter luxuriæ, *Cic.* Officinator, *Vitr.* Magiſter officinæ, vel Fabrorum. Vid. *Doctor.*

Magiſter bonus] Bonus dux, bonum reddit comitem.

Magiſter ineptus] Cœcus cœcorum dux. Tortor ingeniorum.

Magiſtratus] Poteſtas. Imperium ſummum, clariſſimum, Conſulare, Prætorium, Extraordinarium. Munus Reip. Magiſtratus mutus, lex; & lex, mutus Magiſtratus, *Cic.*

Magiſtratum inire] Aſcendere dignitatis gradum, in honorem, ad honorem. Venire in ſummum locum, *Cic.* Magiſtratum ingredi, *Saluſt.* Magiſtratum occipere, *Tac.* Inire Conſulatum, *Cæſ.* Capeſſere honorem, *Tac.*

Magiſtratum gerere] Magiſtratum habere, Peragere, ſuſtinere munus Conſulare. Fungi munere maximo. Poteſtatem gerere, In ordinibus ſedere. Prætextatus & in magiſtratu ſum, *Cic.*

Magnanimitas, magnanimus, vid. *Animoſitas*, *Fortitudo*, &c.

Magnanimus, ſed non magnipotens] Aut minus animi, aut plus potentiæ.

Magnanimus non invidet] Sol non invidet veſperæ.

Magnanimus nihil metuit] Incus maxima non metuit ſtrepitus. Incus robuſta non timet malleum.

Magnanimi labores] Herculea facinora.

Magnates] Optimates. Columina Reip. *Cic.* Proceres, *Liv.* Primores, *Virg.* Summates Viri, *Apul.* Megiſtanes, *Tac.* Potentes, *Lucan.* *Magna-*

Digitized by Google

Magnatum preces, mandata] Poteſtas dum ſupplicat, imperat. Preces armatæ.

Magnes] Lapis ſiderites è ferro vitam trahens.

Magnificè, vid. *Amplè*.

Magnificus, Subſt.] Potens Vir. Potentiſſimus. Vir fortunatus & potens. Clariſſimus. Ampliſſimus, *Cic.* Illuſtriſſimus. Spectabilis, *Amm.* Clementiſſimus. Providentiſſimus, *Plin. Iun.*

Magnificus, adj.] Auguſtus, *Virg. Ovid.* Auguſtior, *Liv.* Superbus veſtitus, *Virg.* Amplus. Ampliſſimus. Splendidus. Splendidiſſimus. Magnificentius & ſplendidius genus. Grandis & tragicus orator. Regius, *Cic.* Sublimis, *Hor.* Ambitioſus, *Amm.* Baſilicus, *Plaut.*

Magnitudo] Amplitudo ſigni modica. Vis mellis maxima, *Cic.* Moles immenſa, *Virg.* Res ſuo *molimine* gravis, *Liv.* Enormitas pedum, *Sen.* Vaſtitas beluarum, *Col.* Vaſtities corporis, *Apul.* Vaſtitudo leonis, *Gell.* Immanitas pretii, *Plin.* Mons aquarum, *Virg.* Maximitas, *Lucr.*

Magnus] Grandis, pergrandis, prægrandis. Amplus, peramplus. Inſanæ molis. Vaſtus, *Cic.* Ingens moles. Plurimus collis. Montes nimborum, *Virg.* Decumanus (quia decima magna ſunt) *Feſt.* Conſpicuus magnitudine caſeus. Coloſſeus. Coloſſicus, *Plin.* Permagna res, *Cic.* Machinoſum navigium. Enormis Coloſſus, *Suet.* Vis divina, *Vlp.* Decumani malorum fluctus. Moles mali, (*magnum malum*) *Lucr.* Mare & pelagus malorum, *Lucr.* Ilias malorum, *Er.*

Magna non niſi cum mora fiunt] Res magnæ cunctationem requirunt.

Magnis magna] In mari magni capiuntur piſces.

Magnos magna decent] Aquila non captat muſcas. Culicem non curat Elephantus Indicus.

Magus] Siniſtras literas edoctus.

Majeſtas, vid. *Honor*.

Major] Pluſculus, *Ter.* Magis majores, *Plaut.* Majuſculus, *Plin.* Subgrandis, *Cic.*

Majora evidentiora] Cùm adſit via, ſemitam quæris.

Digitized by Google

Majori cede] Cùm ſis nanus, cede. Fluvius cum mari certas?

Majorennes] Major natu. Ætate præcurrit alterum, anteit, antecellit, alteri præſtat, *Cic.* Natu grandior, *Ter.* Senior, *Plaut. Cic.* Ex poteſtate exiit. Vid. *Adoleſcere.*

Majores] Superiores. Superiori memoriâ cives, *Cic.* Priores noſtri, *Plin. Iun.* Majores & parentes, *Vlp.* Vid. *Antiqui.*

Majores inferioribus infeſti] Grandibus exigui piſces ſunt piſcibus eſcæ.

Maliacia, vid. *Tranquillitas*, *Mollitia.*

Malè] Depravatè, & corruptè judicare, Vitiosè, perperam, *Cic.* Vapidè ſe habere, *Suet.* Secus, *Saluſt.* Siniſtrè, *Hor.* A malo quærere æs, *Plaut.* De malo, *Apul.* Pravè, *Liv.*

Malè fit, quod malè regitur] Plauſtri rota malè uncta ſtridet.

Malè parta, malè dilabuntur] De malè quæſitis non gaudet tertius hæres.

Malè eſt mihi, vel alicui] Malè animo eſt. Factum male eſt animo alicujus. Doleo ab animo; ab ægritudine. Neſcio quid malè factum noſtræ familiæ. Perire ab animo. Cordolium mihi eſt. Ægrè eſt ab animo. Quid tibi ægrè eſt? *Plaut.* Ægreſcit animus, *Lucr.*

Maledicere alicui] Malè loqui alicui. Loqui alicui non rectè. Maledictis aliquem onerare, differre, *Plaut.* Dicere mala plurima alicui, *Catul.* Maledictis inſectari, figere, Maledicta in aliquem conjicere, dicere, *Cic.* Congerere, *Quint.* In caput tuum (ſcil. redeat malum) *Scal. Gell.* Deprecari mala, *Catul.*

Maledicere qui audet, audet & malè facere] Maledicus à malefico non diſtat, niſi occaſione.

Maledictio] Maledictum. Convicium, *Cic.* Vid. *Calumnia.*

Maledicus] Maledicentiorem novi neminem, *Plaut.* Maledicentiſſimus, *Cic.* Maliloquax lingua, P. Mimus.

Maledicum ſcriptum] Dentata charta.

Malefacere, vid. *Damnum inferre.*

Maleficium] Nefas committere, *Cic.* Vid. *Flagitium.*

Malo-

Digitized by Google

Maleficus] Maleficentiſſimus, *Suet.* Reus nocens. Reus maximis plurimiſque criminibus. Reus capitalis , *Cicer.* Omnibus reis noxior, Noxioſiſſimus, *Sen.* Noxiiſſimus, *Curt.* Noxialis, *Prudent.*

Malevolentia] Voluptas ex alieno malo. Mala gratia. Aliena & offenſa voluntas, *Cic.* Malignitas, *Plaut.*

Malevolus] Malevolentia ſuffuſus, infuſcatus, *Cic.* Infavorabilis ſententia, *Celſ.* Siniſtris ſermonibus carpere aliquem, *Plin. Iun.* Malevolens genius, *Plaud.*

Malignè] Malitioſè. Per malitiam fingere, &c. Dicto aut facto protervo alicui nocere, *Cic.* Maligna mente facere, *Catul.* Protervè, *Ter.* Per nequitiam facere, *Vlp.*

Malignitas] Malitia. Pravitas animi. Malevolentia, Improbitas. Vitioſitas, *Cic.* Nequitia, *Vlp.* Siniſteritas, *Plin. Iun.* Vitium, *Hor.*

Malignus] Maligna mens, *Catul.* Malitioſus homo, ſceleratus, nequam, protervus, *Cic.* Maligniſſima capita, *Sen.* Scelus, *Plaut.* Improbus. Plenus ſceleris, *Cic.*

Maligni] Maleferiati homines ſunt non ſolùm otioſi, ſed etiam otia malè collocantes.

Malle] Multò malle, *Cic.* Magis velle. Præoptare aliquid, *Ter. Liv.*

Malleus] Tudites mallei, *Scal.* Tudis malleus, *Iſid.*

Malum] Moles mali. Tetra, & horribilis, infeſta Reipub. peſtis. Peſtis & pernicies. Labes, calamitas, *Cic.* Mala crux. Theſaurus mali, *Plaut.* Peſſimum, *Varr.* Ilias malorum, *Er.*

Malum eſſe, res facilis] Improbitas compendiaria res. Facilis deſcenſus Averni, *Virg.* Noctes atque dies patet atri janua Ditis.

Malum commovere] Ruſpari ſterquilinium.

Malum non perit] Malum vas non frangitur. Mala herba non perit.

Mala cumulare] Morbum morbo addere.

Malum cum annis fit deterius] Vulpes cum annis fit aſtutior.

Malum citò tranſeat] Celeritas in malis optima.

Digitized by Google

Malum hoc, malum illud] Mali tripes, mali ipes. Malum hoc, nec illud melius.

Malum malo non corrigitur] Convicium convicio regerere, eſt lutum luto purgare.

Malum benè poſitum non eſt movendum] Ebrius dormiens non eſt excitandus.

Malum malo non augendum] Ignem igni ne addas.

Malum malo oppoſitum] Duro nodo durus cuneus. Crudelem medicum intemperans æger facit.

Mala mixta bonis] Dulce amaro mixtum. Dulcia non meruit, qui non guſtavit amara. Malum nullum ſine aliquo bono, *Plin.*

Mala diutius meminimus, quàm bona] Cui placet, obliviſcitur; cui dolet, meminit.

Mala præterita non terrent] Jucunda malorum præteritorum memoria.

Mala malis pelluntur] Amaris pharmacis amara bilis proluitur.

Malus] Pravus. Deterrima mulier, *Cic.* Praviſſimus, *Tac.* Alter, *pro malo, Feſt.* Alius, *itidem*, Si quid cogitarent aliud, *Apul.* Hic niger eſt, *Hor.* Vitioſa nux. Perditi animi homo, *Plaut.* Parentem habeo illepidum, in liberos difficilem, qui nec te amet, nec ſtudeat tui. Injurioſiſſimis aliquibus uti, *Cic.* Durus pater, *Ovid.* Mala, ſæva, injuſta noverca mihi eſt, *Virg.*

Malus ſemper malus] Pardus maculas non deponit. Qui niger eſt nullà candorem ducit ab arte.

Malus malum benè inſtruit] Aſpis à vipera venenum mutuatur. Malorum doctorum malæ ſunt diſciplinæ.

Mali ſui author] Sibi ipſi vincula cudit. Sibi malum arceſſit jumento ſuo. Sibi parat malum, qui alteri parat. Technam in teipſum ſtruxiſti.

Malo nuncio mala præmia] Vates ſecum auferat omen.

Malo quidvis noceat] Malum virum vel mus mordeat. Vel capra mordeat nocentem.

Cum malo ne ingrediaris] Viro malo ne comes viæ fueris.

Digitized by Google

Mali malis rarò nocent] Corvus corvo oculum non eruit. Canis caninam non eſt.

Malis malè] Mali bibunt improbitatis fecem. Malitia veneni maximam partem ſui bibit. Malis fortuna parcit in pœnam. Tolluntur in altum, ut lapſu graviore ruant. Nemo malus felix. Nocentem reperit Deus.

Malæ artis artifex peſſimus] Aleator quantò in arte eſt melior, tantò eſt nequior.

Mamilla] Mamma, *Ter.* Mammula, *Celſ.* Uber, *Virg. Ovid.* Sumen lactans fœminæ, *Lucil.* Fons ſanctiſſimus corporis, Humani generis educator, *Gell.*

Mammoſus] Mammeatus, *Plaut.* Mammatus, *Sipont.*

Manalis, vid. *Fluidus.*

Manare, vid. *Fluere, Scatere.*

Manceps] Conductor ædificii, *Cat.* Cœnacularius, (*qui cœnaculum conducit*) *Vlp.*

Mancipium, vid. *Servus.*

Mancus] Unimanus, *Liv.*

Mandare] Imponere partes, provinciam alicui. Dare alicui negotium, *Cic.* In mandatis dare, *Plaut.* Vid. *Committere, Iubere.*

Mandatum] Juſſus, *Plaut.* Juſſum. *Imperio* parere, *Virg.* Imperata peragere, *Sen.*

Mandere] Manſitare, *Plaut.* Dentibus manditur, extenuatur, & mollitur cibus, *Plaut.* Conficere cibum, *Liv.* Manducare, *Varr.* Commanducare aliquid, *Val. Max.*

Manè] Diluculo primo, *Plaut.* Benè manè. Multo mane. Maturiſſimè, *Cic.* Mane obſcuro, primo, *Col.* Cum prima luce, *Ter.* Cœptâ luce. Principio lucis, *Tac.* Maturrimè, *Cæſ.* Matutinò, *Plin.*

Mane, nomen] Diei principium, *Varr.* Matutinum, *Quint.* Aurora Muſis amica.

Manere] Remanere alicubi, *Cæſ.* Reſidere. Redundat aliquid in ſequentem annum. Exſtat memoria, *Cic.* Hæreſcere, *Lucr.*

Manes] Umbræ volantes nocte, *Virg.* Tenues ſine corpore vitæ, *Id.*

Mango]

Digitized by Google

Mango] Ornator, *Firm.* Exornator, *Cic.* Concinnator capillorum, *Col.* Coſmeta, *Iuv. Vlp.*

Manica] Manulea, *Lamb. Taub.*

Manicatus] Manclatus, *Coler.* Chirodotæ veſtes, *Lampr.* Tunicæ habentes manicas, *Virg.* Manuleàtus, manuleata tunica, *Plaut. Suet.*

Manifeſtare] Aperire futura, *Virg.* Revelare, *Sipont.* Manifeſtum facere. Facere rem palàm, *Plaut.* Recludere operta, *Hor.*

Manifeſtare ſe] In ſolem & pulverem prodire.

Manifeſtatio] Revelatio per, &c. *Firm.*

Manifeſtè] Manifeſtò. Publicè dicere. In ore, in oculis omnium geſtum. Luce & palàm. Apertè, *Cic.* Non obſcurè, *Cæſ.* Palàm populò, *Liv.* Propalam, *Tac.* Detectâ fronte, *Quint.*

Manifeſtum] Confeſſa res. Vel puero clarum. Vel cœco apparet. Vid. *Palam eſt.*

Manifeſtus] Apertus. Palàm adverſarius. Perſpicua cauſa. Res clara & teſtata, *Cic.* Manifeſtarius fur, *Plaut.* Res in confeſſum venit, *Plin. Iun.* Confeſſa res, *Col.* Profeſſus, *Sen.*

Manna] Mel aëreum roſcidum, *Virg.* Saliva ſiderum, *Plin.* Ros Syriacus, *Celſ.*

Manſuefacere] Traducere ex feritate ad manſuetudinem. Ex feris & immanibus mites & manſuetos reddere, *Cic.* Lenire leones, *Hor.* Cicurare, *Varr.* Cicurem reddere, *Mart.* Pacare feras, *Claud.* Commulcere ſenſus judicum, *Gell.* Circummulcere. Mitigare, mitificare, *Plin.* Tractare aliquem arte, *Ter.*

Manſuefactus, vid. *Cicur.*

Manſuetè, vid. *Comiter.*

Manſuefieri] Manſueſcere. Deponere ingenium ſilveſtre, *Col.* Aſſuefieri ad homines, *Cæſ.* Miteſcere, *Liv.* Mitificare, *Plin.* Manſuetum fieri, *Varr.* Exuere ferociam, *Tac.* Mitigari. Demitigari, *Cic.* Deponere feritatem. Mollita feritas, *Ovid.*

Manſuetudo] Placiditas hominis, *Gell.* Lenitas. Suavitas

Digitized by Google

tas hominis. Lenitas animi. Lenitudo, mollitudo, *Cic.* Vid. *Clementia.*

Manſuetus] Mitis. Lenis, facilis, placidus, *Cic.* Permitis, *Col.* Mitificus, *Apul.*

Mantile] Chiromactrum, *Ludov.Viv.* Mantellum, *Lucil.* Mantelium, *Scal.* Manterium, *Varr.* Linteum exterſui, *Plaut.*

Mantiſſa, vid. *Additamentum.*

Manualis] Qui manum implet, *Plin.* Pugillaris, *Iuv.* Pugillatorius, *Plaut.* Manuarius, *Iabolen.*

Manubiæ] Spolium, *Plin. Ovid.* Spolia, *Cicer.* Vid. *Præda.*

Manubrium] Manubriolum, *Celſ.* Capulus gladii, *Cic. Virg.* Capulum, *Feſt.* Tenaculum, *Ter.* Anſa ſcuti, *Amm.* Capiſtrum, *Cato.* Amites baſternarum (*lecticarum*) *Pallad.*

Manumittere] Manu mittere aliquem, *Plaut.* Donare libertate ſervos, *Cic.* Vid. *Libertas.*

Manupretium] Manipretium, *Plin.* Operæ pretium, *Lucan.* Æs manuarium, *Gell.*

Manus] Inſtrumentum inſtrumentorum. Organon artificioſiſſimum.

Mappa] Menſale linteum, *Lampr.*

Mappula] Mappela, *Iſid.* Mantele, *Plin. Decalemp.*

Marcens] Vietus, *Col.* Exſuccus, *Sen.*

Marcere] Marceſcere. Exſpirat flos ad auſtros, *Stat.* Sole & vento exareſcere, & ſiccari. Flaveſcit fœniculum, *Col.* Commarcere fervore, *Amm.*

Marcidus, vid. *Vapidus.*

Marcor, vid. *Deſidia.*

Mare] Pelagus. Salum, *Cic.* Altum. Æquor. *Virg.* Profundum, *Lucr.* Comitia aquarum. Hoſpitium fluminum. Terræ limes. Regionum diviſor. Imbrium fons.

Margarita] Margaritum, *Varr. Tac.* Uniones. Exaluminatus. Nucleus concharum, *Plin.* Pretioſus calculus in carne conchæ, *Iſid.* Ocellatum, *Varr.* Rubri maris grana pretioſiſſima, *Ulp.* Rubentis maris gratia candentia, *Hieron.* Bacca conchea, *Virg.*

Marinus]

Marinus] Maritimus, *Plin.* Pelagius, *Varr.* Pelagicus, *Col.* *Ceruleus* piſcis, *Iuv. Ioſ. Scal.* Permarinus, *Liv.* Æquoreus, *Virg.*

Marita] Nupta, *Ovid.* Matrona, *Cic. Hor.*

Maritus] Compar, *Plaut. Hor.* Vir, *Ter.* Conſors tori, *Ovid.* Conjux apertus, *Propert.*

Mars] Mavors. Mundi fel. Stella Martis, *Cic.*

Marſupium, vid. *Crumena.*

Martialis, vid. *Bellicoſus.*

Martyres] Qui non dubitarunt capite cavere, quæ repromiſit Dominus, vel interminatus eſt, *Bud.*

Martyrium] Fortiſſima pro Chriſto, ad necem uſque dimicatio. Glorioſiſſimâ Chriſti causâ cædes.

Mas] Maſculus, *Varr.* Maſcula proles, *Hor.* Vir. *Plin.* Sexus melior, *Stat.* Virilis proles, *Virg.* Virilis ſexûs puer, *Liv.* Homo, *pro maſculo*, *Plaut.* Beneficia fœminis hominibuſque portabant, *Arnob.* Maritus perdicis, *Plin.*

Maſtix] Maſtiche, *Plin.* Maſticum, *Pallad.*

Materialis] Corporeus. Corporatus. Conſtans ex materia. Factus è materia, *Cic.*

Matrimonialis] Conjugalis, *Sen.* Conjugialis, *Ovid.* Iugalis torus. Genialis, *Virg.* Maritalis, *Iuv.* Connubialis, *Stat.* Conjugulus, *Cat.*

Matrimonium, vid. *Conjugium.*

Matta; vid. *Storea.*

Matula] Matella, *Mart.* Matellio, *Iun. ex Varr.* Scaphium, *Iuven.* Laſanum, *Hor.*

Maturatè, vid. *Feſtinanter.*

Maturè, vid. *Tempeſtivè.*

Matureſcere] Maturari. Maturant arbores. Ematureſcere. Miteſcunt poma. Coquitur fructus. Percoquit ſol meſſem, *Plin.* Devenit ad maturitatem. Permatureſcit pomum. Percoquuntur uvæ, *Col.* Pervenit ad maturam frugem aliquid, *Quint.* Præcocem maturitatem trahere, *Col.* Spectat ad aream ſeges, *Sen.*

Maturitas] Pubertas uvæ, *Plin.* Aleſcendi cacumen, *Lucr.* Plenitudo, *Plin.*

Matu-

Digitized by Google

Maturus] Permaturæ uvæ, *Virg.* Percoctus, *Plin.*

Maxilla] Mandibula, *Macrob. Sip.* Mandibulum, *Scalig.*

Maximè] Cùm maximè, *Sen.* Vel maximè. Imprimis. Præcipuè. Maximopere. Maximo te orabant opere, *Cic.* Potiſſimùm, *Ter.* Máximùm, *Plaut.*

Maximus] Ulteriorem acceſſionem non recipiens, *Sen.* Giganteâ mole ſumus, *Ter.* Supremus, *Virg.* Ultimus, *Cic.* Vix jam ultrà, quò progrediatur habet, *Ovid.* Decimus. Decumanus, *Feſt.*

Meâ ſententiâ] Pro mea quidem ſententia. Ut ego quidem ſentio. Ut mea fert opinio. Meo quidem animo, meo judicio. Ut mihi quidem videtur. Nî fallor. Si quid judico. Meo quidem ſuffragio, calculo, *Er.*

Meatus] Spiramina naris, *Lucan.* Oſcula in cerebro animantis, quibus pituita deſtillat, *Plin.*

Mechanica] Mechanica ars, *Firm.* Illiberalis labor, *Cic.* Vid. *Opificium.*

Mechanicus] Homo operarius, *Cic.* Vid. *Opifex.*

Medela, vid. *Sanatio.*

Mederi] Mederi aliquas res. Medicari alicui, *Ter.* Medicinam facere, afferre, adhibere. Adhibere curationem alicui. Admovere curationem ad aliquem. Sanare vulnera, dolores. Adhibere remedium, *Cic.* Medicari ictum cuſpidis, *Virg.* Medicare oves, *Pall.* Curare ægros, *Plaut.* Sana faciet ulcera omnia, *Cat.* Ad ſanitatem perducere ulcus, *Celſ.*

Medianus] Centralis terra, *Plin.* Vid. *Medius.*

Medicamentum] Medicina, *Plaut.* Medicamen. Remedium, *Cic.* Medela, *Quint.* Pharmacum, *Caj.*

Medicatus] Præmedicatus, *Ovid.* Condimentarium genus cibi, *Plin.* Infucata vina. Fucatus nitor, *Cic.* Oliva conditanea, *Varr.* Conditus, *Col.*

Medicè vivere] Vivere miſerrimè.

Medicina] Ars medica, *Tibul.* Ars valetudinis, *Cic.* Ars medicinalis, *Celſ.*

Medicina experimentalis] Empirice, *Plin.* Ars muta, *Virg.*

Digitized by Google

Medicina catholica] Panacea. Panchreſtum medicamentum, *Cic.*

Medicinalis] Medicus uſus, *Ovid.* Remedialis vis, *Macrob.*

Medicus] Felices Medici, quorum ſucceſſus ſol videt, errores terra opprimit, *Plin.* Doctus medicinæ, *Id. Hor.* Antagoniſta mortis. Colluctator morborum. Cuſtos ſanitatis.

Medicus imperitus malum reddet pejus] Aceſias medicatus eſt, *Ariſtoph.*

Medicorum magna libertas] Solis Medicis licet impunè occidere.

Mediocris] Modicus, *Plin.* In mediocribus oratoribus habitus. Temperatus. Habet modum, *Cic.* Moderatus, *Ovid.* Commodus, *Celſ.* Juſta magnitudo dierum, *Suet.* Tempeſtivus, *Hor.* Stata forma, *Enn.* Neque peſſimus, neque optimus.

Mediocritas] Modus benignitatis, *Ter.* Modus in dicendo, *Cic.* Modulus, *Hor.* Menſura beneficii, *Plin.*

Mediocritas optima] Modus in re eſt optimus. Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines; quos ultra citraque nequit conſiſtere verum, *Hor.*

Mediocritatem tranſgredi] Ultra ſepta tranſilire.

Mediocriter] Moderatè, modicè. Intra modum. Modo aliquid facere, *Cic.* Mediè, *Apul.* Moderatis rationibus, *Lucr.* Indifferenter, *Suet.* Medioxumè, *Varr.* Temperanter haberi, *Tacit.* Temperatè tepet, *Cat.* Moderatim tribuere. Moderanter habere habenas, *Lucr.*

Meditari, meditatio, vid. *Cogitare,* &c.

Mediterraneum] Meditullium, *Feſt.*

Medium] Medius locus alicujus rei. Centrum ſolis. Meditullium. Medietas, *Cic.* Umbilicus diei, *Plaut.* Sinus urbis, *Saluſt.* Mediocritas inter nimium & parum.

Medium utrique tutiſſimum] Dimidium plus toto. Mediâ viâ quæſtionem dirimit. Medium tenuere beati. Medio tutiſſimus ibis. Mediam viam elige. Modus in re eſt optimus omni.

Medium

Medium ſectare] Tenuem cypreſſum delige.

Medium (2) via,] *Bono* literarum abſentes utemur, *Cic.* Beneficio ætatis, *Quint.* Vid. *Per.*

Medius] Intermedius. Interjectus inter duos. Interjectus aliis. Conſtans ætas, *quæ dicitur Media, Cic.* Medianus, *Vitruv.*

Medulla] Oſſa arboris. Cerebrum arboris. Vitalis anima, *Plin.*

Mejere] Aquam petere, *Petron.* Aquam ſumere, *Ovid.* Levare veſicam, *Spart.* Facere, reddere, edere, expellere urinam. Reddere humorem, *Plin.*

Mel] Nectar. Dulci diſtendunt nectare cellas, *Virg.*

Melancholia] Furor, *Cic.* Diſplicentia ſui. Otii ſui triſtis ac ægra patientia, *Sen.* Balneum diaboli.

Melancholicus] Ipſe ſuum cor edens, *Cic.* Agelaſtus, *Plin.* Atrâ bili percitus. Ipſus ſe comeſt, *Plaut.*

Melior] Meliuſculus. Penſior, *Plaut.* Satior, *Plin.* Potior mors ſervitute. Præſtantior, *Cic.* Bellior, *Varr.* Melius ſe habet, quàm, *Cic.* Melioris notæ.

Melius eſt] Satius eſt. Præſtat, *Cic.* Prævalet iſta non tacere, *Catul.* Pro meliore nobis fuit effugere, *Tac.* Meliuſculè eſt. Sapias magis, ſi, &c. *Plaut.*

Melius hoc illo] Mel eſt, cum illo comparatum.

Meliùs regredi, quàm malè progredi] Recurrere ſatiùs, quàm male currere.

Meliora præoptanda] Cum aquila eſſe queas, inter graculos primas ne opta.

Meliora pejoribus mutare] Aurea æreis permutare. Glauci cum Diomede permutatio.

Meliorem habere ſucceſſum] Aves meliores nanciſci. Effugi malum, inveni bonum.

Mellitus] Melleus, melligenus ſuccus, *Plin.* Mellillus, *Plaut.*

Melodia] Concentus. Concentio. Harmonia. Diſſimilium ſonorum, aut vocum concordia. Symphonia. Symphoniæ cantus, *Cic. Plin.* Conſonantia vocum. Concentu ſibi conveniens conſonantia, *Vitr.* Concordia diſcors vocum.

Digitized by Google

Modulamen avium, *Ovid*. Symphonia diſcors, *Hor*. Modulatum canticum. Modulatio, *Quint*. Modulamentum, *Gell*. Modulatus canorus, *Sen*. Concinentia, *Macrob*. Chroma. Conſonantia, *Boët*. Modi muſici, *Quint. & abſol*. Modi, *Cic*. Moduli, *Plin*.

Melon] Pepo, *Plin*. Melopepo, *Id. Matthiol*.

Membratim] Inciſim, Inciſè, articulatim dividere, *Cic*. Artuatim conciſum pecus, *Firm*.

Membrum] Pars corporis. Artus, *Cic*.

Memento] Memineris meminiſſe. Sine; Dixiſti in me, ſine, *Plaut*. Maneat altâ mente repôſtum, *Virg*. Me ſpecta modò. Sine modò, *Plaut*.

Meminiſſe] Memoriter meminiſſe. Memoria eſt. In mentem eſt mihi, &c. *Plaut*. Commeminiſſe aliquid. Tenere aliquid. Tenere memoria; *vel*, Teneri memoriâ alicujus rei. Retinere memoriam alicujus, *&*, memoriâ aliquid. Servare, conſervare memoriam. Cuſtodire, complecti memoriâ. Inſidet aliquid in memoria, hæret. Hæret rei memoria, *Cic*. Infixum eſt animo. Inſidet memoriæ, *Quint*. Memini probè, *Ter*.

Memorero] In mente inſculpam. Non ſolùm dum animâ ſpirabo meâ, ſed etiam eum mortuo, monimenta beneficii tui permanebunt. Nullum erit tempus, quo tui memoria moriatur. Id tabulis mandabo, ad memoriam poſteri temporis ſempiternam. Immortalitatis memoriâ proſequar. Quæ fortuna? quis caſus, tui memoriam poteſt delere? Quæ unquam vetuſtas obruet? aut quæ tanta tui memoriam delebit oblivio? Nulla obſcurabit oblivio, *Cic*. Adamante notabo, *Claud*.

Memorabile quid] Memoria dignus. Dignum cedro, *Cic*. Inſigne aliquid ad memoriam, *Liv*. Res ad memoriam crudelitatis inſignis, *Cicer*. Dignum memoratu aliquid, *Plin*. Memorandus, *Virg*. Memoratiſſimus ſcriptor, *Gell*.

Memorare] Commemorare; aliquid, & de. reducere in memoriam. Suggerere. Excitare aliquem ad memoriam alicujus rei. Revocare animos ad memoriam rei, *Cic*. Submonere alicujus. Redigere in memoriam alicui, *Ter*. Facere

cere mentionem. Inducere aliquem in memoriam rei, *Plaut.* Inculcare & ingerere, *Sen.* Subjicere, *Ter.* Renovare memoriam, *Quint.* Aurem vellere, *Virg.* Pervellere, *Sen.* Vid. *Mentionem facere.*

Memoria] Mens. Venit mihi in mentem. Memoriola, *Cic.* Rerum actarum retinentia, *Lucr.*

Memorialis liber, vid. *Adverſaria.*

Memoriter addiſcere, vid. *Ediſcere.*

Memoriter recitare] Ex memoria exponere. Reddere aliquid ſine ſcripto, *Cic.* Quæ cogitaverat, ad verbum in agendo retulit. Complectamur animo, quæ reddi fideliter poſſint, *Quint.* Meditatè tenere, *Plaut.*

Mendacium] Mendaciunculum. Mentitio. Vanitas orationis, *Cicer.* Vanitudo, *Plaut.* Cedat vanitas veritati, *Cic.*

Mendacium ſeipſum refellit] Mendacem oportet eſſe memorem. Mendacium aranea tela pellunt.

Mendacia non durant] Nullum mendacium veteraſcit. Parum virium habet falſitas.

Mendax] Expers veritatis, *Cicer.* Falſiloquus, falſidicus, mendaciloquus. Nullà fide es, *Plaut.* Inſolens veri, *Sen.* Ex ſe fingit veluti araneus. Vir omnibus inſtructus dolis. Vir ex meris mendaciis conflatus atque compoſitus. Cretenſi mendacior, *Er.*

Mendax eſt perjurus] Qui mentiri ſolet, pejerare conſuevit.

Mendicare] Precarium quæſtum facere. Cogere ſtipem. Precariò rogare. Alienâ miſericordiâ vivere, *Cic.* Colligere ſtipem, *Liv.*

Mendicus] Mendiculus, *Cic.* Mendicabulum circumforaneum, *Apul.* Ut rogator oſtiatim petam, *Plaut.* Egens, *Cic.* Qui manum ad ſtipem porrigit, *Sen.* Fortunæ decermina, in triviis ſtipem erogantia, *Lipſ. Col.* Ad manticam res illi rediit.

Mendoſus, vid. *Vitioſus.*

Mendum, vid. *Error.*

Mens] Animus, *Tac.* Mens animi vigilat, *Lucr.*

Mente alienari] Alienari ſenſibus. Diſcedere à ſe, à ſenſibus. Effluit mihi mens. Vis eum quædam à ſenſu mentis abſtraxit. Non conſtat mente, linguâ, oratione, *Cic.* Senſibus ereptis mens excidit, *Catul.* Labi mente, *Celſ.* Labi cerebro, *Plaut.* Exire de poteſtate, *Cicer.* Exire à ſe, *Petron.*

Mentis alienatio] Diminutio mentis, *Suet.* Stupor hominis, cordis, *Cic.*

Mentis compos] Compos animo. Sanus homo. Sanæ mentis homo. Mentis ſuæ eſt. Integer animi. Integrâ mente cæteriſque ſenſibus. Conſtat mente, *Cicer.* Conſtat auribus, oculis, *Liv.* Conſtat mens in aliquo. Compos ſui, *Celſ.* Integer mentis. Penes te es? *Hor.* Sanus ſim, ante inſaniam. Fac apud te ſis, *Ter.* Mentis ſanæ compos, *Ovid.*

Menſa eſcaria] Menſa, *abſ. Cic.* Cibilla, *Varr.* Guſtatorium. Sigma, *Mart.* Stibadium, *Plin. Sipont.*

Menſalis] Menſarius, *Liv.* Tricliniaris lectus. Eſcaria vaſa, *Plin.* Eſcale argentum, *Paul. Mod.* Pranſorium candelabrum, *Quint.*

Menſio, vid. *Dimenſio.*

Menſor] Geometres, *Cic.* Geodætes, *Bud.*

Menſtrua, pl.] Hæmorrhois, *Celſ.* Menſes. Profluvium fœminarum, *Plin.* Lunare virus, *Ovid.* Muliebria, *Hieron.*

Menſtruatus, a, ſ. a. v.] Hæmorrhoicus, *Firm.* Menſtruale animal mulier, *Plin.* Menſtruans mulier, *Pallad.*

Menſura] Modus agri, *Plaut.* Modulus calcei eſt pes, *Hor.* Spatium hominis à veſtigio ad verticem, *Plin.*

Menſurare] Metiri agrum. Dimetiri terram. Demetari. Permetiri. Admetiri, *Cic.* Commetiri agrum, menſuras agrorum inire, *Col.*

Menta] Mintha. Hedioſmos, *Plin.*

Mentagra] Mentigo, *Col.* Impetigo. Lichen. Fœdus cutis furfur. Impetix, *Plin.* Petigo, *Lucil.* Scabies eſt, tenui ſquammâ per corpus ſerpens, *Gorr.* Lichene laborare.

Mentionem alicujus rei facere] Mentionem facere de aliqua re, *Cic.* Inducere mentionem de aliquâ re. Inferre mentionem alicujus rei, *Liv.* Mentionem habere, *Quint.*

Memi-

Digitized by Google

Meminiſſe rei, *Id.* Memorare aliquid, de aliqua re. Refricare animum: memoriam pulcherrimi facti: aliquid dicendo, oratione. Incidere in mentionem alicujus. Renovare commemorando. Attingere nomen alicujus. Commemorare aliquid: de aliquâ re, *Cic.* Habere in ſermonibus aliquid, *Liv.* Redigere aliquid in memoriam, *Ter.*

Mentionem facere hominis alicujus ſingularis] Mentionem alicujus honorificam facere. Memoriæ alicujus operam dare. Memoriam alicujus cum charitate uſurpare. Nec tui mentionem intermitti ſinimus. Nos poſterorum ſermo colet, ac frequentabit. In aſſidua commemoratione eſt omnibus. Honoratorum virorum laudes memorentur. Colere abſentem memoriâ. Virtutem alicujus gratâ memoriâ proſequi, *Cic.* Mentionem alicujus cum ſummo honore proſequi, *Plin. Iun.* Colere ſermone, *Sen.*

Mentiri] Mendacium facere, *Quint.* Mendacium dicere, mendacio fallere, facere centones, mendaciis onerare aliquem, *Cic.* Mentiri alicui; in aliquem; adversùs aliquem, *Plaut.*

Mercatio. Mercator, vid. *Negotiatio,* &c.

Mercenarius] Mercenariorum omnium illiberales & ſordidi quæſtus, *Cic.* Ambactus, *Feſt.* Conductitiæ operæ, *Var.* Conductæ operæ, *Cic.* Lucellaris, Lucellarius ſervus, *Feſt.* Vid. *Conductus.*

Merces] Pretium. Præmium. Mercedula. Arbitria funeris. Remuneratio, *Cic.* Ultrotributum, *Sen.* Enavatæ operæ præmium, *Tac.*

De mercede convenire] Paciſci mercedem cum aliquo, *Cicer.* Statuere mercedem alicui. Statuere ſtipendium, *Liv.*

Mercurius] ☿. Mundi pulmo.

Merda. Merdare, vid. *Excrementum. Oletare.*

Merè, vid. *Sincere.*

Merenda] Antecœnium, *Apul.* Ante cœnam, *Iſid.*

Mereri] Promerere & ri, malum, *Plaut.* Emereri honores, *Propert.* Commereri æſtimationem, *Cic.* Meum meritum eſt. Quid commerui? *Terent.* Meritiſſimo ejus,

quæ volet, faciemus, *Plaut.* Committere pœnam, *Cic. Manut.*

Mereri benè de aliquo] Promereri benè de aliquo. Gratiam alicujus inire, quærere, colligere, aucupari. Facere omni ſtudio, ut. Amplecti officiis aliquem. Inire gratiam apud aliquem. Devincire ſibi aliquem officiis. Beneficium collocare, ponere, *Cic.* Bonam operam alicui dare. Benè mereri, erga aliquem, *Plaut.* Demereri beneficio aliquem, *Liv.* Facere alicui volentia, *Saluſt.* Vid. *Benefacere.*

Merentem benè, demereri convenit] Fricantem refrica.

Meretricè, vid. *Libidinosè.*

Meretricius] Meritorius puer. Amatorius ſermo. Inceſtum os, *Cic.* Fœmina propudioſa, *Plaut.* Vetitus amor, *Ovid.*

Meretrix] Lupa. Propudioſa fœmina. Proſtibulum, Proſtituta fœmina. Quæ corpus alit corpore, *Plaut.* Mulier vulgata omnibus. Quæ ſe omnibus pervulgat, *Cic.* Omnium virorum mulier, *Suet.* Propudium. Quæſtuoſa mulier. Proſeda, *Plaut.* Publicatâ pudicitiâ fœmina, *Tac.* Quæſtuaria mulier, *Sen.* Scortum, *Cic.* Scortillum, *Catul.* Meretricula, *Cic.* Monſtrum mulieris.

Meretrix formoſa] Thais.

Mergæ, vid. *Furca.*

Mergere] Immergere aliquid ponto, *Virg.* Mergere ſe in mari, *Cic.* In flumen, *Varr.* Merſitare, *Solin.* Merſare, *ex Col.*

Mergi] Merſari fluctibus, *Catul.* Hauſtæ mari naves, *Liv.* Submergi, *Cic.* Naufragus intereo, *Ovid.* Degravat meum unda caput. Implicat pedes, *Propert.*

Merges] Manipulus frumenti, *ex Serv. Virgil.*

Meridianus, de die] Meridialis hoſtia, *Feſt.* Vid. *Somnus pomeridianus.*

Meridianus, de plagâ mundi] In meridiano orbe præcipuam obtinet nobilitatem. Meridiana orbis pars. Auſtrinus flatus, *Col.* Auſtrinum cœlum. Notius, *Plin.* Auſtralis orbis. Antarcticus Polus, *Cic.* Ad meridiem ſpectans, *Cic.* Prona ad ſolem loca, *Varr.*

Meridiè] Meridianò, *Plin.* Per medium diem repertus eſt. Medio diei, *Tac.*

Meri-

Digitized by Google

Meridies] Dies medius. In medios dormire dies, *Hor.* Sol adultus; *Petron.* Umbilicus diei, *Plaut.*

Meridies (2) *Plaga meridionalis*] Media diei regio; *Lucr.* Medius dies. Stabula ad medium converſa diem, *Id.*

Meritò] Meritiſſimo Jure, jure & meritò. Non injuriâ. Juſtè, juſtiſſimè. Ritè poteſt appellari ſapientia. Legitimè, *Cic.* Nec injuriâ, *Liv.* Rectè, *Ter.*

Meritorius] Mercenarius teſtis. Vectigalis equus, *Cicer.* Conductitius, *Varr.*

Meritum] Meritiſſimum, *Plaut.* Promeritum, *Lucr.*

Meritus benè] Optimè de aliquo meritus. In beneficiis ad ærarium delatus, *Cic.* Beneficiarius, *Veget.*

Merſio] Demerſio, *Macrob.*

Merus, vid. *Purus putus.*

Merx] Res promercales, *Col. Gell.* Mercimonium, *Plaut.* Species, *Amm.*

Meſſis] Meſſio, *Varr.*

Meta] Meta ſpatii noviſſima, *Sen.* Metula, *Plin.* Calx. Flexus, *Cic.* Curſor. Cretam prior contingit, *Sen.* Mors ultima *linea* rerum, *Hor.*

Metam non attingere] A lineis excidere, *Er.*

Metam fœni facere] In metas fœnum exſtruere. Fœnum ſiccatum coarctare in ſtruem. In metas exſtruere, eaſque ipſas in anguſtiſſimos vertices exacuere. Exſtruere in acervum ſtramenta, *Col.*

Metallicus, ſubſt.] Scrutator auri, *Lucr.*

Metallum] Fluida terra, ſolidataque aqua. Viſcera terræ.

Meteora] Res ſuperæ, *Lucr.*

Meteora ignita] Flammantia oſtenta.

Metere] Facere meſſem. Supponere falcem maturis, *Col.* Demetere arva, *Catul.* Frumenta tempeſtivè deciſa ſunt. Secare Medicam, *Col.* Herbas, *Virg.* Succidere ſegetes, *Virg.* Deſecare ſegetem cum ſtramentis, *Liv.*

Methodus] Modus, Ratio, Via ad aliquid, *Cic.* Breve compendium aliquid inveniendi, diſcendi, tractandi, docendi. Habitus, *Keck.* Ordo, *Scal.*

Metropolis] Mater urbium, *Solin.*

Digitized by Google

Metuendus, vid. *Terribilis*.

Metuere] In metu eſſe. In metu aliquid ponere. Habere metum. Exanimari metu, *Cic.* Metum capere *Liv.* Pertmetuere, *Virg.* Tentari metu. Præmetuere, *Lucr.* Madere metu, *Plaut.*

Non metuo te] Antea putabam te habere cornua. Hoſtes ſemper tales ne inſequantur.

Metum pellere] Deponere timorem. Abſtergere, depellere, pellere metum. Abjicere timorem, *Cic.* Pellere animo timorem, *Plaut.* Colligere ſe ex timore, *Caſ.* Mittere timorem, *Virg.*

Metus, vid. *Timor*.

Meum eſt] Ad me attinet, pertinet. Attingit me. Refert meâ, noſtrâ, *Cic.*

Mica] Momentum reſinæ, *Plin.* Fragmina favorum, *Col.* Segmentum arenæ, *Plin.* Detrimentum, *Varr.*

Micare] Palpitat ignis, *Stat.* Vibrat mare. Perſtringit aliquid aciem oculorum, *Cic.* Nictantia fulgura flammæ, *Lucr.* Coruſcare, *Virg.* Vid. *Premicare*.

Migrare] Demigrare ex agris in urbem, *Liv.* Commigravit habitatum huc, *Plaut.* Commutare locum, *Lucr.* Mutare ſedem, ſolum. Mutari civitate. Transferre ſe in aliam domum Tranſire. Vertere ſolum, *Cic.* Mutare ſedem ex ſede, *Plin.* Tranſmigrare, *Suet.* Mutes te cum omni familiâ, *Varr.*

Migratio] Demigratio, *Æmil. Prob.* Mutatio loci, *Cic.*

Miles] Manus, *Virg.* Auctoratus ſpoliorum venator Homo de caſtris. Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur, *Lucan.* Mactatores hominum.

Miles pugnax] Mars, Marticola, Martis pullus, *Ovid.* Militiæ gnarus. Impiger, *Tac.* Martialis. Sub Martis ſtellâ natus, *Sipont.*

Miles emanens] Deſertor miles, *Caſ.* Emanſor, *Scal.* Infrequens miles, *Feſt.* Erro, *Virg.*

Militem conſcribere] Centuriare. Decuriare, *Cic.* Delectum militum inſtituere, *Caſ.* Cenſere. Cenſionem facere, *Plaut.* Delectum facere, *Quint.* Agere, habere, *Plin.* Conſcribere exercitum, *Caſ.*

Mili-

Digitized by Google

Militare] Mereri equo. Mereri in bello ſtipendia. Mereri, facere ſtipendia, *Cic.* Tolerare militiam & grave Martis onus, ſub aliquo Magiſtro, *Virg.* Militare militiam, militiâ, *Plaut.* Militiam colere. Præmia militiæ pulverulenta ſequi, *Ovid.* Navare operam militarem, *Liv.*

Militaris] Militarius, *Plaut.* Duellica proles, *Lucr.* Manipularius, *Suet.*

Militaris ſcientia] Res militaris. Rei militaris ſcientia, virtus. Res, Diſciplina, Virtus bellica, *Cic.* Militiæ diſciplina, *Id.* Ars duellica, *Plaut.* Armatura, *Veget.* Ars armaturæ. Armorum geſtus, *Amm.* Militia, *Tac.* Caſtrenſis ratio, *Cic.*

Militia] Labor militiæ, *Ovid.* Decora militiæ, *Liv.* Latrocinium, *Plaut.* Sacramentum, *Iuv.*

Milium] Miliaria herba, *Plin.*

Milliare] Milliarium, mille paſſuum, millia quadraginta abeſſe, (*ſcil. paſſuum*) *Cic.* Milliarenſe, ſeu milliarium ſpatium, *Vopiſc.* Milliarium aureum, *Suet.*

Millus] Millum, *Varr.* Collare canum, *Id.* Armilla, *Paſſer. ex Propert.* Armillati canes colla.

Milvus] Milvius, *Plaut. Ter.* Milvus, *Lamb.* Circanea avis, *Feſt.*

Mimus, vid. *Hiſtrio.*

Mina] Comminatio, minatio. Intentus palmarum, minæ, *Cic.* Eminatio, minaciæ, *Plaut.*

Minæ præcedunt pugnam] Imbrem tonitus antecedit.

Minaciter] Minanter, *Ovid.* Minitabundus petebat, *Liv.*

Nec tam minaciter] Bona verba quæſo, meliùs ominare. Dii meliora.

Minari] Jactare minas. Inſectari aliquem minis. Minitari alicui mortem, flammam. Ferro ignique patriæ minitari. Proponere alicui minas, periculum, *Cic.* Intendere minas alicui, *Ter.* Eminari. Interminari vitam alicui, *Plaut.* Præminari, *Apul.* Minas ſpirare. Intentare arma, *Liv.* Intentare & minari, *Cic.*

Minari extrema] Ignem ſpirare. Igni ferroque minari, *Cic.*

Minax] Minaciſſimus, *Suet.* Minatorius, *Amm.* Terriloquus, *Lucr.*

Digitized by Google

Minaces timidi] Canes timidi vehementiùs latrant.

Minerval] Didactrum magiſtro, *Cal. Rhod.*

Mingere] Micturire, *Priſcian.* Hunc perminxère calones, *Hor.* Reddere humorem, *Plin.* Vid. *Mejere.*

Miniaceus] Miniarius, *Plin.*

Miniatus] Minianus, *Varr.* Miniatula cera, *Cic.* Mineus circulus in collo, *Apul.* Minius, *Beroald.*

Minimè gentium, vid. *Nullatenus. Saltem.*

Minimum quid]Mica, *Catul.* Guttula argenti conſilii, *Plaut.*

Minimùm] Minimè probandum, *Cic.* Minimopere, *Priſcian.* Pauciſſima ſeptem ova, *Col.* Vid. *Saltem.*

Minimus] Pumiliâ mole. Parviſſimus, *Lucr.* Momentoſus, *Quint.*

Ex minimis maxima] Minutula pluvia imbrem parit.

Miniſter] Adminiſter. Miniſtrator. Adminiſtrator, *Cic.* Præminiſter, *Macrob.*

Miniſter publicus] Actor publicus, *Tac.* Accenſi Magiſtratuum, *apud Rom. Varr. Liv.* Officialis, *Apul.* Stator. Viator. Servus publicus. Ex cohorte Prætoris, *Cic.*

Miniſterium] Miniſtratio. Servile officium facere. Supremum officium, *Tac.* Obſequium, *Cic.*

Miniſtrare] Miniſtrum ſe præbere in. Miniſtratorem alicui exhibere. Operam alicui navare. Egregiam operam alicui dare. Officium præſtare, exſequi, *Cic.* Enavare operam, *Ter.* Operam alicui impendere. Optimè alicui operam locare, *Col.* Optimam alicui dare operam, *Plaut.* Obſequium præſtare alicui, *Plin. Iun.* Subire miniſterium, *Virg.* Adminiſtrare alicui, *Spart.* Præminiſtrare alicui, *Gell.* Obſequor tibi in hoc, *Bud.* Supremo officio in aliquem fungi, *Curt.*

Minor natu] Minor annis, *Vlp.* Minor annorum tot, *Var.*

Minor etiam nocere poteſt] Et meum telum cuſpidem habet acuminatum. Et mihi ſunt vires, & mea tela nocent. Ingenio pollet, cui vim natura negavit.

Minorum non eſt æſtimatio, niſi majora abſint] Lampyrides non ſunt conſpicuæ, niſi nocte.

A minori ad majus] Ab armis luſoriis, ad decretoria.

Ad

Digitized by Google

Ad minora inhabili, majora imponi non poſſunt] Capram portare non poſſum, & imponitis bovem.

Minuere aliquid] Diminuere numerum, *Cæſ.* Imminuere ſummam. Derogare aliquid de dignitate alicujus. Redigere ad paucos. Ad pauciores reducere. Subtrahere materiam, *Cic.* Demere aliquid de cibo, aut, ex cibo, *Celſ.* Extenuare famam, *Liv.* Attenuare curas, *Ovid.* Curtare rem, *Perſ.* Deintegrare aliquid, *Cæcil.*

Minuitur aliquid] Decedit de ſumma, opibus, *Liv.* Decreſcit dies, morbus, *Celſ.* Minuuntur curæ, *Ovid.* Experientibus quarta pars decocta erat, *Liv.* Quæ nata ſunt, ea omnino denaſci ajunt, *Non. Varr.* Vid. *Imminuitur.*

Minùs] Deliquum. Delicuum, *Feſt. Plaut.* Secius, *Apul.*

Minus promittere, plus dare] Præſtat lucem dare è fumo, quàm fumum è luce.

Minus qui non poteſt, nec majus poterit] Qui celocem regere nequit, onerariam petit?

Minùs neceſſarium] Minùs in uſu neceſſarium, *Cic.* Parergon, & Parergum, *Vitr.*

Minutal] Iſitium, vel Incium, *Macrob.* Inſicium, *Apul.* Tucetum, *Id. Perſ.* Protrimentum. Intritum, *Apul.*

Minutè] Minutiùs, minutatim. Inciſe. Inciſim, *Cic.* Minutim, minutiſſimè, *Col.* Cæſuratim, *Suet.* Conciſè, *Quint.* Aſſulatim, *Plaut.*

Minutio] Attenuatio ſuſpicionis. Extenuatio oratoria rerum. Deceſſio aliquarum rerum, de ſumma. Detractio moleſtiæ. Diminutio civium: de bonis privatorum. Imminutio corporis. Levatio vitiorum. Deductio pecuniæ, *Cic.*

Minutus] Tenuis pluvia, *Virg.* Conciſus. Perminutus, *Cic.* Vegrandes oves, *Varr.* Articuloſus, *Quint.* Incrementi parvi animalia, *Col.* Incrementi minuti piſces, *Pallad.* Minutulus, *Plaut.* Minutiſſimus, *Suet.*

Mirabilis] Mirus, mirificus, permirus. Admirabilis. Mirandus. Habet admirationem. Viſendus ornatus. Monſtroſus, *Cic.* Mirificiſſimus, *Ter.*

Mirabiliter] Mirè, mirificè. Admirabiliter. Mirum in modum, *Cic.* Miriùs, *Varr.* Mirum quantùm, *Liv.* Miris modis,

Digitized by Google

modis, *Plaut.* Nihil tam monſtroſum cogitari poteſt, *Id.* Monſtrosè, *Cic.* Inſanum! bonam, *Plaut.*

Miraculum] Prodigium. Portentum, oſtentum, *Cic.* Triportenta Deorum, *Varr.*

Miracula non in cujuſvis gratiam patrat Deus] Fluvius non ſemper fert ſecures.

Mirari] Mirari aliquid; mirari ſi; mirari quòd. Admirari aliquem; de aliquo; aliquid in aliquo. Satis admirari non queo. Admiratione affici. Inceſſit, cepit me admiratio. Suſpicere eloquentiam. Permirum mihi accidit, *Cic.* In admiratione eſſe. In admirandis, in admiratione ponere, *Plin.* Demirari, *Ter.* Emirari, *Hor.* Caput quaſſare. Oculis attonitis cernere. Intentis oculis contemplari. Oculis immobilibus contueri.

Miratio] Mirabilitas. Admirabilitas. Admiratio, *Cic.* Suſpectus ſui, *Sen.*

Mirator] Admirator antiquitatis, *Quint.* Miratrix vetuſtas ſui, *Lucan.* Mirabundi Pœni, *Liv.* Mirio, *Tertull.*

Miratus id ſum valdè] Id mihi me penè eripuit.

Mirè, vid. *Mirabiliter.*

Mirum!] Mirum quantùm! *Liv.* Immane! quantùm diſcrepat, *Hor.* Immenſum! quantùm memoria vigens, *Amm.* Mirum quin grex venalium in ciſtella infuerit una, *Plaut.* Habet, quod exclamet admiratio, *Arnob.*

Miſcere] Permiſcere aliquid cum aliquo. Admiſcere hæc cum illis nolo. Confundere, *Cic.* Remiſcere vera falſis, *Hor.* Futare vinum, *Feſt.* Emiſcere vinum, *Manil.* Interponere aquam vino, *Mart.* Interjicere ſagittarios inter equites, *Cæſ.* Commiſcere aliquid cum aliquo, *Cic.* Promiſcere, *Macrob.*

Miſer] Calamitoſus, miſerandus, miſerabilis, proſtratus, afflictus. In miſeria eſt. Nihil fieri potuit miſerius. Fortunâ egens. Ærumnoſus. Quem miſeriæ & ærumnæ omnes premunt. Miſellus, *Cic.* Coopertus miſeriis, *Saluſt.* Feſſi rerum, *Virg.* Miſerula anima, *Seren. Diom.* Omnium copiarum, atque opum, auxilii, præſidii viduitas nos tenet, nec ulla ſpecula eſt, quæ ſalutem afferat, *Plaut.* Acheruſia vita ſtultorum,

Digitized by Google

torum, *Lucr.* Genio malevolente natus, *Plaut.* Genio ad miſeriam natus. Natus ferendis miſeriis, *Ter.* Vid. *Afflictus.*

Miſerum ne irriſeris] Calamitoſo riſus etiam injuria eſt.

Miſerandus] Vel hoſti miſerandus, *Suid.* Miſerabilis caſus. Deploranda calamitas. Illacrymabilis, *Lev.* Ingemiſcenda clades, *Amm.* Hoſtis miſeraturus, ſi vidiſſet.

Miſera eſt vita] Homo à miſeria vitam auſpicatur.

Miſerè] Miſerabiliter, miſerandum in modum. Calamitosè. Indignè nunc eges, quondam felix, *Cic.* Miſeris modis, *Lucr.* Miſeriter, *Catul.*

Miſereri] Miſerari aliquem; ſortem alicujus. Affici alicujus caſu; moveri, commoveri miſericordiâ. Ex tuis incommodis magnam animi capio moleſtiam. Miſericordiâ adductus fecit. Frangi miſericordia. Allici ad miſericordiam, miſericordiam capere ætatis alicujus, miſericordiam alicui tribuere, impertiri, *Cic.* Miſeret me, miſereſcit me, commiſereſcit me alicujus, *Ter.* Commiſerari interitum alicujus, *Gell.* Dii nos reſpiciunt, *Ter. Cic.* Jupiter aſpice nos, *Virg.* Indolere malis alicujus, *Ovid.* *Vellem*, quæ velles, *Sen. Lipſ.*

Miſeri homines] Huc homunculi quanti eſtis! Horum aliquanti ſunt, dum recogito! Diis nos homines, quaſi pilas habent, *Plaut.* Ludus Deorum homo, *Plaut.* Hoccine ſeculum? O Jupiter, hanccine vitam! *Ter.*

Miſeria] Calamitas, *Cic.* Profundum calamitatis, *Apul.* Miſerrimorum labes, *Non.* Miſeritudo, *Accius.*

Miſeriâ premi] Infeſtâ fortunâ; inopiâ premi, *Varr. Col.* Te miſeriæ & ærumnæ premunt omnes. Tabeſcere in calamitate. Comminutæ ſunt opes ejus. Venit in calamitatem. Comminutus re familiari. Extenuatiſſimæ ſunt meæ copiolæ. Infracta res, *Cic.* In egeſtate eſſe propter inopiam. Degere vitam in egeſtate. Duriore fortuna conflictari. Multis & magnis incommodis conflictari. Egere rebus omnibus. In ſumma mendicitate eſſe, *Id.* Defectus, lapſus facultatibus, *Vlp.* Egetur acriter. Ab re perire, *Plaut.* Laſſæ res ejus, *Ovid.* Vid. *Pauperari.*

Miſeri-

Miſericordia] Ægritudo ex alterius miſeriâ. Miſeratio. Commiſeratio, *Cic.* Miſericordiæ motus, *Vlp.* Cordolium, *Plaud.*

Miſericors] Miſericors in aliquem. Qui miſericordiâ commovetur. Qui alienis miſeriis commovetur, *Cic.* Miſericordior, *Plaut.* Boni viri lacrymabiles. (*Facilè lacrymantur.*)

Miſerum!] Miſerabile! Navibus, infandum! amiſſis. Ah ſilice in nuda connixa reliquit, *Virg.* Indignum! *Ovid.* Rem miſeram!

Miſsio] Miſſus, *Caſ.*

Miſtim, vid. *Confusè.*

Miſtura] Permiſtio. Congeries variarum rerum. Silva rerum & verborum, *Cic.* Miſcellanea, *pl. Iuv.* Farrago libelli, *Id.* Colluvio rerum, *Liv.* Satura, *Feſt.* Commiſtum, *Cat.*

Miſtura rerum] Sunt bona mixta malis; ſunt mala miſta bonis. Mel nulli ſine felle datur.

Miſtus] Miſcellus, *Suet.* Miſcellaneus, *Apul.* Promiſcua connubia. Confuſaneus, *Gell.* Conſeminalis, &c, conſeminea vinea, *Col.*

Miteſcere, vid. *Manſueſieri.*

Mitigare, vid. *Placare.*

Mitis] Permitis, *Col.* Columbâ mitior. Vid. *Manſuetus.*

Mites vexantur] Mitiſſimus & afflictiſſimus Moſes.

Mittere] Miſſum facere, *Cic.* Mandare alicui ſalutem, *Ovid.* Legare famulum aliquò, *Catul.* Vid. *Dimittere. Ablegare. Omittere.*

Mobilis] Qui ſemper movetur, ut cœlum, *Cic.* Motorius, *Donat.* Ambulatorius, *Hort.* Ambulatilis, *Vitr.* Agitabilis ager, *Ovid.*

Mobilitas, mobiliter, vid. *Celeritas, &c.*

Moderamen] Gubernatio. Adminiſtratio rei familiaris. Tractatio vocis. Temperatio Reip. Rectio rerum. Gubernaculum. Clavus. Habenæ, *Cic.* Regimen, *Liv.* Magiſterium, *Col.* Ordinatio orientis, *Suet.*

Moderari] Moderare, *Saluſt.* Modum unicuique rei ſtatuere, conſtituere, definire. Sententiam tanquam aliquod navigium ex Reip. tempeſtate moderari, non eſt inconſtantis.

Digitized by Google

tis. Moderari alicui rei, & aliquid. Modum quendam & ordinem in vita adhibere. Facere modum lugendi. Dirigere utilitatem honeſtate. Exigere jus ad veritatem. Aures vocem modulantur. Omnia gubernes ac moderere tuâ prudentiâ. Temperare æqualiter aliquid, *Cic.* Imponere rei modum, *Liv.* Modificari, *Gell.* Præmoderari, *Id.* Ad mediocritatem aliquid revocare. Tenere mediocritatem, *Cic.* Adhibere temperamentum, *Plin.*

Moderatè] Moderatiſſimè. Intra modum. Finitè. Intra legem epulari, *Cic.*

Moderata omnia] Moderata durant. Modico frui, mera ſuavitas. Extra cachinum ſit riſus. Boni paſtoris eſt tondere pecus, & non deglubere. Nullum violentum diuturnum.

Moderatio] Temperatio vitii. Modus in perturbationibus. Modus lugendi. Tractio vocis, *Cic.* Temperamentum linguæ, *Liv.*

Moderator, vid. *Rector.*

Modeſtè] Moderatè dictum. Sedatè, temperatè, temperatiùs, moderatiùs. Tenere ſe *ſuis finibus*. Servare modum, tenere. Modicè facere, *Cic.* Compoſitè, *Col.* Compoſitius, *Tac.* Circumcisè, *Suet.*

Modeſtè age] Modulo te ac pede metire tuo. Intra pelliculam tuam te contine. Intra proprios limites conſiſte. Noris quàm ſit tibi curta ſupellex. Pedibus ingredere, ſi natare non didiciſti. Fluvius cum mari certat?

Modeſtia] Moderatio dicendi, in dicendo. Comitas in moribus. Urbanitas, *Cic.* Temperies morum, *Stat.*

Modeſtus] Modeſtiſſimus adoleſcens. Moderatus vir. Temperati mores. Permodeſtus homo. Sedatus animus, *Cic.* Verecunda tranſlatio, *Id.* Modicum gaudium, domiti oculi, *Plaut.*

Modicè] Perpaulùm declinare. Leviter ſaucius. Leviter inflexum. Perleviter commotus. Aliquantulùm deflectere. Paulùm differunt inter ſe, *Cic.* Permodicè, *Col.* Aliquantùm es timida, *Plaut.* Vid. *Mediocriter.*

Modicum, vid. *Exiguitas.*

Modicus, vid. *Parvus, modeſtus.*

Modò, vid. *Nunc. Tantùm.*

Digitized by Google

Modulari, i. e. modulatè canere] Incinere ore varios modos, *Propert.* Ad harmoniam, ſymphoniâ, modulatè canere, *Cic.* Canere in modum, *Catul.* Doctiſſimè & gratiſſimè cantillare, *Apul.* Perſonat vicinitas cantu vocum, *Cic.* Ædes pulſu nervorum & articulorum, flatilique ſonitu reſonant, *Amm.* In numerum ludere, *Virg.*

Modulatio] Modulatum canticum, *Quint.* Vid. *Melodia.*

Modus] Ratio dicendi. Via ad aliquid. Via litigandi. Latronum *ritus.* Conditio. Conſilium de toto *genere* belli. Genus vitæ. Mos, *Cic.* Tenor, *Liv.* Genus dicendi, *Quint.*

Mœcha. &c. vid. *Adulter, &c.*

Mœchari, vid. *Libidinari, Adulterare.*

Mœrere] In mœrore jacere. Mœrore ſe conficere; confici, affligi, urgeri. In mœſtitia eſſe. In luctu eſt ſenatus. Contrahere animum, *Cic.* Inceſſit mœſtitia animos, *Liv.* Confecta eſt ſenio; ſquallet tota civitas. Contrahi animo. Dolere. In dolore eſſe, *Cic.* In fermento eſſe, *Plaut.* Vid. *Triſtari.*

Mœror] Mœſtitia. Ægritudo eſt contractio animi, *Cic.* Senium, *Id.* Mœſtitudo, *Acci.* Contractiuncula animi, *Cic.*

Mœſtè] Mœſtiùs lacrymis Simonideis, *Catul.* Triſtiùs, *Cic.*

Mœſtus] Mœrens. Mœrore profligatus, perditus. Os in mœſtitiam flexum, *Cic.* Immodicus mœroris, *Tac.* V. *Triſtis.*

Mola] Machina frumentaria, *Vlp.* Ubi lapis lapidem terit, *Plaut.*

Mola alata] Mola pneumatica, *En.* Mola pinnata, *Philand.* Machina ſpiritalis.

Mola manuaria] Incuſus lapis, *Virg.* Mola truſatilis, *Gell.* Suſpenſa, *Col. Vlp.* Trapetum ſuſpenſum, *Id.* Trapes. Mola olearia, *Varr.*

Molere] Molâ aliquid frangere, terere, *Plin.* Molæ operam dare, *Cic.* Commolere, *Col.* Emolere. Frendere fruges, *Pacuv.* Permolere, *Hor.* Lapidem lapide terere, *Lucr.*

Moles, vid. *Magnitudo.*

Moleſtare aliquem] Moleſtiam alicui afferre, aſpergere, exhibere. Sum gravis alicui. Habeo aliquem acerbum, *Cic.* Urere aliquem, *Liv.* Facere ægrè alicui. Odioſus eſſe alicui

pergo,

Digitized by Google

pergo, *Ter.* Excruciare animi aliquem. Interere aliquem. Stimulus ego nunc ſum tibi, *Plaut.* Ducere ſerram, *Varr.*

Moleſtè, vid. *Importunè, &, Moleſtum mihi eſt.*

Moleſtia] Præmoleſtia. Aſperitas rerum. Acerbitas ſententiarum. Stridor ſerræ cùm acuitur. Stomachus, *Cic.* Cordolium, *Plaut.* Aſperitudo ſermonis, *Apul.* Dividia mentis, *Plaut. Lamb. Feſt.* Acerbum, *Ovid.* Hulcus, *Cicer.* Senium, *Titin.* Sartago loquendi, *Perſ.*

Moleſtum mihi eſt] Moleſtiam capio, traho ex. Moleſtiâ afficior ex hac re. Afficit me ex te ſolicitudo. Moleſtè, permoleſtè, atrociter ferre aliquid, *Cic.* Indigniſſimè ferre, *Iul. Cap.* Hæ res vitæ me ſaturant. Dividiæ eſt mihi illæc res. Hoc peraceſcit. Cerebrum mihi miſero excutiunt tua dicta. Lapides loqueris, *Plaut.* Quod me mactat, *Lamb.*

Moleſtus] Permoleſtus homo. Odioſus labor. Submoleſtus. Acerbus interitus. Importunus. Perodioſus, *Cic.* Amari ſales, *Quint.* Dividiæ magnæ res, *Plaut.* Importuniſſimus homo, *Cic.* Crambe recoctâ moleſtior, *Er.*

Moliri aliquid] Conceptare aliquid, *Amm.* Res magnas movere. Struere mendacium. Struere odium in aliquem. Verſare mentem ad omnem malitiam & fraudem, *Cicer.* Vid. *Machinari.*

Moliri occultè malum] Monſtrum alere. Struere aliquid, *Ter.* Verſare mentem ad malitiam, *Cic. ut ſupr.*

Molitor] Molendinarius, *Paul. IC.* Magiſter molarius, vel molæ, *ex Varr.*

Molleſcere] Lenteſcit cicer. Remolleſcit cera, *Cic.* Tenereſcere, *Plin.* Macereſcere. Flacceſcere, *Col.* Ponere, deponere duritiem.

Mollire] Emollire, *Plin.* Præmollire ſemina, *Quint.* Malaciſſare, *Plaut. Sen.* Commitigare caput alicui, *Ter.* Inflectere ſenſus alicujus, *Virg.*

Mollis] Præmollis. Lentus calamus, *Plin.* Lentus ut cera. Infimâ auriculâ mollior, *Cic.* Tener, prætener, *Virg. Plin.* Vitilis cucurbita, *Id.* Edurus, *Virg. Caſaub.* Cereus, *Hor.* Malacus, *Plaut.* Molliculus, *Id.* Mollicellus, *Catul.* Molliuſculus, *Plin. Iun.* Somno mollior, *Clem. Alex.*

Digitized by Google

Mollitia] Mollities. Teneritudo, *Plin.* Mollitudo, *Cic.* Teneritas, *Id.* Malacia lecti. *Plaut.* Lentor, *Col.*

Momentaneus, vid. *Brevis ratione durationis.*

Momento] Uno momento. Puncto temporis. Uno puncto, *Cic.* Tempore puncto. Parvo momine, *Lucr.* Momento fuſi, *Liv.* Momento horæ, *Hor.* Perlevi momento, *Cic.* Oculi ictu. Puncto temporis maximarum rerum momenta vertuntur. In ipſo articulo temporis.

Momentum] Momen, *Lucr.* Unum punctum temporis, *Cic.*

Momenti res magni] Permagni, maximi momenti. In hoc fortunæ Græciæ ſitæ ſunt, *Cic.* Grande operæ pretium eſt. *Juv.* Propter quod vadimonium deſeri poſſit, *Plin.* Mare & pelagus, (*pro re longè latéque diffusâ*) *Lucr.* Moles mali, *Id.* Mons aquæ, *Virg.*

Momus] Improbator, *Apul.* Carptor. Vitupero, *Gell.* Vitilitigator, *Plin.* Litigator, *Cato.* Obſtrigillator, *Varr.*

Monarcha] Orbis terræ princeps. Principum princeps. In cujus unius poteſtate ac moderatione vertuntur omnia. Cujus dominatu omnia tenentur. Ad unum omnia deferunt, *Cic.* Uni omnia tribuere, *Id.*

Monarchia] Dominatio, *Cic.*

Monarchia optimum regimen] Imperatorum multitudo Cariam perdidit.

Monaſterium, vid. *Clauſtrum.*

Monere, vid. *Adhortari.*

Monere ſeipſum] Balneator ero mihi ipſi.

Monere faciliùs eſt, quàm moneri] Facilè, cum valemus, recta conſilia ægrotis damus.

Moneta] Conciſum argentum in titulos facieſque minutas, *Juv.*

Monitio, vid. *Admonitio.*

Monitor, vid. *Adhortator.*

Monitorius] Hortatorius, *Bud.* Hortativus, *Quint.* Protrepticus ſermo, *Id.* *Auſon.*

Monoculus, vid. *Cocles.*

Mons] Jugum, *Tac.* Montium præcelſa juga.

Monſtrare aliquid alicui] Commonſtrare, *Cic.* Demonſtrare

Digitized by Google

re villam, *Plaut.* Prætermonſtrare, *Gell.* Oſtendere aliquid digitis, *Ovid.* Digitum, dextram ad aliquid intendere, *Cic.* Vid. *Oſtendere.*

Monſtratio, vid. *Oſtenſio.*

Monſtrator] Index regionum, *Amm.* Stylus horologii ſolaris, *Macrob.*

Monſtroſè] Prodigioſè, monſtrificè, *Plin.* Prodigialiter, *Hor.*

Monſtroſus] Portentoſus, *Cic.* Prodigioſus. Monſtrifer, Monſtrificus. Portentoſiſſimus, *Sen.* Prodigialis, *Claud.* Monſtrificabilis, *Non. Lucil.* Quovis monſtro monſtroſior, *Er.* Pro monſtro eſt, *Plaut.* Inter monſtra numerandus, *Petron.* Monſtri ſimile eſt, *Ter.* Pro monſtro accepit, *Val. M.* Monſtruoſus, *ut aliqui.*

Monſtrum] Hominum pecudumque portenta præter naturam. Portentoſa ex homine & pecude nata, *Cic.* Prodigioſus partus. Adulterium naturæ, *Plin.* Oſtentum. Contra naturam aliquid genitum, *Vlp.*

Montanus] Monticola, *Ovid.* Montivagus, *Lucr.* Montigena, *Sipont.* Petro, *Feſt.* Rupices, *Tertul.*

Montoſus] Montoſa regio, *Cic.* Montana, (ſcil. loca) *Liv.* Ardua, *pl. Virg.*

Monumentum] Monimentum virtutis, ſapientiæ, crudelitatis, &c. *Cic.* Memoria, *Tac.* Memoriæ, *Gell.* Memoraculum, *Apul.*

Mora] Exigui temporis uſura Intervallum temporis, *Cic.* Interjectus, *Tac.* Tractus temporis, *Paterc.* Morula, *Sipont.*

Mora in negotiis noxia] Diligentia profuit, mora ſemper obfuit. Nocuit ſemper differre paratis.

Moralitas] Ethologia. Ethopœia, *Quint.* Morum & affectuum effictio, *Robert.*

Moratus benè] Vir moribus domeſticis, ac noſtrorum hominum urbanitate limatus. Urbanus homo, *Cic.* Ingenuatus, *Plaut.* Moribus commodis, antiquis, *Er.*

Morbidus] Morboſus, *Cat.* Valetudinarius. Opportunus morbis. Opportunum corpus morbis, *Celſ.* Corpore affecto, *Liv.*

Morbus] Invaletudo. Ægra valetudo. Valetudo, *abſ. &*,

 Vale-

Digitized by Google

Valetudo incommoda, mala, infirma, valetudinis gravitas, vitium, *Cic.* Pertinax valetudo, *Plin. Iun.* Ingraveſcens, *Vlp.* Infenſa, *Tac.* Ægritudo corporis, *Plin.* Affectus, *Celſ.*

Morbo affici, vid. *Ægrotare.*

Morbo eodem laborare] In eodem valetudinario jacere.

Mordax] Ipſo Momo mordacior, *Er.*

Mordere] Arrodere morſu, *Sidon.* Laniare dentibus, *Liv.* Lacerare morſu, *Cic.* Petere, mandere morſu. Suſpenſis dentibus catulos tractat canis, *Lucr.* Morſicare, *Apul.* Admordere aliquem, *Propert.* Imprimere notam labris. Illidere dentem alicui rei, *Hor.* Figere dentem in aliquid, *Ovid.*

More fit] More. De more, *Virg.* Ex more, *Ovid.* Mos habetur, *Tac.* *Solet* ſcribi, *Cic.* Uſitatiſſimum eſt, *Vlp.* Pro more patrio. More hominum facit. Non inſolens iſtud facis. Pro vetere conſuetudine, ſolens meo more facere. Nihil præter ſolitum. Uſu publico receptum eſt, *Eraſ.* Hoc apud Scythas ſolenne eſt, *Suet.* Obtinuit conſuetudo. Uſus recepit. Vertit in morem. Vid. *Pro conſuetudine*, ſub *conſuetudo.*

Mores boni, vid. *Civilitas.*

Mores mali] Mores feri. Mores lapſi ad mollitiem, *Cic.* Ingeniū, *Id.* Suo ingenio vivere cœpit, *Liv.* Deſidentes mores, *Id.*

Mores non ſemper reſpondent natalibus] Vir, ut eſt optimis prognatus majoribus, ita peſſimis præditus moribus.

Mori] Mortem obire. Occumbere morti, mortem, morte. Obire diem ſuum. Demori. Emori. Emigrare è vita. Demigrare hinc : ex vita : ab hominibus. Migrare ex hac vita : de vitâ : in cœlum. Exire de vita. Excedere vitâ ; à vita ; de vitâ. Recedere, deſciſcere à vita. Cedere vitâ, è vita. Diſcedere à vita ; ex vita. Ad inferos proficiſci. Decedere. Vitam cum morte commutare. Conficere extremum diem morte. Conficere curſum vitæ Vinculis corporis ſe relaxare. E vinculis corporis, tanquam è carcere evolare. Occidere & exſtingui. Ponere vitam. Satisfacere naturæ. Reddere vitam pro Rep. Reddere ſpiritum patriæ. Naturam ſatietate vivendi explere. Potiri fatorum. Abire è vita. Profundere, edere animam, vitam. Edere, effundere extremum ſpiritum. Efflare animam ; extremum halitum, *Cic.* Abire è medio, *Ter.*

Obire,

Digitized by Google

Obire, occubare morte, *Suet*. Excedere è medio, *Ter*. Abire in communem locum. Anima abeſt. Vitam corpore ſeclu-dere. Animum amittere, *Plaut*. Concedere, &c, Concedere vitâ. Agere inter homines deſiit. Finire vitam. Mortalitatem; ſupremum diem explere, *Tac*. Concedere fato, *Plin. Iun*. naturæ, *Saluſt*. Placidâ compôſtus pace quieſcit, *Virg*. Ad plures penetrare, *Plaut*. Efflare vitam, *Sil*. Mortis adire iter, *Proper*. Calcare viam leti, mortis gradum, *Hor*. Ultimum ſpiritum reddere, *Paterc*. Exſpirare, *Liv*. Exſpirare animam, *Virg*. Digredi vitâ, mundo, *Amm*. Denaſci, *Varr*. Exuere animam, *Ovid*. Exuere ſe animo, *Sen*. Occidere morte æternâ, *Val. Arg*. Recedere ab oculis, *Plin*. Abſumi morte, *Tac*. Anima illum defecit. Animam edidit, amiſit reliquit, *Cic*. Facere finem vitæ, *Lucr*. Fato functus eſt. In fata conceſſit, *Liv*. Implere finem vitæ, *Tac*. Ad finem mortalitatis concedere, *Suet*. Curriculum animæ decurrere. Fabulæ extremum actum addere. Fungi diem Fungi fato &c. Perfungi fato, *Liv*.

Moribundus] Vicinus morti. Animam agit. Capularis eſt. Capulo adhæret, *Er*.

Moroſitas] Intolerantia morum, *Suet*. Ruſticitas, *Quint*. Rus merum, *Plaut*. Immodeſtia, *Id*. *Ruditas morum*.

Moroſus] Submoroſus. Difficilis, *Cic*. Intractabilis animus, *Sen*. Totus echinus, aſper. Ipsâ moroſitate moroſior, *Er*. Vid. *Rudis moribus*.

Mors] Mortes. Fatum. Exſtinctio. Exceſſus fatalis è vita. Diſſolutio. Obitus, *Cic*. Letum, *Lucr*. Ultimus fati dies, *Val. Max*. Exitus, ultima neceſſitas, ſuprema, *Tac*. Mortalitas, *Vlp*. Supremitas, *Amm*. Fatalis mora, *Petron*. Decretoria hora. Finis miſeriæ. Cineres, *Mart*.

Mors malorum finis] Mortui non dolens, mors moleſtiarum remedium.

Mortem præcedere] Folia cadunt, pòſt cadent arbores.

Mors ſemper exſpectanda] Omnem crede diem tibi diluxiſſe ſupremum, *Hor*.

Vſque ad mortem] Uſque ad rogos. Uſque ad extremum ſpiritum.

Mortales ſumus omnes] Commorandi non habitandi locus

 datur,

Digitized by Google

datur, *Sen.* Homines foliis ſimiles. Homines quoque moriuntur. Cui naſci contigit, mori reſtat. Fata manent omnes. Flos, cinis, omnis caro. Quis fluvius eſt, quem non recipiat mare? *Plaut.* Omnia orta occidunt, *Saluſt.* Mors ſceptra ligonibus æquat, *Hor.* Æquat omnes cinis. Impares naſcimur, pares morimur, *Sen.* Naſcentes morimur, finiſq; ab origine pendet, *Manil.* Mors etiam ſaxis, marmoribuſq; venit, *Auſon.* Omnium verſatur urna. Mors eſt indeclinabile nomen. Leti via calcanda ſemel. Tros Rutuluſve fuat, nullo diſcrimine.

Mortalis] Animal mortale, diſſolubile, dividuum. Caducum corpus, *Cic.* Commortalis natura, *Col.* Capularis ſenex, *Lucil.* Occiduus, *Ovid.*

Mortuis maledicere] Mortuos rurſus occidere. Flagellare mortuum. Cum larvis luctari. Mortuo leoni inſultare.

Mortuus] Morte abſumptus, *Tac.* Demortuus. Morte deletus. Funus, *Cic.* Intermortuus, *Suet.* Perfunctus fato, *Liv.* Exſors vitæ. Exanimis. Cinis, *Virg.* Exanimatus, *Liv.* Conclamata corpora, *Lucan.* Poſitus. Ereptus, *Ovid.* Abſentes. Plures, *Plaut.*

Mortuus eſt] Fuit. Vixit, *Plaut.* Caret vita Catone, *Lucan.* (i. e. mortuus eſt Cato.)

Mos] Mos eſt hominum, ut nolint eundem in pluribus excellere. Quæ eſt tua natura, *Cic.* Ingenium ſoli, *Plin.* Mores equi, *Col.* Vid. *Conſuetudo.*

Motus] Actio & agitatio mentis. Motio animi, *Cic.* Agitatus ſpontaneus, *Macrob.* Diverſo numine ad locum quæque ſuum tendunt, *Lucr.* Vegetatio ambulationis, *Apul.*

Motus (2) *quo movent*] Alieno pulſu, impulſu moveri, *Cic.* Motio alicujus ab ordine, *Ulp.* Paulo momento huc illuc impellitur, *Ter.* Momine parvo poſſunt impulſa moveri, *Lucr.* Numine capitis quatientes criſtas, *Ovid.*

Motus fit ſucceſſivè] Primo quoque die nemo fit doctus.

Movere] Motare latus, *Ovid.* Commovere alas, *Virg.* Dimovere de loco. Ciere, agitare motibus, *Cic.*

Mox, vid. *Statim.*

Muccinium] Sudarium, *Catul.* Strophiolum, *Er.* Orarium, *Vopiſ. Lucil.* Sudariolum, *Apul.* Linteolum, *Plaut. Col.* Panniculus, *Celſ.*

Mucco-

Digitized by Google

Muccoſus] Muculentus, *Arnob.* Blennus, *Plaut.* Muccidus, *vel,* Mucidus, *Plaut.* Qui ſæpe, *vel,* nimiùm emungitur, *Iuv.*

Muccus] Pituita naſi, *Catul.* Craſſior pituita, *Gorr.*

Muceſcere] Mucere, *Cat.* Mucorem ſitu contrahere, *Col.* Caneſcunt ſitu tecta, *Ovid.* Situm ducere, *Quint.* Situ corrumpi, *Plaut.* Situm trahere, *Plin.*

Mucidus] Carioſus, *Mart.* Nemo illâ vivit carie carioſior, *Afran.* Emucida vitis, *Plin.* Mucorum contraxit ſitu, *Col.*

Mucor] Caries vini, *Plin.* Situs croci, *Id.* Situs araneoſus, *Catul.*

Mucro, vid. *Acies.*

Mucronatus, vid. *Cuſpidatus.*

Mugire] Mugilant onagri, *Auth. Philom.* Remugit vacca, Admugit, *Ovid.* Immugire. Fremit leo, *Virg.* Boat, boit, *&*, bovat bos, *Varr.* Demugitæ paludes, *Ovid.* (*à demugio*) Reboare, *Virg.*

Mulcere] Demulcere caput, *Ter.* Permulcere manu aliquem. Palpare, *Ovid.* Subblandiri, *Lucil.* Pertractare mullulos, *Cic.* Plaudere equum, *Stat.*

Mulcta, vid. *Multa.*

Mulgere] Preſſare ubera. Immulgere lac mulctræ, *Virg.* Emulgere, *Col.*

Mulier] Puella experta virum, *Hor.* Muliercula, *Cic.*

Mulier mala] Excetra. Mala merx tu es. Mulier es, *Plaut.* Monſtrum mulieris. Mulier plus quàm peſſima, *&*, Peſſimâ pejor, *Er.* Erinnys, *Virg.*

Mulſum] Aqua mulſa. Hydromeli, *Plin.*

Multa] Mulcta. Irrogatio multæ, *Cic.* Condemnatio pecuniaria, *Vlp.* Æſtimata pœna, *Feſt.* Cenſio, *Id.* Æra, *plur. Plaut.* Accipere ab aliquo pecudem æraque. Depenſum, *Paul. IC.*

Multare] Multare aliquem penſione. Multam alicui dicere, irrogare, *Cic.* *Cenſionem faciebat* cenſor, cùm multam equitibus irrogabat, *Feſt.*

Multi] Pars magna, bona, multa, maxima, *Hor.* Complures. Permulti. Frequentiſſimi. Vis militum: magna vis auri, *Cic.* Numeroſi, *Plin.* Quàm plures mali. Magna res argenti. Decem animi in pectore certant, *Plaut.* Immodicæ imagines,

Digitized by Google

nes, *Mart.* Crebri lapides è cœlo cecidêre, *Liv.* Centum, *Hor.* Mille colores iridis, *Virg.* Trecenti. Sexcentæ cauſæ. Quingentos coquos, *i. multos, Plaut.* Numerus, magnum numerum frumenti advexit, *Cic.* Decies centena, *Hor.* Catena negotiorum, Catenati labores. Colluvio ciborum. Cumulos meritorum.

Multifariam, vid. *Variè.*

Multiplex] Multijugis. Multiformis, *Cic.* Multijugus, *Apul.* Multimodus, *Lucr.* Multifarius, *Gell.* Multigenus, *Lucr.* Multigenæ figuræ, *Plin.* Multigeneris, *Robert. Step.* Sed multigener, *poteſt etiam dici, ut*; *Degener, Congener.*

Multiplicare] Propagare genus. Proſeminatæ ſunt familiæ, *Cic.* Ad maximum numerum perducere aliquid. Multiplicare ſummas inter ſe, *vel*, in ſe, *Col.* Auctare, *Lucr.*

Multiplicatio] Incrementum populi, *Ovid.* Propagatio rerumpubl. *Cic.*

Multiplicativi numeri] Bis bina, ſunt quatuor, &c. Tabula Cebetis. Menſa Pythagoræ.

Multitudo] Vis magna. Numerus magnus. Frequentia magna. Turba voluminum. Manus conjuratorum. Magnitudo fructuum, *Cic.* Nubes equitum peditumve, *Lucr.* Numeroſitas innumerabilis, *Macr.* Exercitus corvorum. Nimbus peditum, *Virg.* Magnum pondus artificum, *Varr.*

Multò] Multis partibus plures. Longè longeque plurimùm. Permultò clariora. Nimiò multò, *Plaut.* Multò tantò nequior, *Lucr.* Multis rebus melior, *Id.* Impendiò loquacior, *Gell.* Infinitò præſtat cæteris, *Plin.*

Multoties, vid. *Sæpe.*

Multùm] Plurimùm jucunditatis. Moles moleſtiarum. Magnum, grave pondus auri, &c. *Cic.* Quàm *plurimam* braſſicam edere, *Cat.* Maria & montes polliceri, *Saluſt.* Montes auri, *Ter.* Aquarum, *Ovid.* Saltus mali, *Plaut.* vid. *Seqq.*

Multùm bonorum] Bonorum acervus, glomi.

Multùm malorum] Theſaurus mali. Montes mali, *Plaut.* Ilias, Mare, Lerna malorum. Lernea hydra. In apes irruiſti. Pyxis Pandoræ. Panegyris miſeriarum.

Multùm augere] Cumulis augere. Cumulare officiis, &c.

Multa

Multa convicia] Naves onuſtæ conviciis.

Multus] Multus ſermo. Frequens ſenatus, *Cic*. Plurimus labor. Tergeminus honor. Solutus riſus, *Hor*. Impenſiſſimæ preces, *Suet*. Major quàm pro numero hominum editur pugna, *Liv*. Numeroſa cohors, *Plin*. Impenſa libido, *Lucr*. Vid. *Longus*. *Magnus*.

Mundanus] Coſmicus, *Mart*.

Mundare, vid. *Purgare*.

Mundè, vid. *Eleganter*.

Mundus, a, um, vid. *Purus*. *Elegans*.

Mundus] Orbis terrarum. Univerſitas rerum. Univerſitatis corpus. Univerſa natura. Univerſum, *Cic*. Orbis, *Virg*. Omne, *Lucr*. Æterna ratio *Toti* indita, *Sen*. Summa. Summa totius; immenſi; rerum; ſummarum, *Lucr*. Amphitheatrum ſpectaculis refertiſſimum. Domus omni ſupellectile inſtructa. Vanitatis ſpeculum. Satanæ caupona.

Mundus opinione regitur] Opinio plus valet, quàm res ipſa.

A mundo condito] Poſt homines natos. Poſt hominum memoriam. Ab omni æternitate vixit animus, *Cic*. Ab orbe condito. A primordio ſui, *Tac*.

Mungere nares] Emungere ſe, *ad Her*. Emungere nares, *ex Hor*. Emungeris, *ab emungor*, *Iuv*.

Municeps] Municipalis homo, *Vlp*. Tribulis, *Cic*. Popularis, *Ter*.

Munificus, vid. *Liberalis*.

Munire] Circummunire aliquid macerie. Emunire arborem cavea, *Col*. Præmunire locum aliquem, *Tacit*. Præmunire & effulcire. Sepimento vallare. Mirificis molibus munire aditus, *Cic*. Circumfirmare vineam. Præſepire aditus trabibus, *Caſ*. Tutari fundum, *Varr*. Circumſtruere undique lapidibus, *Plin*. Circumdare muros igni, *Virg*.

Munitio] Munimen, *Virg*. Munimentum, *Tac*. Tutamentum, *Liv*.

Munitus] Permunita caſtra. Emunitus in modum arcis, *Liv*. Arx munitiſſima. Urbs muris *armata*, *Cic*.

Munus] Donatum aliquid. Munuſculum, *Cic*. Dono aliquid datum, *Plaut*. Pugnus aureus. Xeniolum, *Vlp*. Vid. *Donum*.

Munus

Munus, (2) vid. *Officium.*

Murarius faber] Structor, *Cic.* Officinator, *Vitr.* Faber cæmentarius, *Sipont.* Machiones, vid. Machinones, *Lipſ. ex Iſid.*

Muratus] Mœnitus divinâ manu, *Plaut.* Saxo ſtructus. Lateritio opere ſtructus, *Col.*

Murmur, vid. *Strepitus, & ſeqq. hic.*

Murmurare propr. ut aqua, &c.] Fremunt venti. Obmurmurat ventus meis precibus. Obſtrepitur locus aquis, *Ovid.* Inſuſurrat favonius. Perfremere, *Cic.* Obſtrepente pluviâ, nihil ſensêre, *Liv.* Immurmurat auſter, *Virg.* Remurmurat pinus, *Stat.* Sonant alicui aures, *Celſ.*

Murmurare tranſl.] Fremit provincia. Commurmurare ſecum, *Cic.* Gannire alicui in aurem. Cornicare ſecum quid grave clauſo murmure, *Perſ.* Contractis rugatis naribus, concava verba trutinantur, *Hieron.* Videas illum barbato roſtro commentari, & unum quodque verbum ſtaterâ aurariâ pendere, *Varr.* Immurmurare aliquid ſub linguâ, *Perſ.* Commurmurant inter ſe, *Plin.* Murmurillare. Ut ſceleſta ſola ſecum commurmurat, *Plaut.* Obmurmurare, *Ovid.* In occulto muſſare, *Enn.* Muſſitare, *Plaut.* Reſponſare, *Id.*

Murmuratio] Murmur tacitum, *Ovid.* Secretum, *Iuv.* Murmuratio querula, *Plaut.* Muſſitatio, *Apul.* Vid. *Strepitus.*

Murus] Mœri (orum, unde pomœrium) *Serv.* Mœnia, *Cic.* Structa ſaxorum, *Lucret.* Opus factum ſtructurâ cæmentitiâ, &, ſtructura, *abſol. Vitr.*

Muros exſtruere] Ædificare muros. Mœnia conſtituere, ponere. Ducere muros, *Ovid.* Struere templa ſaxo. Cingere muro, *Virg.*

Muſca] Muſcula, *Arnob.* (*Deriv.* Muſcinus, *Sipont. ex Plauto.*)

Muſcoſus] Lanuginoſus, *Plin.* Lanatæ vites, *Col.* Pubens herba, *Virg.*

Muſculoſus] Pulpoſis torulis obeſa terga, *Apul.* Muſculorum toris numeroſum pectus, *Col.*

Muſculus] Lacertus, *Gor.* Torulus, *Apul.*

Muſcus] Lanugo, *Plin.* Herbeæ nationis initiamentum.

Muſeum] Penetrale, *Virg.* Conclave, *Ter.*

Digitized by Google

Muſica] Muſica ars, *Ter.* Muſica, *pl. Cic.*

Muſicus] Symphoniacus, *Cic.* Hymnologus, *Firm.* Hymnifer, *Ovid.* Muſurgus, *Iun.*

Muſicus excellens] Amphion. Luſcinia Muſarum.

Muſſare] Mutitare. Ne hiſcere quidem, *vel*, mutire audeo, *Plaut.* Mittere vocem, *Cic.* Emittere, *Liv.* Facere mu. Ne mu quidem facere auderet, *Lucil.* In occulto muſſabant, *En.*

Muſtum] Vinum novitium, *Plin.*

Mutabilis] Varians cœlum. Commutabilis, *Cic.* Verſabilis motus fortunæ, *Amm.* Vertumnus, *Paſſerat.* Proteo mutabilior. Chamæleontem imitatur. Vid. *Inconſtans.*

Mutabilia omnia] Omnium rerum viciſſitudo eſt.

Mutabilitas] Volubilitas fortunæ, *Cic.* Volumen ſortis humanæ, *Plin.*

Mutare] Immutare, commutare vultum. Novare aliquid, *Cic.* Remutare formam orationis, *Tac.* Alterare faciem, *Ovid.* Tranſmutare, *Lucr.* Variare vocem, *Cic.* Alium facere, *Plaut.* Omnia migrat & commutat natura, *Lucr.* Transfigurare, *Plin.*

Mutare factum] Reducere calculum. Decedere, deſiſtere de ſententiâ. Retrahere ſe, *Cic.* Calculum à linea movere. Vertere ſtylum, *Hor.* Revocare promiſſum, *Sen.* Demutare animum, *Plaut.*

Mutare ſtatum] De toga ad pallium, &c. Acus Aciaſque reliquere.

Mutandum eſt factum] Ad metamorphoſin Ovidii res revocanda.

Non eſt ſtatim mutandum propoſitum] Etiam poſt malam meſſem metendum.

Mutantur res in melius] Flebile principium, melior fortuna ſecuta.

Mutari in deterius] Leonem priùs, nunc leporem agit.

Mutatio] Permutatio rerum. Immutatio ordinis. Commutatio ſtudiorum, vitæ, *Cic.* Tranſmutatio, *Lucr.* Inclinatio, *Liv.* Cataſtrophe fabulæ, *Donat.*

Mutatio crebra inutilis] Lapis ſæpe volutus non obducitur muſco.

Muta-

Digitized by Google

Mutatus] Quantùm mutatus ab illo, *Virg.* Non cognoſcas eandem eſſe, *Ter.* Alium eſſe exiſtimes. Amiſimus non modò ſuccum & ſanguinem, ſed colorem etiam, & ſpeciem priſtinam, *Cic.*

Mutilare aliquem] Emancare aliquem. Depravare hominem, *Sen.* Obtruncare aliquem, *Cic.* Admutilare aliquem, *Plaut.* Detruncare corpora, *Liv.* Circumſcindere, *Id.* Deſecare aures, *Caſ.*

Mutilatus] Mutilus homo, *Hor.* Mancus, *Cic.* Depravatus corpore, *Cic.* Truncus, *Virg.* Lacer, *Lucr.* Truncatus, *Plin. Iun.* Semiputatus, *Virg.*

Mutuare] Dare mutuam pecuniam. Nomina facere. Commodare triticum, *Cic.* Mutuò appendere muræñas, *Plin.* Credere aurum fidei alterius. Credere mutuitanti. Facere copiam argenti. Credere, *Abſ.* Nunquam magis nomina facio, quàm cum dono, *Sen.*

Mutuari] Mutuum ſumere, petere, rogare, *Plaut.* Sumere mutuas pecunias, *Cic.* Mutuitare, *ex Plaut.*

Mutuatitius] Argentum mutuum, *Plin.* Mutuatica pecunia, *Robert.* Uſurarius, *Plaut.* Æra uſuraria.

Mutuatus] Mutuò ſumptus, *Plaut.*

Mutuò] Mutuè, *Cic.* Mutuà, *Lucr.* Mutuùm, *Lucil.* Mutuiter, *Varr.* Invicem, *Plin. Iun.*

Mutuò (2) *i. e. invicem*] Cognoſcunt ſe invicem, *Plin.* Viciſſim. Ultro citroque data beneficia, & accepta. Communiter aliquorum, *Cic.* Mutuò deperiebat illam, *Plaut.* Conſociatim, *Am.* In commune jacebant munera naturæ promiſcuè utenda, *Sen.*

Mutus] Infans, *Hor.* Brutus & elinguis, *Pacuv.* Magis mutus, quam piſcis. (Infantia, *Henric. Steph.* Oris vinculum, nodus, *Gell. Sunt Abſtracta, quaſi* mutitas *dicas, ſi imiteris Ciceronem, qui dixit* ſurditas.)

Mutuus] Vicaria opera, ſervitus, mors, *Quint.* Mutuum officium, *Cic.* Vid. *Communio.*

Myops, vid. *Luſcioſus.*

Myſterium, vid. *Arcanum.*

Nablium]

Digitized by Google

N.

NAblium] Pſalterium, *Virg.* Magadis, *Iul. Caſ.* Sambuca, *Lorin. ex Euphorion. & Suid.* Naulium, *Ovid.* Nablium, *in SS.*

Ne, vid. *Certè.*

Nænia, vid. *Epicedium.*

Nævus] Nævus eſt corporis macula, *Cic.* Nævulus, *Gell.* Inſigne naturæ, *Plin.* Genitiva nota, *Suet.* Notaculum. Notaculo corporis dignoſcimus, *Minut. Felix.*

Nam] Quia; quoniam; etenim; namque; enim; quippe, *Cic.*

Nanciſci, vid. *Acquirere.*

Nanus] Pumilio, *Plin.* Pumilo, *Stat.* Pumilus, *Id.* Pomilo, Pomilus, *Sipont.* Salaputium, *vel*, Salicippium, *Catul. Sen.*

Naphta] Oleum vivum, *Turneb. ex Grat.* Oleum incendiarium. Oleum medicum, *Solin.*

Napus] Bunias, *adis. Plin. Col.*

Nardus, herba] Nardus celtica. Nardi ſpica, *Matthiol.* Ozænitis, *Plin.* Comagene. Folium, *ſimpl. Id.*

Nardus, oleum ex illa] Nardinum oleum. Malobathrum, *Al.* Malabathrum, *Plin. Hor.* Nardum, *Tibul.*

Nares] Spiritûs, *vel*, mucoris vehicula. Cloaca cerebri.

Narrare] Referre alicui aliquid. Recenſere. Exponère rem geſtam; narrationem; quemadmodum res geſta ſit. Exſequi verbis. Edam quid geſſerim. Renunciare. Proſequi omnia. Reddere. Dicere paucis. Oratione perſequi, *Cic.* Exponere rem verbis, *Lucr.* Eloqui. Edocere ut ſe res habent. Dicere bonâ fide, *Plaut.* Expedire cauſam adventûs, *Liv.* Tradere, *Plin.* Ferre, *Tac.* Apportare. Prænarrare, *Ter.* Vid. *Enarrare.*

Narratur, vid. *Aiunt.*

Narratio] Rerum geſtarum, vel ut geſtarum expoſitio, *Quint.* Relatio, *Iuſtin.* Relatus, *Tac.* Narratus, *Ovid.*

Narrator] Pronunciator rerum geſtarum. Certis *auctoribus* comperi. Relator. Caput: ſine capite, ſine auctore, &c. audivimus, *Cic.*

Naſci] Suſcipi in lucem, & hoc cœleſti ſpiritu augeri, *Cic.* Provenire. Suboriri, *Plin.* Generaſcere. Procreſcere, *Lucr.* Gigni, *Macrob.*

Naſo]

Digitized by Google

Naſo] Naſutus, *Hor.* Naſatus, *Cal. Rhod.* Naſica, *Arnob.*

Natalis] Meus eſt natalis. Natalitius, *Cic.* Primigenius dies. Tempus genitale, *Lucr.* Genitalis hora, *Plin.* Genethliacus.

Natalitia Chriſti] Nato Chriſto celebris dies.

Natalitia celebrare] Dare natalitia, *Cic.* Celebrare natalem ſuum, *Hor.* Concelebrare natalem, *Plin.*

Natare] Nare. Natatu ferri. Prænatare, *Plin.* Natatu aliquid tranſgredi. Vid. *Innatare.*

Natator] Fluctivagi nautæ, *Stat.*

Natio] Gentes & nationes exteræ, *Cic.* Quod genus hoc hominum? *Virg.* Gentilitas, *Amm.*

Nativitas] Naſcentia, *Vitr.* Gignentia, *Apul.* Progeneratio. Genitura. Origo, *Plin.* Satus, *Cic.* Editio, *Vlp.*

Nativus, vid. *Naturalis*, & *Sponte naſcens.*

Natura] Rerum mater. Artifex mundi, *Cic.* Rerum parens, *Plin.* Naturalis poteſtas, *Amm.* Conſervatrix ſui.

Natura non mutatur] Lupus, vulpes, pilum mutant, non mentem. Maculas non deponit pardus. Æthiops non albeſcit. Naturam expellas furcâ, tamen uſque recurrit.

Natura cujuſque] Ingenium ſoli, *Plin.* Indoles, *Quint.* Mos cœli, *Virg.* Genius, *Feſt.*

Naturâ adverſante nihil ſuccedit] Reluctante natura irritus eſt labor, *Cic.* Tu nihil invita dices, facieſve Minervâ. Invitâ Deliâ venari vanum.

Natura ſolers] Apis nulla, niſi artifex, naſcitur, *Quint.* Aranei ſtatim ac nati ſunt, fila mittunt.

A natura] E natura eſt aliquid. Naturæ inſitum. Habitu naturæ, *Cic.* Ab ingenio eſt improbus, *Plaut.*

A natura hoc habemus] Ita eſt anticipatum & informatum mentibus noſtris. *Natura* informationem Deorum *inſculpſit* mentibus noſtris. Inſitum à natura. Innaſcitur (*homini*) cupiditas principatus. Naturâ inſitum eſt. Naturaliter homini inſitum eſt. Accommodatum ad naturam eſt, *Cic.* Ita naturâ comparatum eſt, *Liv.* Id natura nobis indidit. Id cunctis attribuit natura. Multa vitia nobis recepta

cepta conſuetudo conciliat, nonnulla *natura ingenerat*. Omnibus innatum. Id vitii tibi naturâ adjunctum eſt, *Er.*

Naturalis] Nativus color. Congenita vaſtitas, *Plin.* Non ſcripta, ſed nata lex. Inſita animis cognitio. Ingenerata ei frugalitas. Innata probitas, *Cic.* Natalis & ingenita ſterilitas, *Col.* Genuinus honor, *Gell.* Genitalis, *Col.* Generoſum honeſtum, *Perſ. Lactant.*

Naturaliter] Naturâ tu illi pater es, *Ter.* Phyſicè. Habitu naturæ, *Cic.* Per naturam, *Gell.* Genuino more, *Amm.*

Natus, vid. *Filius. Prognatus.*

Navarchus, inter Nautas] Dominus navis. Nauclerus. Navicularius. Naviculator, *Cic.* Magiſter navis, *Liv.*

Navarchus, inter milites] Dux præfectuſque claſſis. Trierarchus, *Cic.* Præpoſitus claſſi, *Suet.*

Nauci homo] Simius. Nullo in numero eſt, *Cic.* Non ſemiſſis homo, *Id.* Matula. Fungus. Cœnum. Ignaviſſimus. Inſcitiſſimus. Bliteus. Frutex, *Plaut.* Incus. Stipes ille, Nullo numero eſt, *Cic.* Mala merx, *Plaut.* Caudex, ſtipes, aſinus, *Ter.*

Naufragium facere] Affligere ad ſcopulos navem, *Cic.* Frangere, confringere navem, *Ter.*

Naufragus] Afflicta navis. Naufragia colligere, *Cic.*

Navicularia] Nauticarum rerum ſcientia. Res nautica; navalis, *Cic.*

Navigabilis] Flumen navigabile, *Sen.* Navigerum velivolum mare, *Lucr.* Velificus curſus, *Plin.*

Navigare] Ire navigio. Proficiſci navi. Flumine invehi. Vela dare, facere. Ratis in mari vehitur. Curſum tenere vento ſecundiſſimo. Committere ſe fluctibus. Dare carbaſa ventis. Dare ſe ventis. Dare ratem fluctibus. Embaticam facere, *Cic.* Venire navibus, *Liv.* Deferri navi ad littus, *Plin.* Remigare Romam, *Liv.* Velificare, *Propert.* Vir mare metitur magnum, *Non.* Innare fluvios. Petere vento urbem, *Virg.* Naviculari in ſtagno, *Mart.* Naviculariam facere, *Cic.*

Navigatio] Velificatio. Curſus per mare, *Cic.* Prænavigatio. Præternavigatio, *Plin.* Curſus ſine pedibus. Iter ſine veſtigiis. Volatus ſine pennis.

Digitized by Google

Navigatio eſt res periculoſa] Qui non navigavit, malum ignorat. Qui non ſcit orare, deſcendat in mare.

A navigatione ceſſare] Vela colligere, contrahere, ſinuare, vertere. Funem reducere, *Eraſm.*

Navigiolum] Navicula. Scapha, *Cic.* Phaſellus, *Catul. Virg. Saluſt.* Gaulus, *Gell.* Navis vectoria, *Vlp.*

Navis] Navigium. Vehiculum. Claſſis, *Virg.* Murus ligneus, *apud Plutarch. Themiſt.* Liburna. Equo ligneo per vias cæruleas eſtis vectæ, *Plaut.* Maris equus, *Homer.* Domus erratica, volatica. Avis lignea. Pons innatans. Charontis cymba ſutilis, *Virg.*

Navis oneraria] Navis geraria, *Plaut.* Geſtoria, *Gell.*

Navis actuaria] Navigium actuarium, *Cæſ.* Vectorium navigium. Navis longa, *Id.* Liburna, *Hor.* Liburnica, *Liv.*

Navim ſolvere, vid. *Solvere.*

Naulum, vid. *Portorium.*

Nauſea] Faſtidiens ſtomachus, *Sen.* Nauſeola, *Cic.* Redundantia ſtomachi, *Plin.* Iners ſtomachus, *Ovid.* Obtuſus, *Plin. Iun.* Languens. Averſo ſtomacho, *Arnob.*

Nauſeare] Nauſeator ſum, *Sen.* Faſtidio ſtomachi laborare. Vid. *Faſtidire.*

Nauta] Navita, *Cic.* Nauticus, *Plin.* Nauclerus, *Plaut.* Sulcator ponti, *Stat.* Claſſicus, *Curt.* Vector, *Sen.* Equiſo nauticus, *Varr.* Cliens undæ. Oberrator ſepulchri ſui.

Nautica ars] Ars benè gubernandi. Vid. *Navicularia.*

Nauticus] Navales ſocii, *Liv.* Navicularius. Naucleriacus ornatus, *Plin.* Claſſicus, *Paterc.*

Ne, conjunctio] Ut ne: ut non. Quin. Neve, *Cic.* Quî ne. Quò minus. Neu, *Ter.*

Ne, adverbi, ne facias] Da operam ut ne. Noli putare. Abſtine te à. Tolle metum, *Cic.* Minimè feceris. Tempora dormire. Ah noli. Cave parſis, *Plaut.* Mitte malè loqui. Miſſam fac iram, &c. *Ter.* Fuge ſuſpicari, *Hor.* Parce labori, *Cic.* Abſiſte moveri, *Virg.* Deſine querelarum, *Hor.* Omitte timorem, *Cic.* Tempera à lacrymis, *Virg.*

Nebula] Amictus nebulæ caligo, *Cic.* Exhalatio aëre craſſior;

Digitized by Google

craſſior ; nube ſubtilior, *Apul.* Nubes in terrâ. Nox in die. Aëris caligo. Roris ſeges. Inſalubritatum pabulum, *vel* fomes.

Nebula ſuboritur] Caliginem inducit Deus ; *Ovid.* Nubes humida circumligat, *Virg.* Nebulæ ſuffundunt cœlum ſuâ caligine. Subtexunt cœlum nubila, *Lucr.*

Nebula ſubſidit] Diſcutitur caligo, *Cic.* Vento & ſole reſolvuntur nebulæ.

Nebulo, vid. *Nequam.*

Nebuloſus] Nebuloſus aër, *Plin.* Cœlum caliginoſum, *Cic.* Caliginoſæ tenebræ, *Val. M.*

Nec] Neque, ne, *Cic.* Ne tantillum quidem, *Ter.* Ne nunc quidem cùm. Ne gry quidem.

Nec, nec] Nec Deum extimeſcit nec homines. Non veretur neque Deos, neque homines. Neque Deos, neque homines veretur. Non veretur haud Deos, haud homines. Non metuit homines Deoſve, *Er.*

Necare] Auferre vitam alicui. Afferre necem, *Ovid.* Privare luce, communi vitâ. Eripere vitam. Eripere lucis uſuram alicui. Expellere è vita. Tollere ex rerum naturâ. Tollere de medio. Evitare vitam alicui. Exturbare è numero vivorum. Violare vitam patris, *Cic.* Conficere aliquem ſicâ, plagis. Exanimare aliquem, *Id.* Enecare, *Col.* Interimere vitam. Exanimalem facere ; exheredem vitæ, *Plaut.* Inferre alicui mortem, *Plin.*

Nec-dum, vid. *Nondum.*

Neceſſaria, pl.] *Iuſta* ſervis præbenda, *Cic.* Præbenda, *pl. Gell.* Requiſita, *Spart.* Copia, *Ter.* Copiæ, *Plin. Iun.* Præbita, *Suet.* Paratus funebris, *Tac.*

Neceſſariò] Neceſſitate coguntur eſſe tales. Æternis cauſis neceſſitate manantibus. Fatali neceſſitate. Non ſine multis, & magnis, & neceſſariis cauſis. Omnino. Planè : prorſus. Fataliter, *Cic.* Planiſſimè. *Profectò* ſtabile eſt, *Plaut.* Plurimis, maximis, graviſſimiſque de cauſis, *Cic.*

Neceſſarium charum] Imbre terra gaudet.

Neceſſaria quære, non ſuperflua] Pellere panem ſatiùs, quàm purpurâ indui.

Digitized by Google

Neceſſarius] Opus eo eſt. Habet ea res neceſſitatem, *Cic.*

Neceſſe eſt] Neceſſum eſt, *Plaut.* Neceſſarium dictu, *Plin.* Neceſſitas eſt, flagitat. Tempus & neceſſitas flagitat. Moriendum *certè* eſt, & id incertum, an eo ipſo die. Habet res neceſſitatem, *Cic.* Non modò oportet, ſed & neceſſe eſt, *Quint.* Si res neceſſaria vocabit, *Sen.* Peribis, ſi non feceris.

Neceſſitas] Neceſſitudo, cui nullâ vi reſiſti poteſt. Articulus temporis, *Cic.* In *tempus* amici conferre pecuniam, *Id.* Articulus neceſſitatum, *Amm.* Neceſſum inteſtinum, *Lucr.* Neceſſitas ultima.

Neceſſitas multa docet] Neceſſitas magiſtra, rationum inventrix. Multa docet magiſtra fames.

Neceſſitate adigi] Neceſſitati parere. Vi ac neceſſitate coactus feci, *Cic.* Non poſſe non. Non queo, quin, *Plaut.* Ita res erat, faciendum fuit, *Ter.* Expreſſit hoc illis neceſſitas, *Liv.* Neceſſitate conſtringi, adſtringi, cogi, *Cic.*

Neceſſitas ad multa cogit] Neceſſitas durum telum: Legem non habet: Frangit legem. Aſinus eſuriens fuſtem negligit. Venter caret auribus. Viro egenti ſupervacaneus eſt pudor.

Nectere, vid. *Nodare.*

Nedum] Tantum abeſt, ut voluptates ſectentur; etiam curas, ſolicitudines perferunt. Tantum abeſt ut ſibi aliquid attribuat; ut etiam moleſtè ferat, tam multos ad ſe ire, *Cic.*

Nefandus, vid. *Infandus.*

Nefariè, Nefarius, vid. *Sceleſtè, &c.*

Nefas] Indignitas, *Quint.* Res infanda, nefanda, *Cic.* Nefandum, *Ovid.* Infandum facinus, *Ter.* Nefantia, *Varr.* Contra fas, legem, *Cic.*

Nefas eſt] Nefas dictu eſt. Illicitum eſt. Non licet mihi, (*vel me*) facere, *Cic.* Piaculum eſt. Flagitium id ſit meum, te apud me facere meâ gratiâ ſumptum apud me, *Plaut.* Piatio eſt. Religioſum eſt, *Plin.* Religio eſt dicere, *Ter.*

Negans] Abnutivus, negatorius, negativus, *Sipont.* Negibundus, *Sipont.*

Negare] Nego ita eſſe. Inficiari aliquid. Pernegare, *Cic.* Nego me ſciſsè, *Varr.* Nego, & negando, ſi quid refert, ra-

Digitized by Google

vio. Negitare, *Plaut.* Inficias ire, *Ter.* Non fateri. Infiteri, *Feſt.* Denegare, *Propert.* Vid. *Abnegare.*

Non negare, fateri eſt] Fatentis eſt ſilentium. Qui tacet, conſentire videtur.

Negatio] Inficiatio. Negantia, *Cic.* Apophaſis, *Quint.*

Neglectus, us] Neglectio amicorum. Incuria rei tam neceſſariæ, *Cic.* Incultus; per incultum & negligentiam, *Liv.*

Negligens] Negligens ſui, *Sen.* Negligens de aliquâ re, *Plin.* In aliqua re, *Cic.* Homo remiſſo animo, *Cic.* Remiſſus animo, *Cæſ.* Incurioſus diſcriminis. Socors futuri, *Tacit.* Indiligens, *Plaut.* Supinus, *Mart.* Perfunctorius, *Bud.*

Negligens officii] Omiſſior ab re, *Ter.* Inimicus ſuæ rei. Malè gerens rei, *Plaut.*

Negligenter] Indiligenter. Parum diligenter. Oſcitanter, remiſsè, otiosè negotium agere. Molli articulo, & levi brachio. Solutè, ſegniter, diſſolutè, jejunè. Per tranſennam aſpicere, *Cic.* Supinè, *Sen.* Temerè, *Cæſ.* Per nebulam ſeu caliginem adſpicere. Dicis causâ, *Cic.* Perfunctorie, *Papin.* Vid. *Obiter. Superficialiter.*

Negligenter agere] Indormire cauſæ. Deeſſe ſibi. Alias res agere, *Cic.* Parùm tibi conſulis, *Ter.* Dormitare, *Hor.* Supinâ aure aliquem audire, *Mart.* Vid. *Non curare*, ſub *Cur.*

Negligentia] Remiſſio & diſſolutio animi. Indiligentia. Oſcitatio. Mollitia animi, *Cic.* Vid. *Incuria.*

Negligentia damnoſa] Neglectis urenda filix innaſcitur agris. Cunctatio diſpendioſa eſt. Cunctando res amittitur.

Negotiari] Mercaturam facere; inſtituere. Mercaturis faciendis rem quærere. Cauponari bellum, *Cic.* Res inter ſe contrahere, emendo, vendendo, *Liv.* Negotiari aliquo genere mercaturæ, *Col.* Negotiari animas, *Plaut.*

Negotiatio] Mercatio, *Gell.* Nundinatio bonorum, *Cic.*

Negotiator] Mercator, *Cic.* Magnarius, *Apul.*

Negotioſus] Negotiis plenus, *Cic.* Vid. *Occupatus.*

Negotium] Res mihi eſt cum aliquo. Qui aliquod *munus* efficere molitur. Cauſam ſuam curare. Provinciam ſuſcipere, *Cic.* Multùm negotiorum ferunt negotia, *Sen.* Moles curarum, *Tac.*

Digitized by Google

Negotium moleſtiſſimum tractare] Hydram ſecare.

Negotium idem agere] Incudem eandem tundere.

Ad negotium aliquid venire] In aliam terram venire.

Alienis immiſcere ſe negotiis] In alieno choro pedem ponere. Falcem in alienam meſſem immittere.

Negotium melius tacitè conficitur] Qui ſitiunt, ſilentio bibunt.

Negotium celeriter confectum] Apua ignem vidit.

Negotium examinare] Ruminare negotium.

Nemo] Nemo omnium. Nemo omnium hominum. Nemo ex. Nemo unus. Nullus homo, *Cic.* Nemo hominum. Nemo quiſquam. Nemo homo, *Ter. Cic.* Hominem eſſe arbitror neminem. Nemo divûm, *Virg.* Natus nemo. Nemo alter, *Plaut.* Ne unus quidem adeſt, *Cic.* Ne muſca quidem. *Suet.* Bona fortuna, *pro nullus, Diomed.* Charientiſmus eſt: *cùm interrogantibus.* Nunquis nos quæſierit? *reſp.* Bona fortuna. Nulla res: Nulla belluarum: nulli de inimicis ſuperſunt, *Cic.* Unus nullus, Non eſt qui, *Apul.*

Nemo ſemper idem] Jupiter aliquando pluit, aliquando ſerenat. Non ſemper arcum tendit Apollo.

Nemo judex in propria cauſa] Non licet accuſare & judicare ſimul.

Nemus] Saltus, *Cic.* Denſitas arborum in altum exſiliens, *Iſid.* Acheruſion, *Ariſtot.* Aviarium, *Virg.*

Nepos] Nepotulus, *Plaut.*

Nepotes, vid. *Poſteri.*

Nequam] Bipedum nequiſſimus, *Plin.* Bipedum impuriſſimus. Homo omnium, qui ſunt, qui fuerunt, qui futuri ſunt, nequiſſimus. Certus nebulo. Nebulo certior illo nullus. Homo nequitiâ ſingulari præditus. Delecti ad omne facinus, *Cic.* Nefandiſſimum caput. Improbus impensè. Graphicus fur, &c. Ab ingenio improbus, *Plaut.* Homo inſigniter malus, *Apul.* *Unica luxuria* fuit Sardanapalus, *Feſt.* Filii Belial. Ipsâ nequitiâ nequior. Sardanapalo nequior, *Er.* Homo inſignis omnibus notis turpitudinis, *Cic.* Vid. *Malus.*

Neque, vid. *Nec.*

Neque doctus, neque probus] Nec literis, nec moribus probatus. Vir eſt non indoctus modò, verum etiam improbus.

bus. Non minùs improbus, quàm illiteratus. Pariter & improbus, & indoctus. Vir cui ſit omnino nihil bonarum literarum, bonorum quoque morum tantundem, *Er.*

Nequitia] Per nequitiam aliquid facere, *Vlp.* Verſuta & fallax nocendi ratio. Malitia, per quam inſidiæ ſtruuntur alteri, *Cic.* Solida nequitia, *Sen.* Solida malefacta, *Plaut.*

Nere] Torquere fuſos, *Plin.* Ducere lanam, *Ovid.* Carpere lanam, *Plaut.* Carpere penſa, *Virg.* Pernere aliquid, *Mart.*

Nervoſus] Venoſus. Venoſa herba, *Plin.* Nerviceus, *in SS.*

Neſcire] Neſcium eſſe. Haud ſcire. In ſumma ignoratione verſari. Fugit me; meam ſententiam. Nihil extrico, *Cic.* Præterit me hæc res. Clam me eſt, *Ter.* Latet me, & mihi, *Plin. Cic.* Incompertum eſt mihi. Incompertum habeo, *Liv.* Juxtà cum ignariſſimis ſcio, *Plaut.* Albus an ater ſit, neſcio. Neſcio, quod neſcio. Natare non didici. Ne pictum quidem vidit.

Neſcio quando] Cras poſt triginta dies (*ſcil. diſcedet Cato; ex Plutarch. quia ſemper cras ſe diſceſſurum promittebat, & ſemper hærebat.*) Vid. *Nunquam.*

Quod quis neſcit, ne agat] Habenas ignarus ne tractet. Quodque parùm novit nemo docere poteſt.

Neſcius, vid. *Ignarus.*

Nictare] Adnictare ſæpe, & leviter oculo annuere, *Feſt.* Supercilio penè loquente ſigna dare. Vibrante ſupercilio loqui. Verba ſuperciliis, ſine voce loquentia dicam, *Ovid.* Dare ſignum oculis, *Plaut.* Nictari, *Lucr.*

Nictatio] Nictus oculorum. Nutus ac renutus, *Plin.* Signo aliquid dicere, *Ovid.* Ludibundi oculi, *Gell.*

Nidificare] Nidulari. Internidificare, *Plin.* Nidum conſtruere, fingere, *Cic.* Congerere nidamenta in aliquem locum, *Plaut.* Congerunt aliquò palumbes, *Virg.* Texere nidos, *Quint.*

Nidificatio] Congeſtus avium, *Cic.*

Nidus] Cubilia & nidi avium. Nidulus, *Cic.* Cunabula avium, *Plin.* Habitacula avium, *Pallad.* Nidamentum, *Plaut.* Domus avium, *Lucr.* Nidificium formicarum, *Apul.*

Digitized by Google

Niger] Nigellus, *Varr.* Perniger, *Plaut.* Meruleus, *Id.* Atratus, *Cic.* Atricolor, *Plin.* Furvus, *Ovid.* Piceus, *Mart.* Anthracinus, *Varr.* Tam atra, quàm carbo eſt, *Ter.* Pice nigrior. Clemate Ægyptiâ nigrior, *Er.*

Nigreſcere] Nigrum colorem trahere, *Ovid.* Infuſcari, *Virg.* Nigrefieri, *Sipont.*

Nigricans] Nigellus, *Auſon.* Obniger. Languidè niger, *Plin.* Subniger, *Plaut.* Infuſcus. Infuſcatus; & propemodum niger, *Col.*

Nigricare] Nigrare, *Lucr.* Nigrere, Olivæ cùm nigruerint, *Col.*

Nigritudo] Nigritia, *Plin.* Nigror, *Lucr.* Nigritas, *Celſ.* Atritas, *Plaut.* Atror, *Gell.* Nigredo, *Sipont. S. A. V.*

Nihil] Nîl, *Virg.* Nihil quicquam. Nihilum: Ex nihilo, in nihilum, ad nihilum. Ne hilum. Ne umbram quidem, *Cic.* Minus quàm nihil. Ne ciccum quidem. Ne punctum quidem. Ne gry quidem. Nec vola, nec veſtigium. Neque remi, neque venti. Æquè quidquam, *Ter.* Latum unguem. (Gen. 14. pulchra Periphraſis: A filo ſubtegminis uſque corrigiam caligæ non accipiam quicquam.)

Nihil pluris conſtat, quam quod precibus emitur] Emere malo, quàm rogare. Caro emitur, quod precibus emitur.

Nihil ſcit] Neque natare, neque literas.

Nihil credam] Plumbeum nummum non credam.

Nihil difficile amanti] Amor docet Muſicam.

Nihil agas fruſtra] Fruſtra niti, dementiæ eſt.

Nihil dulcius, quàm omnia ſcire] Dulcedo cuncta intelligendi, ſuperat omnes ſuavitates.

Nihil perfectum ſub ſole] Regula nulla fuit, quam non exceptio torſit. Nulla regula ſine exceptione. Nihil ab omni parte beatum, *Hor.*

Nihil proficere] Cum plurimum laboraverimus in eodem ſtatu ſumus. Pullus tuus ſemper parvus.

Nihil intereſt] Nihil refert quid velis, aut nolis. Parvi mea refert per te facias, an per alium. Quid intereſt? utrùm facias. Equidem haud magno in diſcrimine pono. Verane ſint, an ficta, nihil laboro. Utrum ſcripſeris, an dixeris, nihil laboro.

Manum

Digitized by Google

Manum non verterim. Suſque deque fero, habeo. Amuſſis alba in albo lapide, *Er.*

Nihili homo] Nullo numero homo. Nullo in numero eſt. Nihil valet. Iners interrogationis genus, *Cic.* Nauci homo. Homo non nauci, *Plaut.* (*Sicut Cic.* Homo non ſemiſſis.) Bono uſui eſtis nulli, *Plaut.* Homo non quiſquiliæ, *Næv.* Homo non ſeſcuncia, *Pomp.* Fruſtra eſt, *Sal.* Simius, ſtipes, truncus.

Nihili res] Araneorum textura, opera, veſtis, tela. Nihil valet. Titivillitium.

De re nihili rixari, vid. *Rixari.*

Nihili facio] Non emam vitioſâ nuce, *Plaut.* Ciccum, floccum non interduim. Ne nummum quidem impenderim. Ne teruntio quidem id æſtimo. Vilius id mihi eſt, quàm ut obulum ob id perdere velim. Iſthoc vilius, *Ter.* Non Hettæ facio. Non flocci facio. Digitum non porrexerim. Minus de iſtis laboro, quàm de ranis. Vid. *Non Curare.*

Nimboſus, vid. *Pluvioſus.*

Nimis] Immodicè, *Col.* Effusè. Nimio plus. Plus ſatis, Plus quàm ſatis. Plus æquo; nimio. Putidè. Ad inſaniam. Præter modum. Satis ſuperque. Nimiopere, *Cic.* Nimiùm, *Virg.* Nimiùm multùm ſcis, *Plaut.* Enormiter, *Plin.* Perditè & uſque ad exemplum, *Quint.* Nimiùm quantùm. Prænimis, *Gell.* Nimiùm nimiumque, *Apul.* Supervacuò, *Vlp.* Immenſo plus, *Plin.* Extra numerum modumque, *Hor.* Nimiè, *Macrob. Plaut.*

Nimis amat filium] Tenerè amat filium, *Er.*

Nimis deſiderare aliquid] Deſiderium alterius non poſſe ferre.

Nimius] Multus in re quâpiam, *Cic.* Immoderatus, *Tac.*

Nimia velle damnoſum] Perdit totum, qui non vult niſi totum.

Nimia ſunt nociva] Nimia omnia nimium exhibent negotium. Segetem ſternit nimia ubertas. Rami nimio onere franguntur. Arcus nimis intenſus rumpitur. Nimium mungens elicit ſanguinem. Profundior riſus lacrymas parit. Nimia familiaritas contemptum parit. Nimium feſtinans ſeriùs abſolvit. Nimia nimiam pariunt moleſtiam. Vive tibi,

Digitized by Google

tecumque habita, nec grandia tentes. Effugit immodicas parvula puppis aquas, *Ovid.*

Nimia felicitas] Gygis annulus. Fortunati pileus. Aureum vellus, Aurea pecus.

Ningit] Bruma nives illinit agris, *Hor.*

Niſi] Præter ſi aliter nequeas, *Varr.* Niſi ſi, *Col.* Exceptô quod, *Hor.*

Niſus] Accipiter minor, *Geſn.* Accipiter fringillarius, *Gaz. Albert. Geſn.*

Niſus, ûs, vid. *Conatus.*

Nitere] Nitet ut oleum, *Plaut.* Micat ardor ex oculis, *Lucr.* Renitent, internitent gemmæ, *Plin.* Renidet orichalcum, *Stat.* Criſpatur ſole pelagus, *Val. Arg.* Pellucent littora lapillis, *Prop.* Eniteſcit cultus, *Quint.* Splendicant gemmæ, *Apul.* Coruſcare. Enitet opus picturis, *Cic.* Rutilant arma. Splendet lumine pontus. Splendeſcit vomer attritus. Niteſcit oleo perfuſa juventus, *Virg.*

Niti] Inniti haſta, *Liv.* Membra levare baculo. Suſtinere artus baculo, *Ovid.* Adniti haſtis, *Virg.* Vid. *Inniti.*

Niti præſidiis incertis] In caducum parietem inclinare.

Nitidus, vid. *Pulcher.*

Nitor] Splendor argenti. Fulgor armorum, *Hor.* Radiatio marmoris, *Plin.* Jubar galeæ, *Stat.* Nitela armorum, *Solin.* Refulgentia lacunarum, *Apul.*

Nitroſus] Nitrata aqua, *Mart.*

Nitrum] Halonitrum. Sal petræ. Sal petroſus. Sal nitri, *Iun.* Sal nitrum, *Plin.*

Nivalis] Nivoſa hiems, *Liv.* Niveus agger, *Virg.* Ninguidus menſis, *Sidon. Auſon.*

Nix] Nigor, *Apul.* Tacitarum vellus aquarum, *Mart.* Plumeæ cruſtulæ, nives. *Arnob.* Pluma, quibus foventur ſegetes. Brumæ pabulum. Flos brumæ. Lætamen agrorum, Siccеſcentes aquæ. Syrtes nivales: tumuli nivales.

Nobilis] Nobili genere natus, *Saluſt.* Equeſtri, nobili loco natus, *Cic.* Clarus natalibus, *Tac.* Proſapiâ nobili editus, *Amm.* Veteris proſapiæ & multarum imaginum homo, *Sal.* Tria nomina habens (prænomen, nomen, cognomen) *Iuv.*

Benè

Digitized by Google

Benè natus, *Hor.* Cerâ & ære nobilis, Vir apprimè nobilis. Minimè obſcuris natalibus. Homo minimè novus. Homo cum primis illuſtris. Vir antiquæ nobilitatis. Vir honeſto apud ſuos loco natus. Summo loco natus. Domi ſplendidus. Majorum imaginibus clarus. Ex illuſtri progenitus, *Er.*

Nobiles decet virtus] Benè natum turpe eſt malè vivere.

Nobilitare] Reſtituere aliquem natalibus, *Plin. Iun.* Jus annuli alicui donare, *Bud.* Annulis aureis aliquem donare, *Suet.*

Nobilitari] Jus annulorum à Principe impetrare, *vel*, obtinere. Venire in nobilitatem, *Plaut.*

Nobilitas] Nobilitas generis. Per tuam nobilitatem. Per tuas ſtatuas, *Cic.* Natales clari, *Tac.* Proſapiæ claritudo. *Amm.*

Nobilitatio] Novitas, *Saluſt.* Novitas generis, *Cic.* Subitæ imagines, *Plin. Iun.*

Nobilitatus demum] Homo novus. Homo à ſe natus; per ſe cognitus. Ex ſe nobilitatus. Nulla commendatione majorum, *Cic.* Homo novus honore & gloriâ, *Id.*

Nocenter, vid. *Damnoſe.*

Nocere] Nocere noxam. Eſſe noxæ alicui, *Liv.* Afficere aliquem incommodo. Incommodare alicui. Arrodere Remp. Vulnus imponere provinciæ, Reip. plagam, ſecurim injicere alicui. Injungere detrimentum alicui, *Cic.* Attondere aliquem. Officere alicui. Exitium afferre, *Plaut.* Damno eſſe alicui, *Plin.* Infenſare pabula, *Tac.*

Nocet aliquid ſtomacho] Pyrorum eſus ſtomacho gravis. Dulcia ſtomachum lædunt. Acida concoctioni officiunt. Salſa noxia ſunt hepati. Lac virilem ſtomachum offendit. *Eraſm.*

Nocere ſibi ipſi turpe] Bis interimitur, qui ſuis armis perit.

Nocere poſſunt eadem, quæ proſunt] Ægrotamus ex his, quibus valemus. Unde cibus, inde venenum.

Nocebit tibi &c.] Fraudi erit tibi, *Vlp.*

Nocivus] Noxius. Perniciofus, *Cic.* Nocens, *Hor.* Noxioſiſſimum animal, *Sen.* Inimicus, *Plin.* Diſpade nocentior, *Er.* Vid. *Damnoſus. Exitialis.*

Nocte]

Digitized by Google

Nocte] Noctu. Noctuabundus ad me venit, *Cic.* Multâ noctu, *Macrob.* Sub nocte rudentium leonum, *Virg.* Per noctem cernuntur ſidera, *Plin.* Nocturnus obambulat, *Virg.* Sub noctem, *Caſ.*

Nocte ſerena] Apricante noctu cœlo.

Nocte multâ] Nocte provectâ, *Amm.* Producere noctem vino, *Mart.* Multo jam noctis ſerum auxilium venit, *Tac.* Plerumque noctis proceſſit, *Saluſt.* Intempeſtâ nocte, *Feſt.* Ad multam noctem vigilare; producere convivium. De multâ nocte profectus, *Cic.*

Nocte totâ] In multo nox eſt pervigilata mero, *Ovid.* Noctem trahere per pocula, *Mart.* Perpete nocte aleâ ludere, *Iul. Cap.* Producere noctem vino, *Mart.* Tranſmittere noctem operi, *Perſ.* Pernox eſt, *Liv.*

Nocteſcit] Nocte opprimi, *Cic.* Contenebrat, *Varr.* Intendunt ſe tenebræ, *Liv.* *Maturato* ſol præcedit *veſpere* lucem, *Lucan.*

Noctu medium] Noctis meridies, *Varr.* Nox intempeſta, *Lucr.* Marcipore, *Scal. Sipont.*

Qui nocte ambulat, offendit] Noctu ſaxa volant.

Noctivagus] Nocturnus, *Cic.* Tenebricola, *Plaut.* Veſpertilio, *Eraſm.*

Noctu heluones, interdiu dormientes] Antipodes.

Noctua] Lucifuga. Noctivida ales, *Mart.* Solem neſciens. Noctis monſtrum.

Nodare] Nodis nectere, *Virg.* Vincire connexis nodis. *Ovid.* Innodare, *Sipont.* Innodum torquere, *Mart.*

Nodoſus] Renodis capillus, *Capitol.*

Nodus] Nodulus, *Pli.* Currax nodus, *Grat.* Nexus nodi, *Pli.*

Noëma] Sententia, ſententiola, *Cic.* Senſiculus, *Quint.* Diverbium, *Auſon.* Depaſcimur (*ut apes*) *aurea dicta* (legendo libros) perpetuâ ſemper digniſſima vitâ, *Lucr.* Dicta laudis annotamentis digna, *Gell.* Quæ aliis declamantibus laudata ſunt, *Quint.* Laudabilia ſcholaſtica, *Scal.*

Nola, vid. *Campana.*

Nolens feci] Nollem hanc injuriam tibi à me factam, *Ter.* Imprudens feci. Inſciens feci. Nollem dixiſſe, *Cicer.*

Nolens

Digitized by Google

Nolens non multùm peccat] Involuntarium veniâ dignum.

Nolens volens] Ægrè quidem, ſed facimus tamen.

Nolle] Minimè velle, *Cic.* Negat ire, *Ovid.* Recuſat, *Hor.* Renutat, *Lucr.* In præſenti animus non eſt, *Er.*

Nomen] Vocamen proprium, *Lucr.* Appellatio, *Cic.* Cognomen loci, *Virg.*

Nomen habere] Eſt mihi nomen Mercurii. Eſt mihi nomen Auxilio, *Plaut.* Iſto nomine eum appellant. Hoc proprio ſignata eſt nomine, *Cic.* Ex vero nomine vocor Miccotrogus, *Plaut.* Nomen eſt mihi Julii, Julio, Julium, *Gell.* Ei morbo nomen eſt avaritia, *Cic.* Nomen habet Fabius, *Ovid.* Appellor hoc nomine. Suſtineo nomen publicani, *Cic.* Victor clueo, *Plaut.* Audio callidus, *Hor.* Sic illos nomine dicunt. Dicor, *Virg.* Obtinere nomen, *Cic.* Referre, *Virg.* Cognomen ex aliqua re trahere, ſumere, invenire, *Cic.*

Nomen dare militiæ, &c.] Profiteri nomen, *Liv.* Dare nomen in coloniam, *Id.* Ad molariam coloniam, *Plaut.*

Nomenclator] Nomenculator, *Quint.* A memoria, *Lampr.* Appellare cives per *monitorem*, *Cic.* Ab aure famulus.

Nomina rebus ſimilia] Conveniunt rebus nomina ſæpe ſuis. Ex re nomen habet. Nomini ſuo reſpondens. Imperator vere ſui nominis, i. Probus, *Trebell.*

Nomina impedita] Non apparet ratio argenti, *Plaut.* Summa rationem excurrens, *Cic.*

Nominatim] Nomine aliquem compellare, *Liv.* Per nomina citare mancipia, *Col.*

Nominatim appellare aliquem] Pronunciare victorum nomina. Proſequi omnes nominatim, *Cic.* Ciere aliquem. Perciere, *Plaut.*

Nominare] Nominitare, *Lucr.* Nomine Dei aliquem nuncupare. Appellare: appellitare. Notare rem nomine. Perhibere aliquem claro nomine. Verbum aliquod in aliquo ponere. Nomen imponere, *Cic.* Nomen alicui indere, dicere, facere, *Liv.* Dare alicui vocamen, *Solin.* Prænominare, *Varr.* Vocare nomine, *Plaut.* Cognomen imponere, *Plin.* Facere, *Liv.* Cognominare, *Pli.* Indigitare, *Macr.* Perhiberi aliquem probum, *Ter.* Vocitare, *Cic.* Phalereus vocitatus eſt.

Nomina-

Digitized by Google

Nominari] Suſtinere nomen, *Cic.* Referre nomen avi, *Virg.* Vid. *Nomen habere.*

Nominatio] Nominatus, *Varr.* Nomenclatio, *Col.* Nomenclatura. Nuncupatio, *Amm.* Uſurpatio nominum, *Plin.* Impoſitio nominis, *Varr.*

Nomine alicujus facere] Nomine alterius cuipiam gratulari, *Cic.* Vid. *Locô.*

Non] Haud, *Plaut.* Haud quaquam. Nihil minus. Minus intellexi. Nequaquam, *Cic.* Nihil, *Virg.* Nullo pacto: nullo modo poſſum, *Ter.* Nunquam hodie effugies, *Virg.*

Non omnia poſſumus omnes] Condire rectè non eſt cujuſvis.

Non eſt de nihilo] Quæſtio non eſt tribularis.

Non modo, ſed &c] Non modò non intelligit, ſed ne legit quidem. Non ſolum parum intelligit, ſed ne legit. Non tantum parum intelligit, imò nec legit. Ne legere quidem novit, nedum intelligat. Non novit vel intelligere, tantum abeſt ut intelligat. Tantum abeſt ab intelligendo, ut ne legere quidem norit. Uſque adeo non intelligit, ut neſciat vel legere. Hic in Græcis literis nihil, quid dicam intelligere, imò nec legere poteſt. Hic nihil in bonis literis, non dicam non intelligit, imò ne legit quidem, *Eraſm.*

Non ſic] Non ita ſe habet, ex *Ter.* Non ita ſe res habet; *Cic.*

Nondum] Necdum, *Liv.* Dum. Nihil dum ſciebat, *Cic.* Nulla-dum via ſuperatas Alpes, Nequedum, *Celſ.*

Nonnihil. Nonnunquam, vid. *Aliquando. &c.*

Norma] Ariadnes filum.

Normalis] Normatus. Orthogonius ager, *Col.*

Noſcere] Novi de facie aliquem. Cognoſcere. Habere notitiam alicujus rei. Habere aliquid notum: notitiam veri & falſi. Habere notum perſpectumque. Eſt mihi notum aliquid. Teneo voluntatem ejus. Intelligere in re aliquâ, *Cic.* Noſſe viæ ſuæ rationem, *Sen.* Callere ſenſum alicujus, *Ter.* Sentire, *Hor.*

Noſſe benè] Noſſe aliquem familiariter, *Quint.* Intus & in cute novi te.

Non

Digitized by Google

Non noſſe] Ne umbram quidem ejus novit.

Noſter eſt] Noſtras, *Cic.* Noſtri gregis. Noſtræ farinæ.

Noſtrâ ætate] Meâ memoriâ. Nòſtrâ & patrum memoriâ uſu venit. Ut mea eſt memoria. Nobis pueris, *Cic.*

Nota] Notula, *Sipont.* Indicium, Veſtigium, *Cic.* vid. *Sign.*

Notis ſuis unumquodque agnoſcitur] Cauda de vulpe teſtatur.

Notabilis] Inſignis maculis, *Virg.* Conſpicuus colore, *Col.* Nobilis vitiis. Luculentus patronus, *Cic.* Notabilis favor, *Suet.* Obſervabilis, *Quint.* Celebrabilis favor, *Amm.* Inſignitæ & acres imagines. Perinſignis pravitas, *Cic.* Præſignis vertice haſta, *Stat.* Inſignis res ad laudem, *Cic.*

Notabiliter] Inſignitè improbus, Inſigniter diligere, *Cic.* Enormiter admittere in ſe, *Plin.* Notabilius turbans, *Tac.*

Notare] Denotare pedes, *Plin.* Inſignire annum cladibus. Perſignare aliquid, Deſignare notâ ignominiæ, *Liv.* Apponere notam ad malum verſum; *Cic.* Signare humum limite, *Ovid.* Vid. *Signare.*

Notarius Publicus] Scripturarius, *Lucil.* Magiſter ſcripturæ, *Cic.* Tabularius, *Vlp.* Scriba, qui rationes publicas ſcribit, *Feſt.* Actuarius, *Suet.* Cenſualis, *Iul.Cap.* Commentarienſis, *Paul.IC.* A punctis, *Frontin.* Numerarius, *Amm.*

Notatio] Animadverſio. Obſervatio, *Cic.* Deprehenſio, *Varr.* Affectatio, *Plin.*

Notatus] Signatus, *Virg.* Notatiſſimus maculis omnium ſcelerum, *Cic.* Nummus in vultum Principis effigiatus, *Amm.* Nummos Alexandri habitu figuravit, *Lamp.*

Noteſcere] Agnoſci, *Cic.* Venire in notitiam. Innoteſcere, *Ovid.* Inclareſcere, *Plin.*

Nothus, vid. *Spurius.*

Notitia] Notio veri & falſi, *Cic.* Scientia futurorum: de re aliquâ, Cognitio legum, *Cic.* In *Conſcientiam* aſſumere aliquem, *Tac.*

Notus omnibus] Res nota atque omnibus pervulgata: Notiſſima. Penitus perſpecta, planeque cognita. Decantata. In ore vulgi atque in omnibus proverbiis verſatur. Spectata & cognita fides alicujus. Audita, pervulgata, & percelebrata res ſermonibus. Pervagata fama. Pervagatiſſimus

tiſſimus ille verſus. Perfamiliaris alicui, & alicujus, *Cic.* Id gnarum eſt Neroni, *Tac.* Gnobilis facies: gnobilis oculis meis, *Plaut.* Teſtata res in omne tempus, *Ovid.* Lippis & tonſoribus, inferis & ſuperis nota.

Novacula] Culter tonſorius. Scalpellum, *Cic.* Scalpellus, *Celſ.* Scalper exciſorius, *&*, Scalprum, *Id.* Culter tonſoris, *Pli.*

Novale] Novalis ager, *Varr.* Inarata terra, *Virg.* Requietum arvum, *Col.*

Novare, vid. *Renovare, &c.*

Novator] Reparator ævi, *Stat.* Reformator literarum, *Plin.* Innovator, *Henr. Steph.*

Novè] Novum in modum, *Plaut.* Neotericè, *Auſon.*

Nova de novis rebus judicia, & ſucceſſus inæquales] Eventus varios res nova ſemper habet.

Nova placent] Novum cribrum novo paxillo pendeat. Plures adorant ſolem orientem, quàm occidentem. Novitas grata.

Novilunium] Nova luna, *Cic.* Naſcens luna, *Hor.*

Novum quid & ignotum alicui] In alio mundo ſibi videri, atque eſſe.

Novus] Novitius, *Plin.* Novatus. Nullo exemplo factus: novo exemplo factus, *Cic.* Recens homo, *Hor.* Neotericus, *Aſcon.*

Novus homo] Ab aliquo natus. Nitedula ex vepreculis. Repentinus homo, *Cic.* Terræ filius, *Caſau.* Lumbricus, *Plaut.*

Novus nuptus] Novus maritus, *Plaut.* Novus vir, *Propert.* Recens maritus, *Plin. Iun.* Juvenis maritus, *Tibul.*

Nox] Nocturnum ſpatium, *Cic.* Quietis reductrix. Somni genitrix. Curarum domitrix.

Nox ſerena] Nox ſideribus illuſtris, *Tac.* Pernox luna erat, *Liv.* Nox ſiderea, *Val. Argon.*

Nox ſubluſtris] Subluſtris umbra noctis. Lux maligna. Incerta luna, *Virg.* Lux lunæ ambigua, *Am.* Dubia luna, *Ovid.*

Noxa, vid. *Crimen. Noxius Nocivus.*

Nubes] Nubilum, *Plin.* Velamentum cœli. Umbraculum terræ. Vehiculum ventorum. Refrigerium æſtuantium. Pluviarum mater.

Nubere]

Digitized by Google

Nubere] Enubere, *Liv.* Denubere in familiam alicujus, *Tac.* Convenire in manum alicui. Conjungere connubia, *Cic.* In luculentam familiam ſponſa collocata eſt, *Plaut.* Innubere alicui, *Liv.* In maximas divitias deſponſa eſt. In conditionem ſe dignam collocata eſt, *Plaut.*

Nubilis] Matura viro. Filia nubilis. Filia plenis annis, *Virg.* Filia grandis dotem poſcit, *Mart.* Viripotens, *Ulp.* Virgo tempeſtiva viro, *Hor.*

Nubilum] Nubiloſum, turbidum cœlum, *Cic.* Dubium & impendens cœlum, *Sen.*

Nubilus dies] Turbidus. Nubilans, *Plin.* Nebuloſum cœlum. Caliginoſus, *Cic.* Prænubilus, *Ovid.*

Nubilum fieri] Pendent nubila, *Virg.* Nubila obducuntur, ſurgunt, *Plin.* Nubilus eſt cœli ſtatus, *Col.* Serenam mundi faciem nubes violant. Subtexunt cœlum nubila, *Lucr.* Inglomerat noctem Auſter, *Stat.* Contriſtat Auſter cœlum frigore pluvio, *Virg.*

Nucleus] Corpus nucis, *Plin.*

Nudare] Denudare aliquem. Veſte exſpoliare, *Cic.* Retegere pectus, *Ovid.* Deveſtire aliquem, *Apul.* Detrahere alicui veſtimentum, *Plaut.* Exuere veſtem alicui, *Sen.* Exuere aliquem armis, *Sil.* Spoliare aliquem veſtitu, *Cic.* Connudare, *Plin.*

Nudare caput] Adaperire caput alicui, *Val. Max.*

Nudatus] Spoliatus, *Cic.* Suris & penè natibus apertis ambulans, *Varr.*

Nudè] Nudus in convivio ſaltavit, *Cic.*

Nudipes] Nudus pedes, *Ovid.* Nudato pede currens, *Tibul.* Excalceatus, *Mart.* Diſcalceatus, *Suet.* Planipes, *Diomed.*

Nudus] Nudula animula, *Spart.* Apertæ ſuræ, *Noni.* Nudior ovo depili. Nudior paxillo, piſtillo. Nudus tanquam ex matre.

Nudo quid eripias?] Corpore de nudo quis tulit exuvias. Nudus nec à centum viris ſpoliari poteſt. Nihil habenti, nihil perit, *Saluſt.* Cantabit vacuus coram latrone viator.

Digitized by Google

Nugæ] Bullatæ nugæ, canoræ. Apinæ tricæque. Hilum. Floccus. Fama putrida, *Plaut.* Caſſa nux, *Hor.* Nebula. Mortualia, *Plaut.* Nugalia, *Gell.* Nugamenta, *Gell.* Liræ, *Plaut.* Ineptiæ. Crepundia puerorum, *Cic.* Ineptitudo, *Non.* Suſque deque omnia. Ludus jocuſque, *Lucil.* Gerræ Siculæ. Nugæ theatri. Verba frivola.

Nugari] Ineptire, *Ter.* Campas dicere. Nugas agere. Nugas blatis, ſeu dicis, ſeu garris. Nugas de me conciliavit. Quas tu mihi tricas narras? *Plaut.* Quiſquilias volantis venti ſpolia memoras, *Cæcil.* Somniare. Dormire, *Plaut.* Somniare ineptias, *Col.* Magno conatu magnas nugas dicere. Blatire, *Non.* Vid. *Blaterare.*

Nugator] Futilis homo, *Cic.* Ineptitudinis cumulatiſſimus, *Cæcil.* Balatro, *Acron.* Inſtitor nugarum. Nugigerulus, *Sipont.* Architectus nugarum, *Muret.* Stulta & immodica blaterans, Blatero, *Gell.* Nugipolyloquides, æ, *Plaut.*

Nugatorius] Nugalis, *Gell.* Nugarius, *Varr.*

Nullatenus] Nullo pacto, *Plaut.* Nullo modo. Minimè gentium, *Ter.* Nullâ ratione. Minimè omnium ad te pertinebat, *Cic.* Minimè, *Saluſt.* Nullo genere, *Petron.* Quod optimo genere facere non licuit, *Cic.* Ne per ſomnium quidem, *Plaut.*

Nullibi] Nuſquam eſt. Nullo in loco, *Cic.* Nuſquam gentium. Nunquam uſquam, *Ter.* Necubi, *Liv.* Nec uſquam aliubi. Neque intus, neque foris. Neque inter mortuos, neque inter vivos.

Nuſquam exire] Nuſquam pedem, *Ter.* Ne altero quidem pede.

Nullus, vid. *Nemo.*

Nullus ſum, vid. *Periit.*

Numella] Numelli, *Col.* Bojæ, *Feſt.*

Numen] Nutus & poteſtas Dei, *Cic.* Deus ſuus & omnium.

Numerare] Dinumerare ſtellas. Annumerare ſententias, *Cic.* Recenſere captivos, *Liv.* Mittere in digitos. Vid. *Computare.*

Numeratò] In numerato relinquere, *Plin.* Numero definitum, *Cic.* Numero digerere, *Virg.*

Numero-

Digitized by Google

Numeroſus] Numeroſior ambitus littorum, *Plin.* Acervalis, *Cic.*

Nummatus, vid. *Pecunioſus.*

Nummi] Argentum ſignatum, *Plin.* Aurum, *Plaut.* Numiſma, *Mart.* Res numaria, *Cic.* Res, *abſol. Lucr.* Aſſes contulit populus, *Suet.* Vid. *Pecunia.*

Nunc] Nunc temporis numero. Nunc ipſum ea lego. In præſentia. In præſens tempus. Modò, *Cic.* In præſens, *Gell.* Impræſentiarum, *Priſcian. Vlp.*

Nuncubi] Sicubi, *Ter.*

Nunciare, vid. *Nuntiare.*

Nuncupare, vid. *Nominare.*

Nundinæ] Nundina, *pl. Vopiſc.* Panegyris nundinarum, *Cic.* Mercatus, *Plaut.*

Nundinalis] Nundinarius, *Plin.*

Nundinari, vid. *Emere. Vendere.*

Nunquam] Nec noctu, nec diu, *Titin.* Ad Græcas Calendas. Ad flores ficûs venias. Anno magno Platonis. Cum mula pepererit. Terra citiùs ætherem conſcendet. Scarabæus citiùs mel faciet. Nunquam uſquam. Priùs teſtudo leporem capiet. Prius unda cum flammâ inibit gratiam. Priùs cavum à convexo disjunxeris.

Orare (2) *ſermonem premeditatum habere*] Agere orationem. Orationem ad populum habere. *Quint.* Orationem dicere, recitare. Perorare cauſam. Dicere ad, apud judices. Agere ad populum, *Cic.* Agere cauſam apud aliquem, *Plin.*

Oratio proſa] Oratio ſoluta, libera. Dictio oratoria, *Cic.* Proſa facundia, oppoſita verſæ, *Apul.* Numeris fertur lege ſolutis, *Hor.* Oratoris facultas. Pedeſtre eloquium, *Trebell.* Proſaica oratio, *Plin.* Verſuum nexu repudiato. Paſſa verba. Solutus loquutus, *Apul.*

Oratio ſuperba] Phalerata dicta. Ampullas projiciunt & ſeſquipedalia verba, *Hor.*

Oratio jejuna] Orationis inopia, ſiccitas, ſalebræ.

Oratio egenum non juvat] Re opitulandum, non verbis. Venter caret auribus. Qui dare vult aliis, non debet dicere vultis. Sed dicat planè dulcis amice tene.

Oratio non cohærens] Scopæ diſſolutæ.

Orator] Artifex, opifex dicendi, *Cic.* Opifex perſuadendi, *Quint.* Declamandi magiſter. Vir in eloquentia præcipuus. Rhetoricoteros, *Cic.*

Orator eximius] Cicerones, Hortenſii, Demoſthenes ævo noſtro ubi ſunt? Sirenibus ad perſuadendum aptis, *Er.*

Oratoria, vid. *Eloquentia.*

Orbare aliquem aliquâ re] Privare aliquem dolore, vitâ. Eximere aliquid alicui quod eum angat, *Cic.* Eximere curam alicui, *Plaut.* Exuere patrimonio aliquem, *Suet.* Fraudare aliquem voluptate, *Plin. Jun.*

Orbatio] Orbitas. Privatio. Spoliatio omnium rerum, *Cic.* Viduitas auxilii, omnium auxiliorum, *Plaut.*

Orbis,

Orbis, vid. *Mundus, Circulus.*

Orbus aliqua re] Expeculiatus, *Plaut.* Viduatus aliqua re, *Lucr.* Viduus pharetrâ Apollo. *Hor.* Nudatus, *Cic.* Privatus: Cui quid ademptum eſt, *Feſt.*

Orcinus. Orcus, vid. *Infernalis, &c.*

Ordinare] In ordinem reponere, *Col.* Collocare ex ordine. Redigere in ordinem. Digerere. Diſpenſare, *Cic.* Suo quidquo loco reponere. Diſponere quidque ſuo ordine, *Col.* Ponere ordine vites, *Virg.* Concenturiare in corde ſycophantias, *Plaut.* Inſtruere copias, *Cæſ.*

Ordinariè, vid. *Vulgo.*

Ordinarius, vid. *Vſitatus.*

Ordinatè, vid. *Ordine.*

Ordinatus] Ordinatior pars mundi, *Sen.* Ordinatiſſimus ſtellarum meatus, *Apul.* Ordinaria ſemina, quæ ordinem ſuum obtinent, *Col.* Diſpoſita vita hominis, *Plin.* Inſtructus, *Vlp.*

Ordo] Series artis, *Cic.* Ordinatio vitæ, *Col.* Tenor dierum, *Virg.*

Ordo ſervandus] Bos currum trahit, non bovem currus. Tribulis factus ſerva ordinem.

Ordinem ſervare] Rectè atque ordine facere omnia. Ordine adminiſtrare. Referre ſe ad ordinem, *Cic.* Sequi ordinem vitæ, *Plin.*

Ordinè] Ex ordine dicere. Ordinatim, *Cic.* Per ordinem, *Quint.* Ordinatè, *ad Heren.* Ordinatius, *Apul.* Diſpoſitè aliquem accuſare. Viâ ac ratione procedit oratio, *Cic.* Conſequenter. Regulariter, *Vlp.*

Ordine ſe res inſequuntur] Alpha ſequitur beta. Viam qui neſcit ad mare, fluvium ſequatur.

Ordiri, vid. *Incipere.*

Oretenus. Barb.] Coram inter nos conferemus. Coram ex ipſo audiebamus. Sed hæc coram, *Cic.*

Orexis, vid. *Appetitus*, & *Bulimia.*

Organa] Organa Muſica, *Quint.* Spiritalis machina, *Vitr.* Organum pneuſticum, *Ioſ. Scal.* Armamenta cantus, *Plin.*

Organarius] Organicus, *Lucr.* Pſaltes, *Iun.*

Orichal-

Digitized by Google

Orichalcum] Æs coronarium, *Plin.*

Oriens] Orientis ſolis partes. Orientis oræ. Exoriens. Exortus, *Cic.* Ortus. Subortus, *Lucr.* Solifera plaga cœli, *Sen.* Plaga eoa.

Orientalis] Ortivus ſol, *Apul.* Ortivus cardo, *Manil.* Exortivus Oceanus, *Plin.* Eous orbis, *Ovid.*

Orificium] Oſtium fluminis, *Cic.* Os vaſculi, *Quint.* Fauces amphoræ, *Col.* Caput fluminis, *Cæſ.*

Origo] Orſus. Primordia rerum. Incunabula virtutis. Radix. Prima adoleſcentia. Fons. Semen, *Cic.* Avaritia *metropolis* malitiæ, *Bion.* Cubilia avaritiæ. Cunabula gentis, *Virg.* Summus puteus, *Plaut.*

Origo alicujus mali] Hinc belli initium.

Origo omnium eadem] Idem omnia pulvis. Omnis ſanguis concolor, virtus nos ſeparat.

Orion] Jugula, *vel*, Jugulæ, *Plaut.*

Oriri] Exoritur ſtella, *Plin.* Surgit luna, *Tac.* Oboritur lux. Emergunt ſtellæ, *Cic.* Redeunt ſoles, *Catul.*

Oriundus] Natio Macedo, *Plin.* Ortu Tuſculanus. Oriundus ab ingenuis, Genere Andria, *Ter.* Oriundus liberis parentibus, *Col.* Turnus ab Africa, id eſt, Africanus, *Liv.*

Oritur] Incipit ver, febris, *Cic.* Cooritur peſtilentia, *Liv.* Committitur bellum, *Non.* Exoritur clamor. Præluditur vitæ meliori, *Sen.* Cœptus eſt, *Cic.* Incipitur, *Liv.* Optimè incipitur à longis, *Quint.* Recipit res, *Lucr.*

Ornamentum] Ornatus verborum. Inſtructus orationis. natio, *Cic.* Color. Venus, *Quint.* Pigmenta. Floſculi, Lecythi. Venuſtas. Lepos, nitor, gratia, lenocinium, emblemata, myrothecia, fuci, phaleræ, dignitas, cultus, polities, *Eraſ.* Vid. *Decor.*

Ornare] Exornare. Ornare & veſtire res inventas. Domino domus honeſtanda eſt. Cohoneſtare. Illuminare, pingere verbis. Colorare, Adornare. Ornamentis afficere. Ornatum afferre. Ornatu ornare. Honori eſſe. Decorare patriam ſpoliis, *Cic.* Condecorare. Inveſtire. Mangonizata villa, *Plin.* Perornare, *Tac.* Ornamento eſſe alicui.

Digitized by Google

alicui. Mactare aliquem honoribus. Ornamenta congerere,*Cic*. Colere aliquid,*Ovid*. Recolere antiquum decus,*Tac*. Illuſtrare nomen alicujus: laudibus aliquem,*Cic*. Comere, expolire, perpolire, venuſtare, picturare, *Er*.

Ornatè] Decorè, politè, ſplendidè, luculentè. Concinnè, compoſitè, rotundè dicere, *Cicer*. Non inornatè dicere, *ad Her*.

Ornatus veſtitu] Graphicus, pergraphicus. Graphicè exornatus, *Plaut*. Luxurioſus corporis cultus, *Quint*. Veſtitu eſt ad munditiem curioſo. Elaboratus ad ſpeciem incedit, *Macrob*. Pulchrè induſiatus adoleſcens, *Apul*. Paludatus, *Claud*. Pavo, *Adag. Athenienſ*. Unde hic nobis Pavo?

Orphanus] Orbus, *abſ. Quint*. Orbus filius patre, *Cicer*. (Orbus pater, vid. *eſt ſine liberis*, *Cic*.) Nudus à propinquis, *Id*.

Ortus ſolis] Exortus, *Plin*. Emerſus Caniculæ, *Col*. Coortus ſolis. Subortus ſtellarum, *Lucr*.

Ortus prodit futuræ rei incrementa] Urit maturè, quod vult urtica manere. Protinus apparet planta futura ferax.

Os] Ora, *Ovid*. Os aliis animantibus ad inferendum ventri copias comparatum; ſed homini *Promptuarium* potiùs rectæ rationis, & ſuaviſſimæ orationis datum eſt, *Apul*.

Os, oſſa] Oſſei lapides, *Plin*. Teſta, *Celſ*. Oſſum, *Ter*.

Oſcitans] Oſcitabundus. Oſcitator, *Henr. Steph*. Qui vitio oſcedinis tenetur, *Gell*. Scordalus, *Sen. interpr. Biſcitl. qui vocat* Pandiculatorem.

Oſcitare] Pandiculans oſcitatur, *Plaut*. Oſcitationes longas trahere, *Mart*.

Oſcitatio] Hiatus oris, *Cic*. Oſcedo, *Gell*.

Oſculari] Dare oſculum. Excipere oſculo aliquem. Reddere oſcula manu, *Plin*. Impertire aliquem oſculo. Delibatum digitis oſculum ad os ſuum referre; *Suet*. Affigere oſcula, *Lucr*. Contingere oſculo, *Liv*. Fatigare dextram oſculis, *Tac*. Contererere oſculis manus alicujus, *Sen*. Suaviari; diſſuaviari. Dare ſuavium, *Cic*. Oppangere, pangere, facere ſuavium, *Plaut*. Exoſculari, *Sipont*.

Digitized by Google

Oſculum] Oſculatio. Suavium, *Cicer.* Suaviatio, *Gell.* Exoſculatio, *Plin.* Suaviolum, *Catul.* Baſium, Baſiatio, *Mart.*

Oſor] Infenſus alicui, *Cic.* Inviſor, *Apul.*

Oſſarium] Oſſuarium, *Vlp.*

Oſtendere] Oſtentare. Convincit ratio ipſa. Declarare vim verbi. Exhibere, indicare. Dare ſpecimen virtutis. Probare fidem ſuam, *Cic.* Arguere: degeneres animos timor arguit, *Virg.* Ratio aliquid dictat, *Plin.* Evincit ratio, *Hor.* Stare, conſiſtere, in aliquo, *Cic.*

Oſtenſio] Declaratio amoris, demonſtratio. Significatio pudoris, *Cic.* Indicatura dolorum, *Plin.* Exhibitio chirographi, *Gell.* Monſtratio, *Ter.* Monſtratus urbium novo hoſpiti gratus eſt, *Sen.*

● *Oſtentare ſe*] Præ ſe ferre aliquid. Vultu & verbis aliquid ſignificare, *Cic.* Vultu ferebat quos ſpiritûs geſſiſſet, *Tacit.* Habere, præferre ſtudium ſapientiæ, *Plin. Iun.* Promittit neſcio quid magnum, *Petron.* Formatus in admirationem, *Suet.* Præ ſe gerere aliquid, *Cic.* Prætendere, proferre, *Quint.*

Oſtentare] Animum Achilleum ſpirat. Animos leonum præ ſe ferentes.

Oſtentatio] Pompa. Jactatio popularis. Venditatio, *Cic.* Scena, *Suet.* Pulchrum eſt digito monſtrari. Dicta phalerata, *Ter.*

Oſtentatio præmatura] Capra nondum peperit, & hœdus ſaltat in tectis. Triumphus ante victoriam.

Oſtentatio provocat invidiam] Corvus ſi poſſit tacitus paſci.

Oſtentatio ſuſpecta] Oſtentatio mendacii ſuſpicionem habet.

Oſtentator] Affectator, *Quint.* Salaco, *vel,* Salacon, (*i. qui pauper eſt, & dives vult haberi.*) Ita ambitioſus, ut omnes nos quotidie perſalutet, *Cic.* Pauper ambitioſus, *Quint.* Staperda, *Varr.* Bellus, *Mart. Plin. Iun.* Laudicœna, *Id.* Laudicœnus, *Manut.* Vid. *Iactator.*

Oſtentum, vid. *Monſtrum.*

Oſtia-

Digitized by Google

Oſtiarium, vid. *Cenſus qui per &c.*

Oſtiarius, vid. *Ianitor.*

Oſtium. vid. *Ianua.*

Otiari] Otioſum eſſe. In otio eſſe. Sequi otium. Otium eſt tempus conterere. Ceſſare. Ceſſatorem eſſe. Vacare ab omni curatione & adminiſtratione rerum, *Cic.* Agere otium, *Virg.* Dare ſe otio, *Plaut.* Ducere otia ſegnia, *Ovid.* Pendent opera, *Virg.* Sedere ferias, *Plaut.*

Otio torpere] Otio tabeſcere. Hebeſcere & langueſcere in otio. Torpere ceſſatione. Tardari animo, *Cicer.* Marceſcere deſidiâ & otiô, *Liv.* Conſeneſcere veterno; *Col.* Manum habere ſub pallio. Pulmonis vitam vivere.

Otiosè] Deſidioſe vitam agere, *Lucr.*

Otioſus] Otioſiſſimus, *Plin.* Diffluens otio. Immunis. Feriatus: & feriatus à negotiis. In otio eſt; in otio deſes vivit. Otium ſequitur. Subroſtranus, *Cic.* Ceſſator operarius, vacuus operarius, *Col.* Vacuus rerum, *Tac.* Operum, *Liv. Hor.* Deſidioſus, *Ovid.* Maleferiatus, *Hor.* Subbaſilicanus, *Plaut.* Reſes populus, *Virg.* Inficiens, *Varr.* Nihil penſi habet, quomodo tempus tranſigatur. Avis ſine volatu. Cœlum ſine roratu. Omiſſus animus. Omiſſior ab re.

Otioſus benè paſtus] Bos ad præſepe; in ſtabulo. Graveſtellus, vel graviſtellus, *Plaut.* Telluris inutile pondus. Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati, *Hor.*

Otium] Otium ab re. Ceſſatio, *Cic.* Otium operis, *Plin.* (Vacuna, Dea otioſorum, *Plin.*] Deſidia, *Ovid.* Pulvinar Satanæ. Vivi hominis ſepultura.

Oviaria] Lanicium, *Arnob.* Grex ovium, *Virg.* Laniger grex.

Ovile] Caula, *Virg.* Cohors ovium, *Col.*

Ovis] Lanare pecus, *Varr.* Agnus fœmina, *Scal.* Agna, *Varr.* Lanigeræ pecudes, *Lucr.* Bela, *pl. Varr.* Balantum pecudes, *Lucr.* Lanatum pecus, *Col.* Ambidens, *Feſt.*

Ovum] Fœtus gallinæ, *Col.* Pullus non-dum natus.

Ovum corruptum] Ovum irritum, hypenemium, Zephyrium; quod Zephyro flante generatur, urinum, cynoſu-

Digitized by Google

rum. Fœtus ovi corruptus, *Plin.* Subventaneum ovum, *Cæl. Rhod.*

Ovum incorruptum] Ovum pulleſcens, animatum, *Col.* *Oppoſitum*, ſilens ovum, *Id.*

Oxygala] Oxygalum. Lac crebro jactatu coactum. Sedimentum lactis à butyro ſeparato. Acor lactis jucundus, à butyro ſeparatus, *Plin.* Lac ſeroſum, *Iun.*

P.

P*Abulari*] Frumentari, *Cic.* (Copiari, lignari, aquari, caſtrenſia verba ſunt, inquit, *Gell.*)

Pabulatio] Frumentatio, *Liv.* Sitonia, *Vlp.*

Pabulator, vid. *Annonæ præf.*

Pabulatorius] Pabularis vicia. Eſculentus, *Col.* Eſcarius, *Plin.* Annonarius, *Veget.* Fungibiles res, *apud ICtos.*

Pabulum] Paſtûs ex ſe fundit petra beſtiis, *Cic.* Porculatoris & ſubulci diverſæ paſtiones, *Col.* Ubi idonea pabulatio eſt, *Varr.*

Pacare] Perpacare aliquem, *Liv.* Vid. *Tranquillare*, *Placare.*

Pacatè] Quietè acta ætas. Tranquillè placidéque, *Cic.* Quietiſſimè, *Caſ.* Tranquillò, *Plin.* Tranquilliſſimè, *Suet.* Placidè accubare. Pace advenio, (*i. pacificus*) *Plaut.*

Pacator, vid. *Arbiter.*

Pacatus, vid. *Tranquillus.*

Pace tuâ, vid. *Venia ſit.*

Pacificare, *i. pacem tractare*] Pacificatum venêre legati, *Liv.* Facere pacem, *Cic.* Pangere pacem cum aliquo populo, *Liv.* Patrare pacem, *Tac.* Componere cum aliquo pacem, *Plaut.*

Pacificatio] Compoſitio. Deciſio; conciliatio; concordia, *Cicer.* Ita res concordiâ coaluit, *Liv.* Conciliatura, *Sen.*

Pacificator] Pacator, *Sen.* Reconciliator, *Liv.* Conciliator. *Varr.* Commeator, *Apul.* Internuncius, *Sipont.* Vid. *Arbiter.*

Pacifi-

Pacificus] Oleo tranquillior, *Eraſ.* Abeſt à contentione, *Cic.* Fugiens litium, *Ter.* Vid. *Quietus.*

Paciſci cum aliquo] Condicere alicui, *Sen.* Condicere locum, tempuſque coëundi, *Iuſt.* Condictus ſtatus, dies cum hoſte, *Plaut.* Pactionem cum aliquo cum aliqua re facere, conficere, conflare. Pactionem pecuniarum agere. Ad pactionem & conditionem aliquam venire. Conſtituere mercedem funeris &c. Depaciſci cum aliquo partem ſuam. Depaciſci aliquo periculo. Adducere, perducere ad aliquam conditionem. Adſtringere aliquem conditionibus. Decidere cum aliquo de aliqua re. Conſtituere inter ſe, *Cic.* Depaciſci ad conditionem, *Id.* Depeciſci, *Muret.* Struere mercedem, *Cic.* Conſtituere cum aliquo, *Ter.* Pangere cum aliquo de aliqua re, *Plin. Iun.* Pangere inducias. Conditionibus accipere populos in ſocietatem, *Liv.* Emere operam alicujus, *Plin.*

Pactio] Pactum, Pacta-conventa, Conventum, Conventus, Conditio, Conſtitutum, Stipulatio, *Cic.* Conventio, *Vlp.* Condictum, Condictio, *Feſt.* Contractus, *IC.* Auctoramentum, Formula, *Sen.*

Pactor] Conditor diſciplinæ militaris, *Plin. Iun.* Conſtitutor, *Quint.* Conditor legum, *Plaut.* Sanctor, *Tac.*

Pactus] Status. Condictus dies cum hoſte, *Plaut.* Conventa pax, *Sal.* Compoſita hora, *Hor.* Statutus dies, *Liv.* Præfinitus: præſtituta dies, *Cic.*

Pædagogus] Pædonomus, *Alex. Neap.* Cuſtos herilis, *Plaut.* Formator morum, *Plin. Iun.* Animi formator & inſtitutor, *ſcil. puerilis. Col.* Magiſter morum puerilium. Magnus bajulus, *Codin.*

Pænula, vid. *Penula.*

Pætulus] Pætus, *Hor.* Patranti fractus ocello, *Perſ.* Patrans oculus libidinoſi. Fractus effœminati & parum viri, *Marſil.* Morſicantes oculi, *Apul.* Mollis petulantia oculorum, *Petron.*

Paganicus] Pagana lex, *Plin.* Ruſticus. Ruſticana vita, *Cic.* Ruralis, *Macrob.* Rureſtris, *April.* Ruricola bos, *Ovid.* Ruſticulus libellus, *Mart.* Paganalis, *Varr.* Villaticus, *Col.* Villanus, *Sipon.* Vicanus homo, *Cic.*

Digitized by Google

Pagina] Paginula ; pagella , *Cic.* Prima & ſecunda cera, *Suet.*

Pagina inſcripta utraque] Opiſtographus commentarius, *Plin.* Aversâ & adversâ paginâ ſcriptus, *Hermol.*

Pagus] Rus, *Ter. Hor.* Villa, *Cic. Varr.*

Pala] Infurnibulum, *Grip. & Iun.*

Palæſtra] Arena, *Mart.* Palæſtra & Ceroma, *Plin.* Gymnaſium, *Plaut.* Xyſtus. Stadiata porticus. Paradromis, *Vitruv.*

Palæſtrica ars, vid. *Pugillatus.*

Palàm, vid. *Manifeſtè.*

Palam eſt] Liquet, conſtat, patet, apparet. Clara res, toto orbe celeberrima & notiſſima. Id ſolis videtur luce clariùs. Clara & teſtata res eſt. Pateſcit res. In promptu eſt, & patet. Apertum eſt omnibus. Ante oculos poſitum eſt. In oculis & in conſpectu. Perſpicuum eſt omnibus. Controverſia non eſt. Res ipſa loquitur, quæ ſemper plurimum valuit. Videre licet. Res percrebruit. In ore atque ſermone omnium eſſe cœpit. Id ita perſpicuum eſt, ut judicare oculis poſſimus, *Cicer.* Claret, *Lucr.* Clareſcit, *Macrob.* Manifeſtum habeo, *Saluſt.* Manifeſtaria res eſt, *Plaut.* In confeſſo eſt, *Plin.* In propatulo poſitum, *Liv.* Videre eſt, *Hor.*

Palanga] Phalanga, *Plin.* Palangæ: Palancæ: Plancæ, *Scal.* Chamulcus, *Amm.*

Palangarius, vid. *Bajulus.*

Palatium] Baſilica, *Vitr.* Regia, *Id.* Auguſtale, *Quint.* Prætorium.

Palatum] Palatus, *Cic.* Cœlum, *Sipont.* Cœlum oris, *Calep.* Templa linguæ humida, ſudantia, *Lucr.* Gulam Domini debet habere coquus, *Mart.*

Palea] Acus, eris, *Cat.* Acus, us, *Col.*

Paleatus] Acerosus panis. Aceratus, *Feſt.*

Palla] Stola. Crocota, *Cic.* Peplus, *Virg.* Peplum, *Plaut.* Cyclas, *Propert.* Supparus, & Supparum, *Varr.*

Pallere] Palleſcere, Exalbeſcere, Expallere, Exſanguem eſſe, *Cic.* Pallorem trahere, *Col.* Impalleſcere, *Stat.* Excidit alicui

Digitized by Google

alicui color, *Ovid.* Et redit infelix effoſſo concolor auro, *Sili.*

Palliatus] Palliolatus, *Mart.* Palliolatim amictus, *Plaut.* Sciſſili palliaſtro amictus, *Apul.* Reciniatus & Riciniatus, *Feſt.*

Pallidus] Pallidulus, *Catul.* Vepallidus, *Hor.* Pallore peremptus, *Lucr.* Exſangui colore, *Ovid.* Sine colore, *Cic.* Mali habitûs corpus, *Celſ.* Cachectos, *Plin.* Luridus pallor. Excidit illi color, *Ovid.* Cadaveroſa facies, *Ter.* Squalidus, *Liv.*

Palliolum] Palliaſtrum, *Apul.*

Pallium] Palliolata tunica, *Apul.* Bardocucullus, *Ruder.* Ricinum, vel ricinium, *Cic. Varr.* Recinus, *Serv.*

Pallor] Luror corporis, *Lucr.*

Palma, pro manu] Explicata manus, *Quint.*

Palmarius] Palmaris virgula, *Varr.*

Palmes] Pampinus, *Col.* Suboles vitium, *Id.* Propago, *Plin. Virg.* Vitis minor, *Varr.* Vitis tenera in vite, *Cat.* Flagellum vitis, *Virg.* Sarmentum vitis, *Col.* Vid. *Reſex.*

Palmipes] Plancus, *Plin. Feſt.* Planipes, *Quint.* Plautus, Plotus, *Feſt.* Panſa, *Plin.*

Palmoſus, de arb.] Palmifer, *Ovid.*

Palpare] Tentare aliquid digitis, *Col.* Manticulari, *Apul.* Sollicitare manu, *Virg.* Pertractare, *Petron.*

Palpatio] Prætentatus, ûs, *Plin.* Contrectatio, *Apul.*

Palpator, vid. *Adulator.*

Palpebræ] Pili palpebrarum, *Celſ.* Vallum pilorum, *Cic.* Cilia, *pl. Iun. Gorr.*

Palpitare] Micant venæ, *Cic.* Emicat cor, *Plaut.*

Palpitatio] Palpitatus, *Plin.*

Paludamentum, veſtis militaris] Abolla, *Mart.* Lacerna, *Propert.* Læna, *Non.* Chlæna, *Sipont.* Sagum. Chlamys, *Cic.* Chlamydula, *Plaut.* Sagulum, *Liv.* Sagochlamys, *Trebell.* Gauſape purpureum, *Hor.*

Paludoſus] Paluſtris, *Col.* Paludifer, *Auct. Philom.*

Palumbus] Palumbus major, torquatus, *Geſn.* Palumba, *Propert.* Palumbes, *Virg.*

Palus, fuſtis] Sublica, *Vitr.* Cippus, *Caſ.* Stylus, *Hirt.*

Digitized by Google

Ficolea, (palus ficulneus) *Feſt.* Vallus, *Cic. Virg. Sudes, ſtipiteſque* præacutos defigit, *Caſ. Liv.* Surus, *Feſt. Scal.* Ridica, *Varr.*

Palus, aqua cænoſa] Terra ſtagnata palude, *Col.* Locus paluſtris, *Caſ.*

Pampinare, vid. *Putare.*

Pampinus, vid. *Palmes.*

Panacea] Panax, *Col.* Panaces: Panaces ipſo nomine omnium morborum remedia promittit, *Plin.*

Pandari, i. incurvari] Pandare, *Vitr.* Pandatione ſidit contignatio, *Id.* Incurveſcunt rami ubertate, *Cic.* Cedunt rami oneri, *Mart.* Incurvatur ceditque ponderi robur oleæ, *Plin.* Secedit trabes pondere, *Stat.*

Pandiculari] Pandiculans oſcitatur, *Plaut.*

Pandiculatio] Inter oſcitandum totius corporis extenſio, *Feſt.*

Pangere] Adigere clavos in crucem, *Sen.* Incutere clavum parieti, *vel*, in parietem, *Liv. Plin.* Depangere, *Plin.* Refigere, *Col. Virg.* Vid. *Depangere.*

Panificium] Furnaria: Furnariam exercere, *Suet.*

Panis] Piſtrinarum opera, *Plin.* Cereale donum. Ceres, *Virg.*

Panis aceroſus] Panis ſordidus, *Suet.* Panis cibarius, *Cic. Plin.*

Panis ſecundarius] Panis ſecundus, *Hor.* Panis furnaceus, Autopyrus, *Plin.* Panis ſequens, *Lamp.* Panis agelæus, *Cæl. Rhod.* Gregarius, *Gor.*

Panis candidus] Panis triticeus, *Ovid.* Panis niveus, *Iuv.* Primarius, *Quint.* Panis ſiligineus, *Sen.* Panis ſitanius, *Plin.* Similaceus, ſimilagineus, *Iun.*

Panis bis coctus] Panis ad uſus diuturnitatem excoctus, *Amm.* Panis nauticus, *Plin.* Panis rubidus, *Plaut.* Buccellatum. *Amm.* Paximas, atis, *Meurſ.* Paxamas, & atius, *Lipſ.*

Panis ſubcineritius] Panis focarius, *Sipont.* Panis ſpeuſticus, militaris, *Plin. Lipſ.* Panis ſubitus, nec benè excoctus, *Plin.*

Digitized by Google

Pannifex] Lanarius, *Plaut.* Artis lanificæ doctiſſimus, *Claud.* Textor lacernæ, *Iuv.* Textor tunicarum, *Firmic.* Lanificus. Lanarius artifex, *Sipont.*

Pannificium] Lanificium, *Col.* Ars lanifica, *Claud.*

Pannoſus] Semilacer. Lacer homo, *Ovid.* Pannuciatus, *Pompon.* Sciſſili palliaſtro ſemiamictus, lurore ac miſerâ macie deformatus, *Plin.* Sentus, *Ter.* Sordidatus, *Plaut.* Pullatus, *Suet.* Obſoletiùs veſtitus: malè veſtitus, *Cic.* Veſtitus vix ad privati modicè locupletis habitum. *Liv.* Tunicatus, *Hor.* Pannis obſitus, *Ter.* Pannucius homo, *Perſ.* Mediocriter veſtitus, *Ter.* Feneſtrata domus, *Plaut.*

Pannus] Pannum, *Non.* Ovium villi contexti.

Panſa, vid. *Pamipes.*

Panthera] Varia, *Abſ. Plin.* Pardalis, *Iun.*

Panurgus] Polytropus. Omnium horarum homo.

Panus] Tramæ involucrum, *Non.* Panulia, *vel*, Panucla, *Iſid.* Panula; *Non. Scal.* Panulla, *Aug.*

Papilio] Volatilis eruca.

Papula] Puſtula; *Celſ. Plin.* Puſula tumens, *Turn.* Epinyctis, *Celſ. Plin.*

Papyraceus] Chartaceus, *Vlp.* Papyrinus, *Varr.* Papyrifer, *Ovid.*

Par] Jugum impiorum, *Cic.* Conjugium, *Plin.*

Par, adj. vid. *Æqualis.* *Par eſt*, vid. *Fas eſt.*

Paralyſis] Reſolutio nervorum, *Celſ.* Sideratio nervorum, *Scrib.* Sidus, *Mart.* Sidere eſt percuſſa tibi Zoile lingua.

Paraphernalia, vid. *Dotalia dona.*

Parare] Præparare res neceſſarias. Comparare inſidias. Conſtituere, Concinnare. Struere bellum. Inſtruere inſidias. Ornare convivium. Adornare, Machinari aliquid, Parturire, *Cic.* Apparare cœnam; *Ter.* Præſtruere; *Apul.* Inſtituere dapes, *Virg.* Paritare, *Plaut.* Expedire equos, *Liv.* Moliri, aptare, *Virg.* In procinctu verſari, *Vlp.* Præſternere aliquid, *Plin.*

Parare ſe ad] Aptare ſe fugæ. Moliri fugam. Comparare ſe ad aliquid, *Cic.* Accingere ſe operi, *Virg.*

Paraſitari, vid. *Adulari.*

Digitized by Google

Paraſitus] Aſſecla menſarum, *Cic.* Stultorum divitum arroſor, *Sen.* Cœnipeta, *Sipont.* Aſſectator cœnarum, quas improbitate linguæ meretur, *Sen.* Captus nidore alienæ culinæ, *Iuv.* Amicus circa ſartaginem, *Plaut.* Alter Melanthus (*qui fuit Alex: Pherei paraſitus.*) Muſca, *Cæſaris Getæ aſſecla.* Aſymbolum comedens. Ollarum venator. In ventrem ſumpſit confidentiam, *Plaut.* Paraſitaſter.

Paratus] Paratiſſimus ad omnem eventum, *Cic.* In expedito eſt, *Sen.* Promptus ad aliquid, *Cic.* Succinctus ad, *Quint.* Præſens auxilium. Inſtructus ad mortem contemnendam. Ad manum ſervus, *Cic.* Præſentarius. In mundo eſt, *Plaut.*

Parata habere omnia] In numerato habere, *Sen.* In promptu: in procinctu. Proclive, in proclivi, obvium, expoſitum, expromptum, in ſtatione, ad manum, ex tempore, extemporaneum, *Eraſm.*

Paratus certamini] Procinctus miles, *Feſt.* In armis eſt, *Cic.*

Parcè] Parciùs, *Cic.* Exiguè, *Cæſ.* Malignè, *Liv.* Perparcè, *Ter.* Parciſſimè, *Col.* Exiguè ſe habuit frumentum, *Cæſ.*

Parcè vivere] Defraudare genium.

Parcere alicui] Parcere nominibus aliquorum, *Quint.* Auribus alicujus, *Cic.* Comiter conſervare. Honorificè tractare aliquem. Colere, Obſervare aliquem. Colere obſervantiâ aliquem. Obſervantiſſimum eſſe alicujus, *Cic.* Reverenter habere, *Auſon.* Honeſtè mactare. Benè ac pudicè hanc habui domi meæ, *Plaut.* Habere dignitatem alicui, *Plin. Iun.* In ſinu geſtare aliquem, *Ter.*

Pacere ſibi] Habere rationem valetudinis. Tribuere aliquid valetudini. Defendere valetudinem. Habere ſalutis rationem. Indulge tuæ valetudini. Præſta te incolumem. Parcere ſuæ valetudini, vitæ, *Cic.* Conſulere ſuæ ſaluti, *Cæſ.* Reſpice te, *Plaut.*

Parcitas] Parſimonia nimia, *Ter.* Ruſtica & inculta parſimonia. Illiberalitas. Sordes, *Cic.* Malignitas conferendi, *Liv.* Tenacia, Tenacitas.

Parcus]

Digitized by Google

Parcus] Parcus & tenax pater. Sordidus, *Cic.* Parcè parcus, Triparcus Senex. Homines miſerè miſeri. Miſeris modis victitantes, *Plaut.* Præparcus, *Plin.* Deparcus, *Suet.* Perparcus, *Pelli.* Attentiores ſumus ad rem quàm ſat eſt, *Ter.* Malignus, *Quint.* Homo aridus, *Ter.*

Parcum eſſe] Parcere ſumptui, *Cic.* Parcè, exiguè facere ſumptum. Claudere benignitatem, *Ter.* Parcere impenſæ. Malignè præbere alicui, *Liv.* Nec ita claudenda eſt res familiaris, ut eam benignitas aperire non poſſit, *Cic.* Introrſus referre fines benignitatis, *Sen.*

Parelius] Sol geminatus, *Gaz.* Bini, terni ſoles, *Sen.* Parelia, *Pl. Id.* Gemini ſoles, *Bud.*

Parens] Procreator, Genitor, *Cic.* Generator. Auctor generis, Sanguinis, *Virg.*

Parentalia] Epulum funebre, *Cic.* Cœna feralis, *Iuv.* Epulæ ferales, *Plin.* Ad ſepulchrum *ſilicernium* confecimus, *Varr.*

Parentare, vid. *Exſequias celebrare.*

Parentatio, vid. *Exſequiæ.*

Parentela, vid. *Cognatio.*

Parere, vid. *Obedire.*

Parere] Excludere partum, *Celſ.* Edere partu filium, *Tac.* Generare hominem. Fœtum fundere, *Cic.* Dare liberos, *Catul.* Progignere, Procreare, Producere, Profundere, *Cic.* Progenerare fœtum. Fœtare, Fœtificare, *Plin.* Eniti, *Quint.* Eniti partum, *Liv.* Creat terra fructum, *Quint.* Citat fructum planta, *Pallad.*

Paria paribus conveniunt] Æqualis æqualem delectat. Æqualitas haud parit bellum. Deus ſimile ducit ad ſimile. Similitudo conſervat amicitiam, & generat.

Paritas, vid. *Æqualitas.*

Pariter] Perinde ac ſi, *Cic.* Vid. *Æquè ac.*

Parma] Scutum, *Cic.*

Parmatus] Scutatus, *Cic.* Parmularius, *Quint.* Scutigerulus, *Plaut.* Cetratus, Peltatus, Peltaſta, *Liv.* Peltifer, *Stat.*

Paroxyſmus] Acceſſio morbi, *Celſ.*

Digitized by Google

Parricidium, vid. *Homicidium.*

Pars] Particula, *Cic.* Portio, *Plin.* Sors, *Ovid.*

Parſimonia, vid. *Parcitas. Frugalitas.*

Parſimonia utilis] Parſimonia magnum vectigal. Ex frugalitate ubertas. Non eſſe emacem, vectigal eſt.

Partes diſſidentes] Factio, *Caſ.* Pars: Partium ſtudioſi homines. Litigatores, *Cic.* Secta, *Lucr.*

Partium utrique aſſentari] Duabus ſedere ſellis.

Partium neutri aſſentiri] Integrum ſe ſervare.

Particeps] Particeps alicui rei, *Curt.* Particeps doloris, *Cic.* Conſors laudis, *Plaut.* Compos urbis. Socius doloris, Affinis ſceleris. & ſceleri, *Cic.*

Participare] Participem eſſe. Venire in ſocietatem laudum, *Cic.* Venire in partem alicujus, *Quint.* Venire in ſortem provinciæ. In parte laboris ac periculi eſſe, *Liv.*

Participatio] Participium, *Caſſ.* Communio civitatis. Contagio belli, *Cic.* Participatus imperii, *Spart. Capit.*

Particula] Portiuncula, *Apul.*

Particulatim] Partibus, *Col.* Carptim, *Liv.* Per partes, *Vlp.* Partiliter, *Arnob.*

Partim] Ex parte gaudeo, *Cic.* Sed id *parte* curavi, ut caverem, *Plaut.* Vid. *Tum tum.*

Partim-partim] *Cic.* Amici me *partim* deſeruerunt, *partim* prodiderunt, *Plin.* Flos *parte* flavus, *parte* melleus, *Quintil.* Interrogatio *in parte* expoditior, *in parte* difficilior, *Tac.* Milites *pars* fiduciâ, *pars* dolore, *Liv.* Omnes *ſimul* ſpernebant, *ſimul* metuebant.

Partiri] Partes facere. In partes tribuere. Partiri in membra. Diſpertiri in membra, in minima, *Cic.* Vid. *Diſtribuere, dividere.*

Partitor] Diſtributor, *Cic.* Tributor. Diſcriminator mundi, *Apul.*

Partum] Collectum, *Plin.* Quæſitum, *Ovid.* Collectaneum æs, *Plin.* Appoſitum, acquiſitum, *Sen.* Coactura, *Col.* Antepartum: ne antepartum demus poſtpartoribus, *Plaut.*

Parta iniquè, haud diuturna] Malè parta, malè dilabuntur. De malè quæſitis non gaudet tertius hæres.

Partu-

Digitized by Google

Partura] Partus, procreatio, progeneratio mularum, Satus, us, *Cic.* Fœtus, *Col.* Enixus, Genitura alitum, Generatio ovorum, *Plin.* Partio, *Varr.* Germinatio arborum.

Parum] Perparum, Pauxillum, *Plaut.* Nimiô minus, Multò parum, *Id.* Paulò plus, Perpaulum, Perpaululum, Exiguè. Puſillum laxamenti, *Cic.* Modicè, *Plin.* Perhilum, *Lucr.*

Parum intereſt] Pluma haud intereſt, *Plaut.* Parvulum refert, *Plin. Iun.*

Parum verè] Extra veritatis curriculum curſum eſt ſæpe.

Parum aberat, quin aſſequeretur] Penè ſcopum attigeras, Propè ſcopum attigeras. Propemodum attigeras ſcopum. Parum abfuit, ut ſcòpum attigeris, *Eraſm.*

Parum aberat à pugnâ] Parum aberat, quin pugnarent. Minimum aberat, ut homini manus injiceret. Vix hominem cohibui, quò minus manus injiceret. Tantum non conſerebant manus, *Eraſ.*

Parvus] Modicus. Corpore *veſco*, ſed eximiis viribus, *Plin.* Exiguus, Tenuis, Tenuiſſimus, *Cic.* Pertenuis, *Plaut.* Pauxillus, *Lucr.* Vegrandis, *Ovid.* Pumilus, *Apul.*

Parviparva] Molâ ſalſa litant, qui thura non habent. Pauperis eſt numerare pecus.

Parva non contemnenda] Formicæ etiam ineſt bilis. Capillus quoque ſuam umbram habet. Habet & muſca ſplenem.

Parva etiam juvant aliquid] Et quæ non proſunt ſingula, multa juvant. Exigua etiam ſcintilla in tenebris micat. Ex minimis initiis maxima.

Parva interdum prævalent magnis] A cane non magno ſæpe tenetur aper. Pluvia parva magnum ſæpe ſedavit ventum.

Parvo adſveſce] Parum accipere plus eſt, quàm nihil omnino.

Parvitas] Exiguitas, Exilitas, *Cic.* Minuties, *Apul.* Pumilitas gallinarum, *Col.*

Paſcalis] Paſcualis ovis. Herbilis anſer, *Feſt.* Herbaticus, *Vopiſc.* Chortinus, *Plin.*

Paſcha]

Digitized by Google

Paſcha] Dies anniverſarius reviviſcentis Chriſti. *Magnus* dies, *Tac.* Hebdomada renovationis. *Quia, Chriſto in vitam redeunte, renovata ſunt omnia.*

Paſcere] Servare pecudes, *Ovid.* Bubulcitare, *Apul.* Bubulcitari, *Plaut.* (*Boves paſcere.*) Impaſcere, *Com.* (*Compaſcere*, vero *eſt ſimul paſcere.*)

Paſci] Armenta per herbas *paſcebant, Ovid.* Paſcitare, *Var.* Pabulari. Impaſci (*i. in aliquo loco paſci*) *Col.* Pecus carpit rura, *Virg.* (*Compaſci*, vero *eſt ſimul paſci, Var.*)

Paſcua] Paſtio. Pecuria, *pl. Cic.* Compaſcuus ager, *Id.* Bucetum, *Gell.* Paſcuum viride, *Varr.* Pecuaria loca, *Sipont.* Pecuaria, æ, *Robert. Steph.*

Paßim, vid. *Vbique.*

Paßio] Perpeſſio, *Cic.*

Paſtinare] Molliri arva ferrô, *Lucr.*

Paſtinum] Paſtinatio, *Col.* Culta nitentia. Enituit rudis campus vomere, *Virg.* Pectita tellus, *Col.*

Paſtio] Pàbulatio, *Sipont.*

Paſtor] Pecuarius. Magiſter pecoris, *Cic.* Armentarius, *Varr.* Ad baculum, *Propert.* Armenti cuſtos.

Paſtoralis] Paſtoritius, *Cic.* Paſtoria pellis, *Ovid.* Bucolicus, *Id.*

Paſtoralis ars] Paſtoralis res. Paſtoritia ars, res, *Varr.* Paſtoritia ſcientia, *Col.* (Paſtoratus, ſ. a. v.

Paſtus. vid. *Pabulum.*

Patefacere, vid. *Detegere.*

Patens, vid. *Apertus.*

Paterfamilias] Paterfamiliæ, *Liv.* Dominus in ſuis ædibus: in ſuos, *Cic.* Noſtri majores, Dominum patrem familiæ appellaverunt; ſervos, familiares, *Sen.* Pater domûs, *Hor.*

Patet aditus] Patet domus, *Ter.* Patent valvæ, *Cic.* Recluſæ fores, *Ovid.* Interpatet meatibus & rimis pulmo, *Macrob.* Pateſcit janua, *Tibul.*

Pati] Perpeti, Ferre, Sufferre, Vorare moleſtiam. Subire, Suſtinere pœnam. Tolerare fortunam, *Cic.*

Pati æquo animo] Facilè pati; non moleſtè, Toleranter, tolera-

tolerabiliter, modicè, moderatè, pacatè, æquo animo, clementer, bellè, humaniſſimè, leviſſimè, patienter, mediocriter, ſine dolore ferre, *Cic.* Modeſtè fert iſta animus. Pati humanè, leni animo, *Ter.* Tolerare patienter, *Quint.* Rectè ferre, *Plaut.* Incredibili utor patientiâ, *Cic.*

Patere ſi vis aſſequi] Patiar dum potiar.

Patibilis] Patibilis natura omni animali, *Cic.* Paſſivus animo, *Apul.* Quod paſſivum eſt, & promptum ac expoſitum paſſioni; corruptibile eſt, *Arnob.* (Paſſibilis.)

Patibulum] Crux. Arbor infelix, *Cic.* Infelix ſtipes, infamis. Damnata crux, *Apul.* Infelix lignum, *Sen.* Gemoniæ ſcalæ. Gemonii gradus, *Suet.* Græcum Π.

Patiendum eſt] Accipienda & muſſitanda eſt injuria, *Virg.* Superanda omnis fortuna ferendo eſt. Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis, *ex eod.* Tacebo æquo animo, quando virtus mea*, me tacente, agit cauſam meam. Statutum eſt atque decretum omnia perpeti, quæ volet furor libidinoſorum. Ore preſſo cervices præbebo. Hanc temporis flammam feram. Tentemus, quid patientia proficere poſſit. Viro forti ac ſapiente dignum eſt, calumnias atque injurias obterere & contundere, *Cic.* Devorandum eſt, *Id.* Obſtinata mente perfer, obdura: deſtinatus obdura, *Catul.* Durum, ſed levius fit patientia, quicquid corrigere eſt nefas, *Hor.* Quod malè fers, aſſueſce, feres benè, *Ovid.* Verberat & lacerat nos fortuna? patiamur, *Sen.* Habendum & ferendum omne hoc eſt cum labore. Æquus animus optimum ærumnæ condimentum eſt, *Plaut.* Dicimus autem, Hos quoque felices, qui ferre incommoda vitæ, nec jactare jugum vitâ didicere magiſtrâ, *Iuv.*

Patiens] Perpeſſitius, *Sen.* Tolerans, Tolerantiſſimus, *Cic.* Benignus interpres fatorum ſuorum, *Sen.* Patientiâ præſtans, *Col.* Perſeverans, *Id.*

Patienter] Patientiùs, *Ovid.* Molliter ferre ſapientem jubet, *Cic.* Toleranter, *Id.*

Patien-

Paſci] Armenta per herbas *paſcebant*, *Ovid.* Paſcitare, *Id.*

Pabulari. Impaſci (*i. in aliquo loco paſci*) *Col.* Pecus capit rura, *Virg.* (*Compaſci*, vero *eſt ſimul paſci*, *Var.*)

Paſcua] Paſtio. Pecuria, *pl. Cic.* Compaſcuus ager, *Id.* Bucetum, *Gell.* Paſcuum viride, *Varr.* Pecuaria loca, *Sipont.* Pecuaria, æ, *Robert. Steph.*

Paſſim, vid. *Vbique.*

Paſſio] Perpeſſio, *Cic.*

Paſtinare] Molliri arva ferrô, *Lucr.*

Paſtinum] Paſtinatio, *Col.* Culta nitentia. [illegible] campus vomere, *Virg.* Pectita tellus, *Col.* [illegible]

Paſtio] Pabulatio, *Sipont.*

Paſtor] Pecuarius. Magiſter pecoris, *Cic.* [illegible] *Varr.* Ad baculum, *Propert.* Armenti cuſto[illegible]

Paſtoralis] Paſtoritius, *Cic.* Paſtoria pelli[illegible] cus, *Id.*

Paſtoralis ars] Paſtoralis res, [illegible] ſtoritia ſcientia, *Col.* [illegible]

Paſtus. vid. *P*[illegible]

Patefacere, [illegible]

Patens, [illegible]

[illegible]

tolerabiliter, modicè, moderatè, pacatè, æquo animo, clementer, bellè, humaniſſimè, leviſſimè, patienter, mediocriter, ſine dolore ferre, *Cic.* Modeſtè fert iſta animus. Pati humanè, leni animo, *Ter.* Tolerare patienter, *Quint.* Rectè ferre, *Plaut.* Incredibili mea patientiâ, *Cic.*

Patere ſi vis aſſequi] Patiar dum potiar.

Patibilis] Patibilis natura omni animali, *Cic.* Paſſivus animo, *Apul.* Quod paſſivum eſt, & promptum ac expoſitum paſſioni; corruptibile eſt, *Arnob.* (Paſſibilis.)

Patibulum] Crux. Arbor infelix, *Cic.* Infelix ſtipes, infamis. Damnata crux, *Apul.* Infelix lignum, *Sen.* Gemoniæ ſcalæ. Gemonii gradus, *Suet.* Græcum II.

Patiendum eſt] Accipienda & muſſitanda eſt injuria, *Virg.* Superanda omnis fortuna ferendo eſt. Durate, & voſmet rebus ſervate ſecundis, *ex eod.* Tacebo æquo animo, quando virtus mea, me tacente, agit cauſam meam. Statutum eſt atque decretum omnia perpeti, quæ vo- [illegible] Ore, preſſo [illegible] ... [illegible] mus, quic- [illegible] nte dign- [illegible] ... idem [illegible] ... pauperum [illegible] amici, [illegible] as utilitate [illegible] endicitatem [illegible] itatem. Ad in- [illegible] ui egeſtatem, [illegible] dere res alicu- [illegible] ravi validè rem [illegible] cultatibus. In- [illegible] iliari. Vix a- [illegible]

Digitized by Google

Patientia] Tolerantia rerum humanarum. Toleratio, Perpeſſio diuturna, *Cic.* Æquanimitas, *Plin.* Vitæ antidotum. Ærumnæ condimentum. Malorum remedium. Gaudens duris.

Patientia læſa] Bonus animus læſus graviùs multò iraſcitur. Furor læſa ſæpius patientia.

Patina] Patella grandis, *Cic.* Magida, *Varr.* Magis, idis, *Iuv.* Lanx, *Plaut.*

Patrare, vid. *Exſequi. Perpetrare.*

Patria] Terra, quæ te genuit & aluit, *Liv.* Natale ſolum, *Ovid.* Genitalis terra, *Amm.*

Patrimonialis] Paterna bona. Res patriæ & avitæ. Avita & patrita Philoſophia, *Cic.* Patrius pavor, *Lucr.*

Patrimonium] Res paterna, *Hor.* Res patria; res patrita, *Cic.*

Patrius] Patrius ſermo. Nativus, *Lucr.* Natalis, *Ovid.* Genitalis, *Amm.*

Patrocinium, vid. *Defenſio.*

Patronus] Amicus magnus, *Cic.* Rex meus. Is fundus eſt mihi, *Plaut.* Vid. *Defenſor.*

Patronus ſtudiorum] Mecœnas, *Hor.* Muſageta.

Paucitas] Infrequentia. Senatûs, *Cic.* Res parva voluptatum, *Plaut.*

Paucus] Pauculi dies. Perpauculi paſſus. Parva copia poëtarum. Non ita multi, *Cic.* Perpauci, pauxilluli, *Cic.* Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Numero vix ſunt totidem, quot Tebarum portæ, vel divitis oſtia Nili. Pauci quos æquus amavit Jupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus, *Virg.* Pauxilla oſſa, *Lucr.* Modica pecunia, *Cic.* Res parva voluptatum. Tot ſunt, quot ego & tu, *Plaut.*

Paucis verbis] Paucis, *Lucr.* Tribus verbis, *Plaut.* Numero dicere. Uno verbo. Ut ſummatim dicam. Ut te abſolvam. Vid. *Breviter loqui.*

Paveſcere, vid. *Timere.*

Pavire, vid. *Fiſtucare.*

Pavitus, vid. *Fiſtucatus.*

Paula-

Digitized by Google

Paulatim] Senſim. Lentè venire, *Plin.* Lentiſſimè, *Col.* Placidè pulſa. Ductim liquorem in me invergo. Clementer, *Plaut.* Pedetentim, *Cic.* Pedepreſſim, *Non.* Ex commodo, *Sen.* Minutatim, *Varr.*

Pauliſper] Ad tempus. Ad breve, ad breviſſimum tempus. Ad punctum temporis. Parumper abducere, *Cic.* Ad præſens, *Plin.* Nunc te marmoreum *pro tempore* fecimus, *Virg.* Vid. *Exiguum.*

Paulò, vid. *Parum.*

Pavo] Pavus, *Gell.* Junonia avis, *Ovid.* Avis glorioſa & malitioſa, *Plin.* Medica avis, *Varr.* Multicolor, & Verſicolor, & diſcolor.

Pavor] Pavitas, *Apul.* Metus loco movens mentem, *Cic.*

Pauper] Pauperrimus, *Hor.* Tenuis homo. Perpauper, *Cic.* Inops fortunæ, *Tac.* Modicus facultatibus, *Plin. Iun.* Res noſtræ ſunt pauperculæ, *Plaut.* Paupertinus, *Varr.* Paupertas, *pro pauperib. Plaut.* Pauperculus, *Id.* Penuriâ pauperior. Iro pauperior, *Er.*

Extremè pauper] Homo ſine cenſu. Extremè egenus. Infima plebs. Codrus; *de quo Iuv.* Tota domus Codri rhedâ componitur unâ. Leberide nudior. Doliaris vita. (*Diogenes in dolio habitabat.*) Omnem facultatem indutus eſt. Omnia ſua ſecum portat. Egomet vix vitam colo, *Plaut.* Capite cenſus. Egeſtate perditus. Ne ſymbolum quidem habet.

Pauper ab omnibus negligitur] Pauper ubique jacet, pauperi nullus cognatus, pauperi ne parentes quidem amici, paupertas omnibus inviſa. Vulgus amicitias utilitate probat.

Pauperare aliquem] Depauperare, *Varr.* Mendicitatem alicui offerre, *Varr.* Detrudere ad mendicitatem. Ad incitas redigere aliquem, *Plaut.* Afferre alicui egeſtatem, *Cicer.* Redigere ad inopiam, *Terent.* Accîdere res alicujus, *Liv.* Attenuare opes, *Ovid.* Laceravi validè rem meam, *Plaut.*

Pauperari] Ab re perire, *Plaut.* Labi facultatibus. Inceſſit eum inopia, *Vlp.* Comminui re familiari. Vix aliquod

Digitized by Google

priſtini ſplendoris veſtigium obtinet, *Cic.* Ad raſtros illi res rediit, *Ter.* Res, opes, fortunæ ejus modicæ, affectæ, imminutæ, adeſæ, attritæ, acciſæ ſunt, *Cic. Liv.* Non eadem fortuna viro, non opes antiquæ. Res ejus exiguæ. Copiolæ extenuatiſſimæ. Ad manticam illi res rediit. Redactus ad inopiam, ex *Ter.*

Paupertas] Pauperies, *Virg.* Tenuitas, *Cic.* Res pauperculæ, modicæ, egenæ. Malæ res, *Plaut.* Incitæ, *Id.* Parva domi fortuna, *Propert.*

Paupertas tuta] Pauperes à diſpendio tuti. Nulla venena bibuntur fictilibus. Cantabit vacuus coram latrone viator. Paupertas ſecuritatis parens.

Paupertas ad aliquid bona eſt] Docet artes egeſtas. Fames magiſtra. Paupertas ſapientiæ mater. (*quia aliquid excogitare cogit.*) Paupertas ſapientiam ſortita eſt.

Pauſa, vid. *Ceſſatio.*

Pauxillatim] Pauxilliſper, *Plaut.* Unciatim, *Ter.* Fruſtillatim, *Plaut.* Minutatim ætas frangit vires, *Lucr.* Scrupulatim, *Plin.*

Pax] Paces, *Varr.* Pacibus, *Plaut.* Laurus *quietis*, indicium, *Plin.* Otium. Toga, *Cic.* Malacia, *Sen.*

Pax liti præferenda] Felix qui non litigat. Cum licet fugere, ne quæras litem. Nemo ita amens eſt, ut bellum quàm pacem præoptet. Nam in pace filii patres, in bello patres filios ſepeliunt, *Cræſ. apud. Herod.*

Pacem quâ datur redime] Perde aliquid, ut habeas quietum tempus. Pax optima rerum, quas homini noviſſe datum eſt. Pax una Triumphis innumeris potior.

Pax publica] Concordia regum, felicitas temporum.

Peccare] Delinquere, *Cicer.* Delictum admittere, *Ter.* Culpam admittere, *Liv.* Commereri culpam, *Plaut.*

Peccare iterum] Canis ad vomitum. Sus ad volutabrum. Impingere ad eundem lapidem.

Peccator utrinque] Iliacos intra muros peccatur & extra, *Hor.*

Peccator non effugiet pœnam] Reperit Deus nocen-

tem, *Lucan.* Rarò antecedentem ſceleſtum deſeruit pœna pede claudo, *Hor.*

Peccatum] Peccamen, *Prudent.* Labes & vulnus conſcientiæ. Noxa, *Cic.* Admiſſum, *Lucr.* Commiſſum turpe, *Hor.* Lapſus animi.

Peccatum originale] Originale crimen, *Macrob.* Primigenia noxa. Capitale principum parentum admiſſum, *Bud.* Nativa labes.

Peccatum alienum luere] Canis peccatum ſus dependit.

Peccatum ſuperiorum, pœna inferiorum] Quicquid delirant Reges plectuntur Achivi.

Pecten] Pectunculus. Buxus multifido dente, *Mart.* Dens eburnus numeroſus, *Claud.*

Pectere] Depectere crines, *Ovid.* Perpexa barba, *Firm.*

Pectinatim] Pectinato ordine dentium, *Amm.* Serratim, *Vitruv.*

Pectorale] Tegimen, *vel,* tegumen pectoris, *Liv.* Thorax, *Iuv. Sueton.*

Pectus] Thorax, *Plin.* Templa mentis, *Lucr.* Sedes mentis, Præcordia, *Lamb.*

Pecuarius] Pecorinus, *Sipont.* Veterinarius, *Arnob.* Jumentarius, *Apul.*

Peculiaris, vid. *Proprius. Singularis.*

Pecunia] Æs; æra, *Hor.* Argentum, Aurum, *Plin.* Lamella argenti, *Sen.* Copia rei nummariæ, *Suet.* Res, *Lucr.* Nervus belli pecunia. Res numaria, *Cicer.* Nervus rerum agendarum. Argentum hominibus, ſanguis & anima, *Antiphan.* Vita pecunia eſt, *Pindar.* Æs ſignatum, *Plin.* Res nummorum. Pararium æs. Vid. *Nummi.*

Pecunia præſens] Præſentarium argentum, *Plaut.* Numeratum, *Cic.* Numerata talenta, *Plaut.* *Repræſentatione* emere. Explicare *repræſentatione*, *Cicer.* Repræſentare pecuniam, *Id.*

Pecunia ſuper omnia]

Mundus hic eſt pelagus, regina Pecunia nauta eſt:
Navigat infelix, qui caret hujus ope.

Digitized by Google

Pecuniæ quò minùs habetur, tantò minùs deſideratur] Tanto quiſque minùs optat pecuniam, quantò minus poſſidet pecuniæ, *Eraſ.*

Voluptates pluris facit, quàm pecuniam] Magis avidus voluptatis, quàm pecuniæ. Avidior voluptatum, quàm pecuniæ. Minùs avidus pecuniæ, quàm voluptatum, *Eraſm.*

Pecuniam plus amat, quàm famam] Magis amat pecuniam, quàm famam. Pecuniæ amans eſt magis, quàm famæ. Pecuniæ amantior eſt, quàm famæ. Famam pecuniæ poſthabet. Famæ pecuniam anteponit. Minùs famæ cupiditate ducitur, quàm pecuniæ. Impenſiùs amat pecuniam, quàm famam. Huic potior eſt pecunia, quàm fama. Huic priùs eſt lucrum, quàm honeſta fama. Huic vilior eſt vita, quàm pecunia, *Eraſ.*

Pecuniam colligere] Conficere pecuniam de vectigalibus. Redigere pecuniam ex. Facere maximam, innumerabilem pecuniam. Corrogare nummos de bonis. Cogere pecuniam, *Cic.*

Pecuniam erogare ad aliquid emendum] Calcearium verò, Calcearii nomine dare, *Suet. Meurſ.* Pecuniam claſſis nomine imperare, *Cicer.* Pecuniam dare calceis (*& aliis id genus*] emendis, Dare æs calceis permutandis. Calceis æs cum ſutore mutare.

Pecuniæ obediunt omnia] Pecunia impetrat omnia. Pecunia nervus eſt rerum gerendarum. Et genus, & formam regina pecunia donat, *Hor.* Nummis omnia venalia. Pecunioſus damnari non poteſt. Si quid habes, viges; ſi nihil, jaces.

Pecunioſus] Nummatus, peculiatus. Benè peculiatus. Habet in ſumptum, *Cic.* Nummoſus, *Gell.* Valet à pecunia, *Plaut.* Præmioſus, *Feſt.*

Pecus] Jumenta & pecuda, *Cic.* Pecu, *pl.* Pecua, *Plaut. Plin.* Ignavum pecus, *Virg.* Quadrupes, *Varr.* Grex triginta *capitum, Col.* Res pecuaria, *Cic.* Pecuaria, pecudum genus omne, *Virg.*

Pedamentum] Pedamen teres, *Col.* Ridica, palus, *Varr.* Statu-

Statumen maritandis vitibus, *Col.* Ulmus maritus, *Catul.* Virga, pertica, furca, haſtile, ſudes, calamus in vineis, *Virg.*

Pedatim, vid. *Lentè.*

Pedatio] Arundulatio, *Varr.* Subligatio uvarum, *Pallad.* Ligatura, *Id.*

Pedes] Pedarius, *Cic.* Pedaneus, *Vlp.* Pedeſtris. Manipularis, *Cicer.* Commanipularis, Commanipulo, *Spart.* (*Servus.*)

Pedeſtri itinere] Pedes ibat, *Virg.* Pedibus ire, *Cicer.* Pedeſter profectus eſt, *Apul.* Incedere pedes, *Liv.* Metamur gradibus militaribus, *Plaut.*

Pedetentim, vid. *Paulatim.*

Pedica, vid, *Laqueus.*

Pediculoſus] Pedicoſus, *Titin.* Pedicularis, *Col.*

Pediculus] Pes, *Varr.* Serpens. Animalia capillorum, *Plin.*

Pediſſequa, vid. *Ancilla.*

Peditatus] Pedites. Pedeſtres copiæ, *Cicer.* Pedeſtris acies, *Liv.* Pedeſtris militia, *Amm.* Manipulares, *Plin.*

Pejerare] Pejerare conceptis verbis, *Cicer.* Perjurare, *Plaut.* Perfidum ducere ſacramentum, *Hor.* Perjerare, *Lipſ. Taubm.*

Pejor] Deterior, *Cic.* Sequior fortuna, *Amm.*

Pejora nanciſci] De fœce haurire.

Pejùs] Deteriùs ſcripta, *Cicer.* Sequiùs, vel ſecius, *Tacit.*

Pellere] Propellere, Repellere, Depellere famem. Fugare, Expellere, Exterminare, Exigere, *Cic.* Propulſare hoſtem, *Cæſ.* Protelare, *Feſt.* Appellere, *Plaut.*

Pellere vi] Expellere furcâ, *Hor.*

Pelles] Pelliceum, vid. Pellicium ſtragulum. *Paul. IC.*

Pellex, vid. *Concubina.*

Pellicere, vid. *Illicere.*

Pellio] Pellarius, *Firm.* Bracharius, *Lampr.*

Pellis] Corium, *Saluſt.* Exuviæ leonis, *Virg.* Spolium ferarum, *Ovid.* Tergus, *Virg.*

Digitized by Google

Pellucere] Perlucet villa crebriùs quàm cribrum, *Plaut.* Interlucet corona rara viris. Potes per illum videre, *Virg.* Interpatet rimis pulmo, *Macrob.* Tranſlucet gemma, *Plin.* Tranſpicitur aliquid, *Lucr.*

Pelluciditas] Perluciditas vitri, *Vitr.* Limpitudo, *Plin.*

Pellucidus] Pellucidulus lapillus, *Catul.* Translucens, Transluciduś. Pertranslucida charta, *Plin.* Liquidus aër, *Virg.* Liquidiuſculus, *Plaut.* Perſpicuus, *Mart.* Pellucens amictus, *Ovid.* Perſpicibilis ſplendor ſolis, *Vitr.* Limpidus lacus, *Catul.* Clarus, *Ovid.*

Pelvis] Aqualis, *Varr.* Concha ærea, *Amm.* Concha ferrea, *Plin.* Sinus aquarius, *Non.* Trulleum, *Varr.* Trullium, *Cat.* Pollubrum. *Liv.* Trulleus, *Arnob.* Pelluvium, *Feſt.* Trua, *Varr.*

Pendére] Dependere collo. Suſpendére, *Col.* Appenſum eſſe, *Cicer.* Præpendére, *Mart.* Pendere ex, in arbore, ab humero, *Cic.* Pendere de, à, *Virg.*

Pendulus] Penſilis uva, *Hor.* Propenduli crines, *Apul.* Apta è lacertis brachia, *Lucr.*

Penè, vid. *Ferè.*

Penes, vid. *Apul.*

Penetrabilis] Vibrans oratio, *Cicer.* Meabilis per omnia rerum ſpiritus, *Plin.* Manabile frigus, *Lucr.* Oxypora antidota, *Plin.*

Penetrare] Penetrare cœlum, per cœlum, in cœlum. Permeat & tranſit per omnia intelligentia. Vibrant fulmina. Tranat ignis, *Cicer.* Permanat ad oſſa frigus. Travolat vitri ſpecies foramina. Traviat ignis aliquid, *Lucr.* Perſidit ad vivum humor, *Virg.* Tranſabit coſtas enſis, *Id.*

Penetrare ad cor] In venis medulliſque inſidere. Aculeos in animos relinquere.

Penicillus] Penicillum, *Quint.* Penis, *Nav.*

Penitùs] Prorsùm, *Ter.* Prorſus. *In omne* tempus. Planè non intellexi ænigma. Planè benè. Omnino. Funditus interiere, *Cic.* In totum, *Quint.* Ex toto, *Sen.* Per omnia, *Col.* Abſolutè, *Gell.* Abruptè, *Macrob.*

Penna]

Penna] Pinna, *Col.* Pluma, *Virg.*

Pennatus] Pinnata cauda, *Cic.* Plumato corpore, *Id.* Plumoſus. Penniger anſer, *Plin.* Pennifer, *Liv.*

Penſabilis] Reparabile damnum, *Ovid.* Revocabile damnum, *Amm.*

Penſare aliquid] Quod corporis viribus deeſt, id ingenii dolis exæqua. Quod corporis formæ detractum, id animi dotibus natura penſabit. Tu opulentior, nos eruditiores, atque ita paria fecimus. Abſentiam noſtram crebris literis ſarciamus. Quod hactenus ceſſatum eſt, id oportet diligentiâ recuperare. Quod illius ſtultitiâ peccatum eſt, id tuâ ſapientiâ reſtituas oportet. Quod illius inſcitia admiſſum eſt, id oportet ut tuâ prudentia redimas. Supplendum diligentiâ, quod ingenio deeſt. Quod corpori detractum, id ingenii dotibus acceſſit, *Eraſ.*

Penſat vicem, vid. *Eſt pro.*

Penſum] Juſta, *pl. Col.* Diurnum, *Sen.* Angaria, *Veget.*

Penu] Penaria, *Varr.* Penarium, *Feſt.* Cella penaria, *Cic.* Cella penuaria, *Suet.* Promptuarium, *Cat.* Apotheca, *Col.*

Penula] Pænula gauſapina, Scortea, & Scortea, *abſ. Mart.* Lacerna, *Id.* Chlamys, *Plaut.*

Penuria, vid. *Egeſtas.*

Pepo, vid. *Melon.*

Per ſe, vel per alium] Beneficio meo. Bono literarum utemur. Per ſe, & ſuâ ſponte movetur. Per literas colloqui, *Cic.*

Per tot annos] Inter, intra tot annos. Bidui aberam, *Cic.* Toto orbe diffuſos Britannos, *Virg.*

Pera] Perula, *Sen.* Mantica, *Perſ.* Manticula, *Feſt.*

Peragere, vid. *Abſolvere, Finire.*

Peractum negotium] Facta tranſacta omnia, *Ter.*

Peragrare] Spatiari per Ægyptum, *Plin.* Oppida circumvecturi, *Plaut.* Volitare per gentes. Res ruſticas delectationis causâ inviſere, *Cic.*

Percellere] Percuſſit illicò animum, *Ter.* Strinxit animum, *Virg.* Horrore perſtringi, *Liv.* Præſtringere oculos, *Cic.* Per-

Digitized by Google

ſtringere, *Hor.* Vulnerare aliquem voce, *Cicer.* Percire, vel perciere, *Lucr.* Confutabat meum obtutum veſtis flammida, *Apul.*

Percellere aliquem, vid. *Exterrere.*

Percenſere, vid. *Enumerare.*

Perceptio, vid. *Intelligentia.*

Percipere, vid. *Intelligere.*

Percontari, *Percontatio*, vid. *Interrog.*

Percontator] Rogator, *Cic.*

Percurrere] Percurrere aliquid curſu, *Lucr.* Tranſcurrere cœlum. Tranſmittere curſu. Carpere prata fugâ. Emetiri iter, *Virg.* Permetiri, *Cicer.* Tranſire campus pedibus, *Lucr.* Perlabi, *Sil.* Pervulgant ſidera cœlum, *Pacuv.*

Percuſſio, vid. *Ictus.*

Percutere, vid. *Ferire.*

Perdere] Ire perditum, *Ter.* Afferre perniciem, exitium, peſtem alicui, *Cicer.* Dare exitio. Sepelire ſalutem, *Lucr.* Univerſum genus ad occiſionem perducere, *Col.* Agnos canibus objicere. Peſſum dare. Vid. *Amittere, Abolere.*

Perditè, vid. *Deſperanter.*

Perditio, vid. *Amiſſio.*

Perditus] Prodita ſumma rerum, *Lucr.* Omnia ad perniciem profligata & perdita. Judicata atque damnata cauſa. Convicta & damnata. Amiſſæ ac perditæ claſſes. Obrutæ ac perditæ res, *Cic.* In perdito eſt, *Sen.*

Perditus, tranſl.] Perditi animi homo, *Plaut.* Ad omne facinus promptiſſimus homo. Projectus ad audendum. Audax ad facinus. Expeditus ad cædem. Ad vim promptus, *Cic.*

Perducere] Perducere aliquid ad effectum, *Pomp.* Inducere ad parricidium. Neque eò deducam, aut progredi patiar. Producti ſimus, ut loqueremur, *Cic.* Conficere aliquid alicui mali. Redigere aliquem ad inopiam. Eò redigis me, ut, *Ter.*

Perduellio] Majeſtatis crimen, *Vlp.* Crimen læſæ majeſtatis, & Imminutio majeſtatis, *IC.* Injuria Reip. facta, *Paul. IC.* Perduellionis crimen, *Cic.*

Perdu-

Digitized by Google

Perdurare, vid. *Perſeverare.*

Peregrinari] Pervagari orbem terrarum, *Liv.* Peragrare ultimas terras, regionem, latebras. Concurſare. Luſtrare. Longè latéque peregrinari. In peregrinatione tempus conſumere, *Cic.* Pererrare terras, *Ovid.* Percognoſcere, *Plin.* Conviſere loca oculis, *Lucr.* Perarare Pontum, *Sen.*

Peregrinatio] Legatio libera, *Cic.*

Peregrinatio imperitorum nihil prodeſt] Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt. Felis & trans mare vectus, vocem non mutant.

Pariſios ſtolidum ſi mittas forſan aſellum;
Si fuit hic aſinus, non ibi fiet equus.

Peregrinationis expers] Hectorem imitaris, ab Ilio nunquam recedis. Sutor claudus. Cochlea domiporta.

Peregrinator, vid. *Viator.*

Peregrinus] Extraneus, *Feſt.* Alieno cœlo natus. Ex peregrina, *Ter.* Externa gens. Barbarus hìc ego ſum, quia non intelligor ulli, *Ovid.* Convenæ. Alienigena. Adventitia & transmarina doctrina, *Cic.* Exoticum unguentum, *Plin.*

Perfectè] Perfectiſſimè. *Gell.*

Perfectio] Abſolutio. Virtus, *Cic.* Exactio partus cœpti, *Auſon.* Conſummatio operis, *Col.* Peractio ætatis, *Cic.* Perfunctio laborum. Confectio belli, *Cic.* Finitio ædificiorum, *Vitr.*

Perfectus] Abſolutus orator. Omnibus numeris abſolutus. Omnes virtutis numeros continet; in ſe habet. Expletus omnibus ſuis numeris & partibus. Venit ad ſummum laus oratorum, *Cic.* Omnes numeros habet, *Quint.* Conſummatus, conſummatiſſimus. Exactus, *Plin. Iun.* Totus torus atque rotundus, *Hor.* Omnes numeros implet, *Iuv.* Ad omnem legem exacta innocentia. Conſummabilis, *Sen.* Cui nihil addi poteſt, vel demi.

Perferre, vid. *Pati.*

Perficere, vid. *Abſolvere, Finire.*

Perfidè] Perfidioſe, *Plaut.* Per fas & fidem deceptus, *Liv.*

Digitized by Google

Perfide agere] Græcâ mercari fide, *Plaut.*

Perfidia] Punica fides. Perfidia violatæ dextræ, quæ fidei teſtis eſſe ſolebat, *Cic.* Impoſtura, *Ulp.*

Perfidus] Perfidioſus, Perfidioſiſſimus homo, *Cic.* Falſificus animus. Siniſter fidei. Subleſtæ fidei, *Plaut.* Vid. *Infidelis.*

Perflatilis] Expoſitus ventis, *Plin.* Perflabilis locus auris, *Amm.* Tranſmittit ventum veſtis, *Val. M.* Capit perflatus, *Col.*

Perfluere] Permeare. Tranfluit ſanguis, *Plin.* Perpluere, *Plaut.* Bibula aut malè coĉta olla tranſmittit humorem, *Col.* Aqua tranſit, *Vitr.*

Perfodere aliquid] Præfodere, *Plin.* Transfodere, *Liv.*

Perfretare, vid. *Transfretare.*

Perfuga, vid. *Profugus.*

Perfugium, vid. *Refugium.*

Perfunctorie, vid. *Negligenter. Obiter.*

Pergere, vid. *Proficiſci.*

Pergræcari, vid. *Prodigere.*

Periclitari] Periclitatur rumpi vox, *Quint.* Venire in periculum, ne: in diſcrimen exiſtimationis, *Cic.* De gloria & vita in diſcrimen vocari. *Id.* Venire propè exitium, *Liv.*

Periculoſe] Capitaliter aliquem laceſſere, *Plin. Iun.* Prope, Propius, proxime à periculo. Proxime periculum, *Quint.*

Periculoſus] Infeſtus, Lubricus, Obnoxius, Scopuloſus. In diſcrimine verſatur maximo, *Cic.* Intutus, *Liv.* Pericu lo ſubjeĉtus, *Celſ.* Decretoria pugna, *Quint.*

Periculoſi aliquid tentare] Admovere ignem ſtipulæ. Ægeum navigare. Auribus lupum tenere. A tranſenna cibum petere. In portu dormire. Per ignem incedere. Per extentum funem ire.

Periculoſa res] Gladius de filo pendet.

Periculoſum pugnare minorem cum majoribus] Conferre pugnam cum leone capram nolim.

Periculum] Certamen & diſcrimen ſalutis. Procella fortu-

fortunæ. Scôpulus. Vadum. Tempeſtas, *Cic.* Altum, *Lucr.* Alea vitæ, *Varr.* Fauces mortis & hiatus, *Arnob.*

Periculum extremum] Ancora rupta. Cum aqua fauces ſtrangulat. Decretoria dies, Cauſa, *Quint.* De capite aguntur comitia. De tuo corio luditur alea.

Periculum eſt] Summum periculum eſt, ne &c. Periculoſum eſt. Impendet periculum, Periclitantur jura. Non procul abeſt à periculo. Res in diſcrimine verſatur maximo; In extremum, in propinquum adducta diſcrimen videtur, *Cic.* In periculo res vertitur, *Plaut.* Venit in periculum, in diſcrimen, *Cic.* Verſatur in ſcopuloſo loco, *Id.* Habet periculum ne &c, *Col.* In dubio eſt vita, *Ter.* In præcipiti eſt, *Celſ.* De filo pendet hæc res. In acie novaculæ. Latet anguis in herba, *Virg.*

Periculum ſummum tentare] Omnem aleam jacere. Plurimum periclitari, Extrema fortuna ſtetit, *Tac.*

Periculum evitare] Sub dentibus leti mortem effugere, *Lucr.* E vado emergere, *Cic.* In portu habere pedem.

Pericula ſunt vitanda] Deprecatur navis ſcopulum. Flamma fumo eſt proxima. Sub omni lapide ſcorpius dormit.

Periculum utrinque cavendum] Charybdin vitans in Scyllas incidit. Cinerem vitans in prunas. Dum vitant vitia ſtulti, in contraria currunt.

De periculo in exitium] De fumo in flammam.

Periculum expertus cautior] Mus picem guſtans.

Pericula prudentiam oſtendunt] In diſcrimine apparet qui Vir. Gubernator in tempeſtate dignoſcitur, *Cypr.* Explorant adverſa Viros.

Periculo alieno facere] De alieno ludis corio.

Perinde, vid. *Itidem.*

Perire] Peritare. Si non peream, planè interea, *Plaut.* Diſperire, Intercidere, Occidere, Deperire, *Cic.* Abire in leves auras, in fumum. Devorari, *Plin.*

Perire ſuis actionibus] Gladio ſuo jugulari. Suo ſibi jumento malum aſportare. Cacare ſibi cum turdo exitium. Sorex ſuo indicio perit.

Periit]

Periit] Actum eſt de illo. Occidere occidione, *Cic.* Nullus ſum. Occidi, *Ter.* Occiſa hæc res eſt. Occiſiſſimus ſum omnium, qui vivunt, *Plaut.* Deploratus, *Liv.* Sepulta fama, *Ovid.* Sepulta domus, *Catul.* Ecce autem perii, *Plaut.* Occidit ſpes omnis, *Hor.*

Peream, vel *pereat*] Moriar. Non vivam. Malè ſit illi, *Cic.* Si fallo, tum me faciat quod vult magnus Jupiter. Væ ætati veſtræ, *Plaut.* Emoriar priuſquam, *Id.* Ut illum Dii terant, *Næv.* Qui illum Dii perdant, *Ter.* In cineres vertatur. Malè pereat, *Hor.* Dii capiti illius generique reſervent, *Virg.*

Pereat hoſtis] Canis mortuus non mordet.

Peritia] Gnavitas, *Saluſt.* Prudentia juris. Experientia patrimonii amplificandi, *Cic.*

Peritus] Peritus uſu. Volutatus, verſatus in aliqua re. Nemo ſcientius verſatus. Uſu longo exercitatus. Uſu eruditus. Perfectè planéque eruditus. Inſtructus à re civili. Nulla in re rudis. Callidus, cujus uſu mens concaluit. Conſultus naturæ, *Cic.* Callidus uſu, *Ovid.* Callidiſſimus rerum ruſticarum, *Col.* Uſu negotii diuturno firmatus, *Amm.* Pergnarus venerandi Deos, *Apul.* Prudentiſſimus adulandi, *Tac.* Valet in aliqua arte, *Mart.* Prudens medicinæ, *Col.* Peritiſſimus de agricultura, *Varr.* Vid. *Gnarus.*

Perjurium] Perjuratiuncula. Jusjurandum malum, *Plaut.* Perfidum ſacramentum, *Hor.* Lingua juravi, mentem injuratam gero.

Perjurus] Perjurioſus. Perfidus, *Cic.* Falſijurus. Comitiales homines, *Plaut.* Prodigus animæ. Lenone perjurus magis, *Eraſ.*

Perlegere] Tranſlegere, *Plaut.*

Perluſtrare] Recognoſcere veſtes. *Col.* Perſpectare aliquid, *Plaut.* Perſpicere aliquid, *Cic.* Perlegere oculis omnia, *Virg.* Recenſere exercitum, *Liv.*

Permadere] Totus pluvia madefactus ſum. Permadui, *Col.* Ad imum perſedit imber, *Virg.*

Permiſſio] Permiſſus, us. Permiſſa licentia. Conceſſio, Conceſſum. Facultas, Venia, Poteſtas, *Cic.*

Permit-

Permittere] Sinere aliquem reſpirare. Dare aliquid adoleſcentiæ. Pati aliquem abeſſe. Quieſcat rem adduci ad interregnum. Largiri, Dare, Concedere facultatem aliquid agendi, *Cic.* Indulgere ſuffragio alicujus, *Plin.Iun.* Per me licet, *Plaut.* Tribuere alicui multa, *Cic.* Nimis liberaliter aliquem habere, *Sal.*

Pernicies] Exitium urbis, *Cic.* Peſtis, *Liv.*

Pernicioſe, vid. *Damnoſe.*

Pernicioſus] Pernicialis, *Plin.* Perniciabilis, *Curt.* Internecivus, *Amm.*

Pernicioſa nemini ſubminiſtranda] Gladium dediſti, quô ſe occideret.

Perorare, finem facere] Perorare orationem, cauſam, *Cic.* Finem facere ſermonis, *Plaut.* Orandi, *Ter.* Concludere, Terminare orationem. Deorare, *Feſt.* Tantum eſt, *Plaut.*

Peroratio, vid. *Clauſula.*

Perpendere] Ponderare aliquid judicio. Expendere. Penſare ſingula, *Cic.* Penſiculare, *Gell.* Ruminare, *Varr.* Vid. *Conſiderare.*

Perpendicularis] Librata collocatio. Ad normam, ad perpendiculum, ad libellam reſpondens, *Vitr.* In neutram partem vergens. Normalis linea, *Cenſor.*

Perpendiculariter] Ad perpendiculam reſpondet ædificium, *Vitr.* Ad lineam deorſum ferri. Rectis lineis cœleſtem locum ſubvolare, *Cic.* Rectô libramento.

Perperam] Præpoſterè calceum inductum, *Plin.*

Perpeſſio, vid. *Paſſio.*

Patientia, perpeti, vid. *Pati. Edurare.*

Perpetrare aliquid] Patrare facinus, *Liv.* Committere aliquid contra legem. Committere multas res nefarias. Admittere in ſe aliquid, *Cic.* Admittere noxam, *Ter.* Suſcipere in ſe facinus. Facere, edere ſcelus. Alligare ſe ſcelere. Adſtringi ſcelere. Devincire ſe ſcelere. Conſciſcere facinus. Concipere ſcelus. Obſtringere ſe parricidio. Offendere in arrogantiam, *Cic.* Obſtringere ſe furti, *Vlp.* Obſtringi furti, *Gell.* Obligare ſe ſceleris, *Sen.* Qui capitalem fraudem auſi, *Liv.*

Perpe-

Perpetuare] Super aliquid dare aliquid, *Plaut.* Vid. *Continuare.*

Perpetuo, vid. *Æternum.*

Perpetuus, vid. *Æternus. Continuus.*

Perpetua moleſtia] In vita nulla eſt intercapedo moleſtiæ.

Perplexari] Contorquere orationem, *Cic.* Perplexe cum aliquo loqui, *Ter.* Senſum obſcurare, *Quint.* Perplexabilia verba facere. Perplexabiliter loqui, *Plaut.* Sepire dictis, *Cic.*

Perplexe] Perplexabiliter. Perplexim loqui, *Plaut.* Contorte, implicitè, *Cic.* Involute, *Spart.* Intortius, *Plin.* Sinuoſius dicere, *Gell.* Mæandri more, Vid. *Difficulter.*

Perplexitas] Implicatio. Contortio orationis. Complexio mira verborum, *Cic.* Inexplicabilis ſeries, *Quint.* Volumina vinculorum, *Virg.*

In perplexitate & periculo verſari] Inter ſacrum & ſacrum ſudare, *Feſt.* Æſtuare. Qui tibi æſtus, qui error, quæ tenebræ? *Cic.* Inter malleum & incudem.

Perplexus] Inextricabilis. Inenodabilis, Contortus, Involutus, *Cic.* Inexplicitus, *Mart.* Perplexabilis, *Plaut.*

Perplexus error] Labyrinthus. Mæander.

Perplexus hæret] Hæret ei aqua. Hæret tanquam mus in pice. Hærebat nebulo, quo ſe verteret, non habebat. Valde implicatus hæreo. Hæreo in ſalebra. Irretitus ac pene conſtrictus ſum. Vehementer animi pendeo. Neque quid ſequar, neque quid declinem, video. Perplexus animique conſternati. In ſalebras incidi, *Cic.* Suſpenſus animi inter ſpem metumque, *Liv.* Decem anni incerti in pectore certant, nec, quid conſilii capere poſſim, ſcio. Nullam mentem animi habeo. Incertat me aliquid. Diſtrahor. Differor, *Plaut.* Incertus eſt ſui, *Sen.*

Perrumpere] Perrumpere agmen. Perrumpere per mediam aciem, *Liv.* Perrumpere caſtra, *Plin.* Per caſtra, *Liv.* Ire per gladios, *Ovid.* Vid. *Rumpere.*

Perſecutio] Vexatio, *Cic.* Inſectatio fortunæ humanæ, *Quint.*

Perſecutor] Vexator crudelis Reip. *Cic.* Exagitator omnium.

Perſe-

Perſequi] Inſectari, Inſequi. Exercere, Exagitare aliquem. Vexare, *Cic.* Fugitare, Protelare, *Plaut.*

Perſeverans, vid. *Conſtans.*

Perſeverantia] Perſeveratio, *Apul.* Firma & ſtabilis permanſio, in oratione bene conſiderata, *Cic.*

Perſeverare] Perſeverare conſtanter, in conſtantia. Exſpectare ad extremum, *Cic.* Perdurare, *Ter.* Perſpectare ludos, *Suet.* Manere, *Hor.* Durare, *Virg.*

Perſona] Caput, *Liv.* Sextantibus collatis in capita.

Perſpectus, vid. *Probatus.*

Perſpicabilis] Janua præbet per ſe apertum tranſpectum, *Lucr.* Bipatentes ædes, *Virg.* Vid. *Pellucidus.*

Perſpicax] Quis eſt tam lynceus? *Cic.* Oculus aquilinus, *Plaut.* Milvinus, *Sen.* Venti oculi, *Plaut.* Lynceo perſpicacior, *Er.* Vid. *Oculatus.*

Perſpicuè] Clare, liquide, dilucide, plane, luculente dicere, *Cic.* Evidenter, *Quint.* Illuſtriſſimè narrare, *Gell.* Dicam pinguiore Minerva.

Perſpicuitas] Evidentia & perſpicuitas in oratione. Libri *lumen* deſiderant, *Cic.* Fulgor, *Val. M.* Claritudo virtutum, *Tac.*

Perſpicuus] Clara res. Dilucida oratio. Evidens. Illuſtris, ſplendida ratio dicendi. Explicata ratio. Explicitus, *Cicer.*

Perſpicuum eſt, vid. *Palam eſt.*

Perſtrepere, vid. *Concrepare.*

Perſtringere, vid. *Percellere, Præſtringere.*

Perſuadere] Inſtillare aliquid alicui. Perducere in, ad meam ſententiam. Inducere aliquem oratione ad faciendum. Flectere animum alicujus oratione. Compoſitæ orationis inſidiis fidem alicujus attentare. Dicere accommodatè ad perſuadendum, *Cic.* Terebrare, *Plaut.* Impellere in, ad, *Cic.*

Perſuadere oratoris eſt] Perſuadebis cito, ſi bene dicas. Non perſuadebis album eſſe.

Perſuaderi mihi patiar] Prorſus ita eſſe mihi perſuades. Perſuaſus ſum à. Dat ſe facilem, *Ovid.*

Perſuaſio, vid. *Suaſio.*

Perſua-

Digitized by Google

Perſuaſor] Suada, *Bud.* Flexanima oratio, *Cic.* Perſuaſtrix. Maleſuada vitii, *Plaut.* Perſuaſioſus artifex callidus, *Amm.* Vid. *Suaſor.*

Perſuaſu difficilis] Ne ſuadela quidem perſuaſerit. Non perſuadebis. Ne ſi perſuaſeris quidem. Non perſuaſibilis ſum, *Quint.* Non tuis depellor dictis, quin rumori ſerviam, *Plaut.* Si Suadæ medulla ſis, non perſuadebis. Si Mercurius ſuadeat, nihil fecerit. Licet Gratias cum Muſis adducas; non exhilarabis, &c. Mihi nunquam perſuaderi poterit. Non adducar ut credam, *Cic.* Non ſuſtinebit inducere in animum, *Plin. Iun.* Scarabæo citiùs perſuaſeris.

Perſuaſu facilis] Cui dare verba facile eſt, *Ter.* Facilis perſuaſu. Facilis molleſcere (*ſ. oratione,*) *Claud.* Facilis capi. Facilis ſuadenti. Mollis in obſequium, faciliſque roganti, *Ovid.* Mens facilis & apta capi, *Lucan.* Facilis ad credendum, *Cic.*

Pertæſus] Pertæſum eſt me alicujus rei, *Cic.* Semet ipſe pertæſus, *Suet.* Percipit me odium agni. Pertædeſcit alicujus cibi, *Cic.* Obſaturabere iſtius propediem. Cepit eum ſatietas hujus rei. Defatigari ſatietate alicujus rei, *Cic.* Abiit aliquid in ſatietatem, *Plin.*

Perterrefacere. vid. *Exterrere.*

Pertinacia] Deſtinatio pertinax, *Amm.* Vid. *Contumacia. Pervicacia.*

Pertinacia ſequitur ſuperbiam] Pertinacia elati animi comes.

Pertinaciter] Pugnaciter, *Quint.* Pugnaciſſimè defendere, *Cic.* Pervicaciter perſtant. Diſtrictè, *Vlp.* Obſtinatè, *Liv.* Obſtinatâ mente, *Catul.* Deſtinatione pervicaci, *Amm.* Vid. *Contumaciter.*

Pertinax] Obſtinatus. Duræ cervicis. Excetrâ pertinacior, *Er.* Vid. *Contumax.*

Pertinet] Attinet ad me, *Plaut.* Attingit me, te, *Cicer.* Facit ad bonos mores, *Ovid.* Habet in hac re partes, *Ter.* Competit ei, *Non.*

Non pertinet ad te] Fori tui non eſt.

Pertingere] Venæ ex oculis pertingunt ad cerebrum,

Digitized by Google

brum : *Plin.* *Pertinet* contagio ad lunam, vel potius ad terram, *Cic.* Ex ædibus meis in tuas tignum pertinet, *Vlp.*

Pertrahere aliquem] Pertraho ratem ad ripam, *Liv.* Attraho aliquem ad. Protrahere aliquem ad convivium, *Cic.*

Perturbare] Perturbare animos hominum. Afferre alicui motum. Incerta omnia reddere. Tumultum injicere. Injectus à me tumultus civitati videretur, *Cic.* Conturbare, *Id.* Conſternere aliquem. Confundere ſenſus animi alicujus, *Liv.* Deturbare aliquem de mente, de ſpe, *Cic.* v. *Turbare.*

Perturbari] Turbari. Affici moleſtiâ. Afficit aliquem aliquid. In perturbationem incidere. Perturbationi animi ſuccumbere. Commoveri. Commoveri animô, miſeriis, deſideriô. Commovet me inopia. Moveri. Moveri animô. Movet, Perturbat, Conturbat, Obturbat me aliquid. Magnâ animi perturbatione commovere. Permoveri iracundiâ. Conturbatum me res hæc tenuit, *Cic.* Inquietari aliquâ re, *Plin. Iun.* Percutit aliquid animum, *Lucr.* Confluctuari meta, *Sen.*

Perturbatè, vid. *Turbidè.*

Perturbatio, vid. *Turbatio.*

Perturbatus, vid. *Turbatus.*

Pervadere, vid. *Tranſire.* Pervagatus, vid. *Vulgaris.* Pervagari, vid. *Diſcurrere.*

Pervenire aliquò] Pertendere Romam, *Liv.* Tangere provinciam. Pervehi aliquò. Permanare aliquò. Devenire. Perlabi. Devolare, *Cic.* Penetrare in aliquem locum, *Quint.*

Perversè] Depravatè judicare, *Cic.* Præpoſterè, Perperam, *Plin.*

Perverſitas] Quæ tanta perverſitas in hominibus, ut, inventis frugibus, glande veſcantur, *Cic.* Inverſio, *Id.*

Perverſus] Inverſi mores, *Hor.* Præpoſterus, *Cic.* Siniſter, *Plin.* Retrogradus exortus, *Plin.*

Perverſa omnia] Verſa & mutata in pejorem partem ſunt omnia, *Cic.* Contrarium iter mundo ſidera intendunt, *Sen.*

Pervertere] Invertere ordinem. Evertere naviculam, *Cic.*

Digitized by Google

Cic. Reſupinare aulam, *Iuv.* Pervolvit ſaxa torrens, *Plin.* Vertere cadum, *Plaut.* Subvertere. Revolvere, *Col.* Ima ſummis mutare, *Hor.*

Pervicacia] Pervicax contumacia, *Col.* Pugnacitas, *Plin.* Cervices, Frangere cervices, vid. Contumacia.

Pervicax, vid. Contumax.

Pervincere] Pertendere aliquid, *Ter.* Evincere, *Liv.* Efficere quod cupias, *Ter.* Tenere propoſitum, *Cæſ.* Efficere propoſitum, *Cic.* Obtinere, *Liv.*

Pervivere, vid. *Provivere.*

Pervius] Penetrabilis Nilus, *Stat.* Meabilis tranſitus, *Plin.* Exſuperabile vallum, *Claud.* Superabilis, *Liv.* Tranſitorius, *Suet.* Commeabilis, *Arnob.* Commeatûs continet. Commeatus eſt hinc à nobis, *Plaut.*

Pervulgata res, vid. Palàm *eſt.*

Peſsimè] Nequiſſimè, *Plin.*

Peſsimus] Maximè peſſimus, *Col.* Nequiſſimus, Cic. Homo omnium, quos videt ſol, ſceleſtiſſimus; Sceleſtior nullus alter. Quantum hominum terra ſuſtinet ſacerrumus, *Plaut.* Inſigniter malus.

Peſsima mala] Extrema extremorum mala.

Peſſulus, vid. *Obex.* Peſſum dare, vid. *Conculare.*

Peſſum ire] Ad ima ſidere, *Plin.* Submergi, *Virg.*

Peſtis] Peſtes, *Plin.* Peſtilentia, *Cic.* Peſtifera labes pecorum, *Col.* Lues infeſta, continuâ contage populum inficiens, *Lucr.*

Peſtem afferre] Afferre peſtilentiam, *Plin.* Facere peſtilentiam aliquid valet, *Col.* Peſtem conferre, *Id.*

Peſte inſici] Peſtis inceſſit apes, *Col.* invadit, *Cic.* Peſtilentia lacerat exercitum, *Patercul.* Peſtilentia coorta eſt. In urbem incidit, *Liv.* Percelli peſte, *Col.*

Peſte infectus] Contactus peſtilentiâ. Afflatus peſte, *Sil.* Infectum mare venenis, *Liv.*

Peſtilens] Annus peſtilentiâ infamis, *Liv.* Morbidus aër, *Lucr.* Tabificus, *Lucan.* Unde halitus letalis exſurgit, *Amm.* Peſtifer aër, *Claud.* Peſtifera ripa, *Cic.* Nocens cœlum, *Lucan.* Plenus peſtilentiæ, *Catul.* Valet facere peſtilen-

Digitized by Google

peſtilentiam, *Col.* Quâvis peſte peſtilentior, *Er.* Peſtilentus, *Gell.* Peſtilentioſus, *Vlp.*

Petaſo] Petaſio, *Var.* Petaſunculus, *Iuv.*

Petaſus] Petaſunculus, *Arnob.* Pilei umbraculum, *Sipont.* Cauſia, *Val. M.* Galerus, *Iun.*

Petax, vid. *Rogator.* Petere, vid. *Rogare.*

Petigo, vid. *Mentagra.*

Petitio] Petitum, *Catul.* Petitus, *Gell.* Precatio, Preces, deprecatio, Rogatus, Rogatio, *Cic.* Poſtulatus, *Liv.* Supplicatio, *Sipont.* Obteſtatio, *Cic.* Precatus, *Amm.* Orata, pl. *Ter.* Non votis, neque ſuppliciis muliebribus Deorum auxilia parantur, *Saluſt.*

Petitor, vid. *Rogator.*

Petra] Rupes, *Cæſ.* Cautes, *Plin.* Saxum, *Cic.* Rupina, *Apul.* Vivum ſaxum, *Virg.*

Petroſus] Petricoſus, *Mart.* Scopuloſus collis, *Sil.*

Petulans] Effrenus, *Stat.* Procax, *Hor.* Freno opus habet. Diſſolutus. *Virg.* Procaciſſimis ingeniis inter ſervos, *Tac. Col.* Audax animis, viribus.

Petulanter] Effrenatè. Petulantiſſimè aliquid facere. Luxurioſe, *Cic.* Protervè alicui facere injuriam, *Plaut.* Licenter errare, *Cic.*

Petulantia] Immoderata libertas. Juvenilis licentia. Effrenatio animi, *Cic.* vid. Diſſoluta vita.

Phantaſia] Idolum. Species. Imaginationes libidinum, *Cic.*

Phantaſma] Falſa viſio. Forma, Species. Viſum. Somniorum viſa. Viſa à nocte & ratione vacua, *Cic.*

Pharmacopola] Myropola, *Plaut.* Unguentarius. Pigmentarius, *Cic.* Magmentarius, *Gloſſ.* Medicamentarius. Herbarius, *Plin.* Seplaſiarius, *Lamp.*

Pharmacopolium] Myropolium, *Plaut.* Aromataria taberna. *Iun.* Seplaſia, *Plin.*

Pharmacum, vid. *Medicamentum.*

Phaſiana] Phaſianus. Phaſis, *Mart.* Scythica volucris. *Iuv.* Phaſidis ales, *Stat.*

Digitized by Google

Phengites] Lapis ſpecularis, *Plin.* Vitrum illiquabile.

Philomela, vid. *Luſcinia.*

Philoſophari Chriſtianè] Philoſophare cœlum intuens.

Philoſophia] Studium ſapientiæ. Cognitio optimarum artium, *Cic.* Vivendi & moriendi ſcientia, *Sen.*

Philoſophus] Magiſter virtutis, *Cic.* Doctor Sapientiæ, *Tac.* Profeſſor ſapientiæ, *Quint.* Idearum venator.

Philura] Philyra, plagula papyri. Scheda, *Plin.*

Phlebotomia] Detractio ſanguinis per venas, *Plin.* Sectio venæ, *Gor.*

Phyſica] Oratorem ne *Phyſicorum* quidem expertem volo, *Cic.* Phyſiologia. Naturæ ratio. Explicatio naturæ, *Id.* Phyſice.

Phyſiognomia] Peritia ex aſpectu vultûs de naturâ judicandi, *Gell.*

Phyſiognomus] Metopoſcopus. Ex facie hominum addivinans, *Plin.*

Piaculum] Piatio, *Plin.* (i, piaculo dignum: ut inauſpicati nominis luſtratione, Expiatione, averruncatione, Decalemp.) Piamen, *Ovid.* Piamentum, *Teſt.* Februa, *Plin. Ovid.*

Picaria] Picariæ, picis fodinæ, *Florent.* in *Pand.* Picearia, *Robert.*

Picatus] Piceatus, *Mart.*

Pieus] Picinus: picinum oleum, *Sipont.*

Pictura] Graphis. Graphice. Diagraphice, *Plin.*

Pictura, pro opere] Imago picta. Imago alicujus in tabulâ. Tabula benè picta, *Cic.*

Pictus acu.] Picto plumbo chlamys, *Virg.*

Picturatus] Diſtinctus, *Ovid.* Variata veſtis figuris, *Lucr.* Stragulum magnificis operibus pictum, *Cic.* Magis varius quàm pavo. Veſtis ſignis ingentibus apta, *Lucr.* Florida, *Apul.* Variata figuris veſtis, *Lucr.* Intertexta veſtis pluribus notis, *Quint.* Plumatus aurô, *Lucan.* Variatus acu, *Martial.*

Pictus] Coloratus, *Cic.* Pictilis, *Apul.*

Piè] Piè ſanctéque colere deos. Religioſe, Cic. vid. *Religioſe.*

Digitized by Google

Pietas] Tum maximè Religio & pietas verſatur in animis, cùm rebus divinis operam damus, *Cic.* vid. *Religio.*

Piger] Segnis. Tardus aſellus, *Virg.* Ceſſator. Iners & deſidioſus. Socors, *Cic.* Aſino pigrior, *Mart.* Fugiens laboris, *Cæſ.* Supinus, *Iuv.* vid. *Deſidioſus.*

Pigri amant laborum fructum, non labores ipſos] Ficûs avibus gratæ ſunt, ſed eas plantare recuſant. Felis amat piſces, ſed aquas intrare recuſat.

Piget] Pigror. Ne pigrêre ſcribere. Non gravabor dicere, *Cic.*

Pigmentarius. vid. *Pharmacopola.*

Pigmentum] Color, *Cic.* Venenum, *Poëticè, Enn.* Medicamentum, *Sen.* Suaſum. Inſuaſum, *Feſt.*

Pignorare, vid. *Oppignorare.*

Pignus] Hypotheca. Arrhabo, *Ter.* Fiducia, *Cic.*

Pignus accipere] Accipere aliquid pignori, *Pomp.* Cavere ſibi pignore, *Vlp.* Fiduciam accipere. *Cic.*

Pigrè] Lentè veniunt, *Plin.* Gravatim, *Liv.* Gravatè. Languidè & cunctanter procedere, *Cic.* vid. *Lentè.*

Pigreſcere] Conſeneſcere veternô, *Pel.* Torpere veternô. *Virg.* Torpere ceſſatione. Languere otio. Jacére. Frigere. Deponere ſtudium, *Cic.* Torpeſcere ſocordiâ, *Saluſt.* Marcere, *Celſ.* Lentere, *Liv.* Deſidere reſidem, *Paterc.*

Pigritia] Segnities. Inertia laboris. Tarditas in rebus agendis, *Cic.* Socordia, *Ter.* Torpedo animi, *Saluſt.* Pigror, *Lucr.* Murcea, Dea ſocordiæ, *Aug.* vid. *Deſidia.*

Pilentum] Carpentum, *Liv.* Lectica, *Cic.* Penſilibus plumis vehi, *Iuv.* Cameratum vehiculum.

Pileus] Pileum, *Perſ.* Apex, *Serv.* Tutulus, *Scal.* Galerus, *Suet.*

Piloſus. vid. *Hirſutus.*

Pilula] Catapotium, *Plin. Gor.*

Pilum] Pilum farreacium, *Cat.* Pilum Græcum, *Plaut.* Pilum ruidum, *Plin.*

Pilus] Villus, *Cic.*

Pinaſter] Pinus ſylveſtris. Strobilus, *vel*, Strobulus, *Plin.* Pinus ſuæ ſpontis, *Col.*

Pinea] Pinus ſativa, *Col.* Pinus in hortis, *Virg.* Pinus, *Abſ. Plin.*

Digitized by Google

Pinetum] Sylva pinea, *Virg.*

Pingere] Pingere coloribus. Depingere aliquid. Exprimere, *Cic.* *Scripſit* Dianam, *Plin.*

Pingere exquiſitè] Apelleo penicillo pingere.

Pinguedo] Pinguitudo, *Varr.* Sagina, *Iuſtin.* Mercimonium, quo flamma alitur, *Tac.* Pingue, *Plin.* Pinguitia, *Arn.*

Pinguefacere] vid. *Saginare.*

Pingueſcere] Terra leguminibus gliſcit. Pergliſcere, *Col.* Sues craſſeſcunt purgamentis, *Plin.* Quo cibo tantum corpus feciſti? *Phædrus.*

Pinguis] Opimus bos, *Varr.* Curatus corpore, *Cat.* Curatâ cute, *Hor.* Habitior, *Plaut.* Popa venter, *Perſ.* Cerea ficedula, *Mart.* Unctum oluſculum, *Hor.* Unctiuſculum pulmentum, *Plaut.* Unguinoſus, *Plin.* Adipatus, *Cic.* Pulpâ & omentô gravatus, *Creſſol.* Craſſus ager, *Cic.* Uber homo, *Gell.* Præpingue arbuſtum, *Col.* Vaſto corpore ſarcinoſus. Terga pulpoſis torulis obeſa trahens, *Apul.* Porcus puer, *Pompon.*

Pinna] Pinnula. Brachium, *Plin.* Remi piſcium.

Pinſare] Pinſitare, *Plaut.* Pinſere: pinſunt far pilo, *Var.* Expinſere far, *Cat.*

Pinſatio] Piſtura frumentorum, quæ fit pinſente pilo præferrato, *Plin.*

Pinus, vid. *Pinea.*

Pipio] Pulli avium, *&*, infantes pulli, *Plin.*

Pirata, vid. *Prædator.*

Piſcari] Venari piſces, *Plin.* Colare amnes inductis retibus, *Manil.* Hamare, *Petron.*

Piſcarium forum] Piſcaria, *Varr.* Forum cupedinis, *Id. & Apul.*

Piſcator] Jaculator, *Iſid.* Piſcinarius, *Cic.* Fures maritimos, & Famelicam hominum nationem, fame, ſiti, ſpeque pereuntem, *vocat Plaut.*

Piſcatorius] Piſcarius, *Col.* Halieuticus, *Trebell.*

Piſcatus, vid. *Captura.*

Piſces] Squamoſus grex. Aquatile pecus, *Col.* Squamigerum genus. Pecudes natantes, mutæ, *Lucr.* Nerei pecus, *Næv.* Squamoſum pecus. Neptuni pecus, *Poëtic. Plaut.*

Digitized by Google

Plaut. Aquarum incolæ. Navis animata.

Piſcina] Vivarium piſcium, *Col.*

Piſcinalis.] Piſcinarius, *Plaut.* Piſcinenſis, *Lucil.*

Piſcoſus] Piſcoſus Tagus, *Mart.* Piſculentus fluvius, *Cat.*

Piſtillum] Piſtillus, *Virg.* Pilum, *Var.*

Piſtor] Artocopus, *Iuv.* Panifex, *Sipont.* Fornacarius, *Vlp.* Piſtorienſis, *Plaut.*

Piſtorius] Piſtoricus, *Vlp.* Piſtrinenſis, *Suet.* Piſtrinalis, *Col.* Ad cibaria coquenda & conficienda pertinens, *Cic.*

Piſtrinum] Artoptæum, *Cæl. Rhod.* Coctilitia taberna, *Capitol.* Piſtrilla, *Ter.* Piſtrella, *Donat.* Piſtrina, *Var.*

Piſtrix] Coquula. Cocula, *Var.* Panifica mulier, *Sipont.*

Pituita] Phlegma, *Sipont.* Fomentum ignaviæ.

Pituitoſus] Phlegmaticus, *Sipent.*

Pius] Piiſſimus in Deos, *Cic.* Pietaticultrix, *de Ciconiâ Petron.* vid. *Religioſus.*

Pius ſecurus] Rectè faciendo neminem time.

Pix] Picinum oleum, *Sipont.* Piſſinum oleum, *Plin.* Hoc picis, *Scrib.* (*Eſt id, quod oleoſum supernè innatat, ut ſerum lacti, Gor.*) Piſſelæum, *Id.*

Placabiliter] Leniter agere, *Liv.* Perbenignè. Suaviter. Molliter. Placatè & humanè ferre humana omnia, *Cic.* Placidè, *Plaut.* Comiter appellare aliquem, *Liv.* Affabiliſſimè, *Gell.* Affabiliter, *Macrob.* Moderatè, Lentè, *Cic.*

Placabilitas, vid. *Clementia.*

Placare] Pacare hoſtes, *Ovid.* Mitigare, Lenire, Pacatum reddere. Delenire animos. Recolligere animum alicujus offenſiorem. Mactare deos extis, *Cic.* Demulcere, *Gell.* Permulcere iras, *Liv.* Sedare, Propitiare, *Plaut.* Complacare, *Gell.* Oblenire, *Pen.* Piaculare Deos, *Cat.* Litare ſævitiæ, *Apul.*

Placatio] Placamenta Deûm, *Tac.* Mitigatio, *Cic.* Propitiationes pericula avertunt, *Sen.*

Placere alicui] Placebam tibi facie, dote, *Ovid.* Neque placitant mores, *Plaut.* Probare alicui omnia facta dictaque ſua, *Plini.* Quâ in legatione ita ſe probavit, ut &c, *Cic.*

Digitized by Google

Placere omnibus nemo poteſt] Ne Jupiter quidem omnibus æquus. Nihil omnibus placet præter vinum & placentam, *Lipſ.*

Placet mihi aliquid] Perplacet, Placitum eſt. Collibitum eſt. Gratum eſt. Arridet mihi. Habeo gratum. Probatur mihi. Videtur. Commodum eſt. Quantum libido tulit, *Cic.* Complacitum eſt. Allubeſcit, *Plaut.* Libet, & lubet. Volupe eſt, *Ter.* Sedit nobis conſilium, *Amm.* Amas quòd, *Her.* Amat bibere planta, *Plaut.* Facit ad ſtomachum meum, *Mart.* Hæc ſcire magis *juvat*, quàm prodeſt, *Sen.*

Placere ſibi] Amare ſe in re aliquâ. Gaudet in ſe: Se miratur ipſe. uſque adeóne te diligis, & magnificè circumſpicis, *Cic.* Plaudere ſibi, *Her.*

Non placere ſibi] Faſtidio laborat ſui. Diſplicet ſibi, *Sen.*

Placidè. vid. *Placabiliter.* Placiditas. *Manſuetudo. Clementia.*

Placidus] Liquidus & tranquillus animus. Submiſſa & lenis oratio. Perurbana oratio, *Cic.* vid. *Affabilis. Manſuetus.*

Plaga] Percuſſio femoris, Verberatio, *Cic.* Verber, *Ovid.* Oppuvium, *Non.* ex *Afran.* Planctus pectoris, *Lucan.* Percuſſus. Pulſus, *Plin.*

Plagiarius] Plagiator, *Iſid.* Plagiarium agit, *in Baſil.* Feles virginaria, *Plaut.*

Plagoſus. vid. *Verbero.*

Planca] Tabulæ, *Liv.* Aſſamenta, *Plin.*

Planè, vid. *Penitus.*

Planeta] Stellæ vagantes, *Cic.* Sidera errantia, *Plin.* Palantia, *Lucr.* Erroneæ ſtellæ, *Gell.* Stella vaga, *Cic.* Septem vitalia mundi viſcera.

Planetarius. vid. *Aſtrologus.*

Plangor. vid. *Ejulatus.*

Planities] Æquora camporum, *Cic.* Æquora plani campi, *Plucr.* Plana camporum, *Amm.* Planitia, *Vitr.* Planitudo, *Pol.* Planus ſitus, *Minut.* Porrecta & aperta loca, *Celſ.* Æquum campi, *Liv.*

Planta] Imus pes, *Plin.* Ima pedis, *Plin. Virg.* Veſtigium carnoſum, *Plin.*

Plan-

Digitized by Google

Planta, 2, i.e. *ramulus*] Surculus, *Virg.* Surculus præciſus, *Pat.* Summâ ex arbore detracta planta. Stirps. Germen, *Virg.* Semen arboris, &, plantæ, *Varr. Col.* Calamus pomi arboris. Inſitum, *Plin.*

Plantago] Heptapleros. Stelephuros. Ortyx, (major ſic vocatur, duplex n. eſt.) *Plin.* Arnogloſſa, *Iun.* Nervalis, *Scribon.* (Minorem appellant.)

Plantare] Inſerere plantas radicibus. Subſerere arbores, *Plin.* Serere pullos arborum, *Pat.* Immittere plantas truncis. Inſerere pyrum, *Virg.* Pangere malleolum. Subſero vineam. Inoculare arbores. Emplaſtrare arborem. Supplantare vitem, *Col.* Stirpes committere ramis, *Lucr.*

Plantarium] Seminarium plantarum, *Col.*

Plantatio] Inſitio arborum, *Col. Cic.* Inſitus. Emplaſtratio arborum, *Plin. Col.* Inoculatio arborum. *Id.* Adulteria arborum, *vocat Plin. inſitiones.* Immiſſio ſarmentorum, *Cic.*

Planus] Locus planus & *æquus.* Æquabilis, *Cic.* Plana via. Æqualis ab omni parte, *Ovid.* Exactus ad regulam, *Vitr.* ad libellam, *Id.* Perlibrata area, planities, *Col.*

Platea] Via urbis, *Cic.*

Plaudere manibus] Complodere manus, *Sen.* Concrepare digitis, *Cic.* Diſplodere, *Var.* Collidere manûs, *Quint.*

Plauſibilis] Ad gratiam eſt aliquid, *Liv.*

Plauſtrarius] Traharius, *Sidon.* Rhedarius, vehicularius fabricator, *Capit.* Carpentarius faber, *Sipont.*

Plauſtrum] Mandra, *Prob. Rader.* Currus longus, Hamaxa, *Iul. Cap.* Veha, vel Veja, *Feſt.* Vehia, *Sipont.* Oneraria vehicula Carrum. Carpentum. Sarracum, *Bud.*

Plauſus] Crepitus illiſæ manûs, *Sen.* Sclopus, *Perſ.* Stlopus, *Priſcian.* Stloppus, *Caſaub & Marcel.* (*Sonus eſt, qui fit ex buccis inflatis, vi repentina ruptis.*)

Plebejus obſcurus] Ex quercubus & ſaxis nati. E multis unus. Plebeji ſeminis pullus, *Col.* De fæce urbis. De plebejâ fæce. E circulo. In multis numerandus. Quem natum nemo novit. Neſcio quis. Quintæ claſſis homo. Cujus pater cubito ſe emungebat; *Ad. Her.* De plebe

Deos, *Ovid.* Unus multorum, *Hor.* Ultima plebis homo, *Sen.* Vir imi ſubſellii, *Plaut.* Vulgus, *Sal.* Sine nomine vulgus, *Virg.* Fraterculus gigántum, *Iuv.* Pedarius. Proletarius, *Honn.* Innatus triviis, *Hor.* vid. *Vilis homo.*

Plebiſcitum] Scitum populi. Scitum plebis, *Feſt.* Rogatio. Lex popularis. Lex tribunitia; *Cic.* Pſephiſma, *Id.* Plebiſve ſcita, *apud Cic.*

Plebs] Populus, Vulgus, Multitudo infima, Plebecula, Multi, *Cic.* Plebes, *ei*, *Saluſt.*

Plebs inutilis] Sordes & fex urbis, *Cic.* Nihil habent inſigne. Turba ſunt & numerantur tantùm, *Sen.* Numerus ſumus, & fruges conſumere nati, *Hor.* Ignota capita, *Liv.*

Plectere] (1.) Contexere, *Tibul.* Texere fiſcellam, ſepes. Viere ſcirpeas rates. Crines in aurum nodare, *Virg.* Sirpare aliquid virgis, *Var.* Cogere nodo comas, *Sen.*

Plectere capite (2.) vid. *Decollare.*

Plectrum] Pecten, *Sipont.* Arcum lyricus, *vel lyræ.* Arcus lyricinis pilis equinis intentus.

Plenè] res penitus perſpectæ, *Cic.* Integrè, *Id.* Planè perfectæ res, *Id.* Ad plenum, *Virg.* Pleno medio, gradu. Ad numerum. Solidum ſolvere, *Cic.* Ex toto, *Celſ.* Ex aſſe. Inſolidum, *Vlp.* Plenâ manu, *Sen.* In totum, *Col.* In aſſem, *Plin. Iun.* Ad ambas uſque aures. Cum totâ ærugine reddere follem, *Iuv.*

Plenitudo] Statura plena, *Plin.* Cacumen aleſcendi, *Lucr.* Plenum, *Plin.* Plenitas ſententiarum, *Tac.* Expletio, *Cic.* ἡ ἀκμή.

Plenus] Expletus omnibus ſuis partibus. Completus, Refertus, Refertiſſimus. Conferta vita voluptatibus, *Cic.* differtus facetiarum, *Catul.* Effertus, *Plaut.* diſtentus, *Hor.* Ebrius, Fartus, *Sen.* Integer, *Cic.* Juſtus, *Quint.* Solidus dies, *Hor.*

Plerique] Quam plures veſtrûm, *Cic.* Plerique omnes. Complures. Compluſculi, *Ter.* Ferè omnes, *Col.*

Plerumque, vid. *Vulgò.*

Plexus] Plectilis. Pactilis, *Plin.* Nexa corona, *Hor.* Vitilis ciſta, *Plin.* Textile ſertum, *Mart.* Virgea ſepes, *Virg.* Texta de vimine ciſta, *Ovid.*

Digitized by Google

Plica] Stria. In veſte rugas & ſinus invenit Chæremon. *Plin.*

Plicare] Complicare epiſtolam, *Cic.*

Plicatura] Structura togæ, *Macrob.* Tabulas, & Tabulata veſtium, *vocat Tertull.* Contabulationes, *Apul.* Tabulata congregati pallii, *Tertull.*

Placabundus] Lacrymoſus oculus, *Plin.* Largus lacrymarum, *Plaut.* Lacrymabundus, *Liv.*

Plorare, vid. *Flere.* Ploratus, vid. Fletus.

Pluere] Pluviæ inceſſunt, vel inceſſerunt. Depluit, *Col.* Impluit in aliquem locum, *Plin.*

Pluere lapides] Lapidare de cœlo. Pluit lapidibus, *Liv.* Depluit multus lapis in terras, *Tibul.*

Pluma] Lana anſerina, *Vlp.* Plumula, *Col.* Penſiles plumæ, *Iuv.* (*i. e. molles lecticarum pulvini.*)

Plumbare] Applumbare, *Vlp.*

Plumbeus] Plumbarius, *Plin.* Plumboſus, Plumbatus, *Id.*

Plumeus] Plumatilis, *Plaut.* Plumaria culcita, *Sipont.*

Plumoſus, vid. *Pennatus.*

Plures, plus quàm unus] Oculi plus vident, quàm oculus.

Plures vincunt] Plurium calculi vincunt.

Plus] Ampliùs tibi liberorum eſſe gaudeo, *Plaut.* Plus pluſque ſoſpitent dii, *Id.* Super mille, *Suet. Tac.* Plus virium, *Cic.* vid. *Magis.*

Plus poſce, ut minus obtineas] Iniquum petendum, ut æquum feras.

Plus impendere ſpe lucri] Aureo hamo piſcari.

Plus quàm] Ampliùs triennium. Pluſculum quàm. Magis magiſque, *Cic.* Mediâ plus parte, *Ovid.* Plus pluſque, *Plaut.* Supra tres, *Hor.* Immenſo plus. Immenſum quantum. Plus ſatis. Plus quàm ſatis.

Pluviæ differentias, vid. *in Ianua LL.*

Pluvialis] Pluvius ros, *Hor.* Pluviatilis aqua. Cœleſtis aqua, *Col.*

Pluvioſus] Pluvius cœli ſtatus, *Var.* Pluvialis dies, *Col.* Nimboſus. Imbrifer, *Virg.* Imbricus auſter, fluctus conſtans, *Plaut.* Imbridum cœlum, *Solin.* Graves imbre nubes, *Liv.*

Pocillator] Ad cyathos, *Prop.* A potione, *Meurſ.* Pincerna, *Aſcon.*

Aſcon. Miniſter Falerni, *Catul.* Servus à lagena, *Fulv. Vrſin.* Suppromus, *Plaut.*

Poculum] Calix. Scyphus, *Cic.* Toreuma. *Plin.*

Poculum magnum] Poculum immane, Heracleum, *Cic.* Anancæum, *Plaut.* Modiales Phialæ, calices. Puteus argenteus. Propino tibi decumâ fonte. Argenteus puteus, *Plaut. Athenæ.* Amyſtis Threjicia, *Hor.* Crater Philoteſius, *Er.*

Podagricus] Podager, *Claud.* Podagroſus, *Plin.* Articularius, *Plaut.*

Poëma] Carmen, *Cic.* Poëſis, *Her.* Pictura tacita. Vorſa facundia, *Apul.* Epigramma, *Mart.*

Pœna] Punitio, *Cic.* Diſciplina, *Quint.* Supplicium. Multatio bonorum. Caſtigatio, *Cic.* Dedere aliquem noxæ. *Liv.* Cenſura, *Iuv.* Cenſio, Piaculum, *Liv.* Vindicta legis, *Ovid.* Luela ſceleris, *Lucr.* Malum, *Plaut.*

Pœna ſit in exemplum] Pœna unius multorum ſit metus.

Pœnam quæris?] Prurit tibi dorſum? *Plaut.*

Pœna venit, ſera licèt] Quæ peccamus juvenes, luimus ſenes. Lento gradu ad vindictam ſui divina procedit ira, ſed tarditatem, gravitate ſupplicii compenſat. *Val. Max.*

Pœnas dare] Perſolvere pœnas ſceleris. Pœnas ſceleris à ſe repetere. Pendere pœnas, Perferre, ſuſtinere. Dependere pœnas exitiô. Multari morte, bonis, *Cic.* Piacularem fieri ob ſtultitiam alicujus, *Plaut.* Tranſigere aliquod ſcelus pœnâ, *Quint.* Dedi pœnarum ſatis, *Hor.* Exſolvere pœnas. *Ter.* Pœnam luere, *Tac.* Peccatum luere, *Liv.*

Pœnis afficere. v. *Punire.*

Pœnitentia] Pœnitudo, *Pacuv.*

Pœnitet] Piget facti. Suppœnitet me hujus rei. Acerbè fero, *Cic.* Indoluit facto, *Ovid.* Pœnitentia cœpti me tenet, *Sen.* Nihil me pœnitet, *Cic.* Habet me miſerum animi petulantia mea. Dolet hoc cordi meo, *Plaut,* Pœnitentiam ago ſermonis mei, *Tac.* Reſidere pœnitentiam, *Plin.* l. 34. c. 14. v. *Reſipiſcere.*

Poëſis] Poëtica, *Cic.* Poëtice, *Non.* Verſificatio, *Quint.* Ars muſica. Studium muſicum, *Ter.*

Poëta]

Poëta] Poëtius, *Cic.* Poëtificus, *Enn.* Muſeus, *Lucr.* Nectit quicunque canoris eloquium vocate modis, lauruimque momordit, *Iuv.* Poëtæ Muſarum aves. Epigrammaticus, *Spart.* Epigrammatarius, *Vopiſc.* Verſificator, *Quint.* Melicus, *Cic.* Muſarum Sacerdos, *Hor.* Carminifex, *Owen.*

Polenta] Hordeum toſtum, *Scalig.* ex *Var.* Byne, *Iun.*

Polio] Armorum artifex, *Trebel.* Fabricenſis, *Amm.* Samiator, qui, ferramenta fricando & poliendo ſplendida facit, & aciem eorum exaſperat, *Turneb.*

Polire] Perpolire aliquid. Expolire, *Plin.* Expolitum dare opus, *Plaut.* depolire cote, Interradere, *Var.* v. *Lævigare.*

Politè] Limatè, Limatiùs, Politiùs, Concinnè, Compoſitè, Concluſè, Circumſcriptè, rotundè dicere, *Cic.* Ad unguem, *Hor.* In unguem, *Celſ.* Ad amuſſim, *Var.*

Politia] Res publica. Reſpublica, *Cic.* Commune Siciliæ (*i*, *communitas*) *Apul.* Civitas, *Cæſ.* Corpus totum Reipub. curare, *Cic.* id eſt, *Rempub.* Publicum, *Pac.* Omne publicum, *Apul.*

Politica] Politica ſcientia. Ratio adminiſtrandæ Reipub. ſecundùm virtutem & legem divinam. Gubernacula. Civilis ratio. Civitatis cuſtodiendæ ſapientia, *Cic.* Civilis ſcientia, *Quint.* Civilitas, *Apul.*

Politicus bonus] Vir adminiſtrandæ Reip. peritus. Adminiſtrator præclarus. Vir civilis. Publicarum privatarumque rerum adminiſtrationi accommodatus. Qui regere conſiliis urbes, fundare legibus, emendare judiciis poſſit, *Quint.*

Politulus] Politus. Expolitus vitâ atque cultu. Comptus *Cic.* Immodicè fucatus formam, *Lucan.* Bellulus, Bellatulus, *Plaut.* Bellus, *Mart.* Scitus, Scitulus, *Cic.* Troſſulus, *Perſ.*

Politus] Lævatus, Lævatior, *Gell.* Lævigatior, *Mart.* Limatus, *Cic.* Raſilis haſta, *Sil.* Expolitus liber pumice, *Catul.* Pumicatus, *Mart.* Lubricatus lapis, *Arnob.*

Pollere, v. *Poſſe.*

Polliceri liberaliter] Ducere aliquem phaleratis dictis, *Ter.*

Digitized by Google

Ter. Largiri dictis, *Plaut.* Linguâ largiri, *Id.* Aures verbis divitare, *Accius.* Aureos montes polliceri. Montes & maria polliceri. Polliceri hauſtum lactis gallinacei. Pollicitis dives quilibet eſſe poteſt. *Ovid.*

Pollicitatio, vid. *Promiſſio.* Pollicitator, vid. *Promiſſor.*

Pollincire, vid. *Vngere.*

Pollinctor, vid. *Veſpillo.*

Pollubrum, vid. *Pelvis.*

Pollucere, vid. *Convivari.*

Polluere, vid. *Contaminare.*

Pomarium] Hortus arboribus conſitus, *Cat. Col.* Paradiſus, *Sipont.* Pometum, *Cariſ.*

Pomœrium] Pomerium, *Cic.* Summœnium, *Sipont.*

Pomoſus] Pomifera arbor, *Col.* Fructifer, *Plin.*

Pompa] Deductio alicujus honorifica. Comitatus, *Cic.* Proſequium, *Feſt.*

Pomum] Fructus, fœtus arborum, *Plin.* Arboreus fœtus, *Virg.*

Ponderare, vid. *Librare.* Ponderoſus. vid. *Gravis.* Pondus. vid. *Onus.*

Ponè] Retrò pono aliquid. A tergo. Antè & pòſt. Poſteriorem duco vitam libertate. Poſthabeo aliquid alicui, *Cic.* Poſt tergum equitatus cernitur, *Cæſ.* Secundùm ſequi, ire, *Plaut.* Poſtvenio, *Plin.*

Ponere, vid. *ipſius Compoſita.*

Pontem facere] *Cic.* Cingere foſſam ponticulo, *Cic.* Indere pontem fluvio, *Tac.* Jungere ponte fluvium, *Curt.* Conjunxit ponte Capitolium & Palatium. Contabulavit pontem, *Suet.*

Pontem deſtruere] Interrumpere, diſturbare, interſcindere à tergo pontem, *Cic.*

Pontifex. vid. *Epiſcopus.*

Popina] Ganea, *Suet.* Taberna coquinaria, *Plin.* Thermopolium, *Plaut.*

Popinari, vid. *Bacchari.*

Poppyſmus] Poppyſma, *Iuv.* Sibilum paſtoritium, *Ovid.* Sibilus, *Virg.* Sclopus, *Perſ.* vid. *Clauſus.*

Poppizare] Sibilare ore, *Virg.* Allectare ſibilo boves ut

ut bibant, *Col.* Sibilô ſignum dare, *Liv.*

Populari, vid. *Vaſtare.*

Popularis] Plebejus. Concionalis clamor. Turmâlis Statua, Valet in vulgus. Probatur in vulgus, *Cic.* Catervalis pugil, *Suet.* Acceptum in vulgus, *Tac.*

Populoſus] Floret hominum celebritate locus. Celebrantur viæ multitudine hominum. Frequens municipium, *Cic.* Frequens urbs populis, *Lucan.* Referta hominum oppida, *Var.* Celeber, *Ovid.* Refertiſſimum celebritate theatrum, *Cic.* Forum celeberrimum tantâ frequentiâ, *Id.*

Populus] Multitudo, *Cic.* Populoſitas, Arnob. vid. *Plebs.*

Porca. vid. *Lira.* Porcarius, vid. *Subulcus.*

Porcellus] Porcus lacteus, *Col.* Porculus, *Plin.* Catulus ſuis, *Plaut.* Fœtus ſuis, *Cic.*

Porcus. vid. *Sus.*

Pori in corpore] Meatus articulares, *Plin.* Inviſibilia foramina, *Celſ.* Caulæ corporis, *Lucr.*

Porrigere aliquid] Tradere in manus, *Liv.* Miniſtrare, *Cic.* Propinare alicui partem edendam, *Capitol.* Contradere argumenta, *Lucr.* Protensâ manu dare, *Ovid.* Protendere dextram nanti, *Id.*

Porrò. vid. *Vlteriùs.*

Porta] *Pyla*, *Cic.*

Portendere] Præmonſtrare. Præſignificare hominibus futura, *Cic.*

Portentum, *portentoſus*, vid. *Monſtrum.*

Porticus] Porticula, *Cic* Periſtylium, *Vitr.*

Portio] Pars, *Suet.* De menſâ mittere, *Cic.* De cœnâ mittere, *Suet.* de prandio, *Capit.* Bolus, *Var.*

Portitor] Lintrarius, *Vlp.* Ratiarius, *Paul. I. C.* Naviculator. Navicularius. Nauta, *Cic.* Porthmæus, *Iuv.*

Portorium] Naulum, *Ind.* Vecturæ quadrans, *Var.* Quadrans ratitus, *Lucil.*

Portus] Cataplus, *Sidon.* Cothon. *Feſt.* Servaculum, *Vlp.*

Poſſe] Potis ſum, ut, *Plaut.* Queo. Ut *facultas tulit*, fecimus. Quid dicere *habeant.* Suſtinere, *Cic.* Non quitus ſum impelli, *Acci.* Valere, Pollere, *Liv.* Habere poteſtatem.

Eſt

Eſt poteſtate. Sum prædìtus poteſtate. Eſt mihi poteſtas, facultas, hujus rei. Eſt id meæ facultatis. Integra eſt mihi poteſtas. Tota poteſtas mea eſt, *Cic.* Eſt poteſtas adipiſcendi, *Plaut.*

Si non poſſumus ut volumus, velimus ut poſſumus] Deſtitutus ventis, remos adhibe.

Pro poſſe, barb.] Pro meâ, tuâ virili. v. *Pro.*

Poſſeſſio] Uſus agri aut ædificii, *Feſt.* Ditio, *Cic.* Aræ & foci, *Id.* v. *Facultates.*

Poſſeſſor] Poſſeſtrix, *Non.* Auctor, *Cic.*

Poſſibilis] Fieri poteſt, *Cic.* Poſſibile. Cadit in rerum naturam, *Quint.* Ejus rei poteſtas mihi, *vel*, mea eſt, *Cic.* Res viribus & potentatui tuo conveniens, *Arnob.*

Poſſibilitas] Poteſtas adipiſcendi. *Plaut.*

Poſſidere] Occupare, uſurpare poſſeſſionem aliquam. Potiri gazæ. Obſidere præſidiis Italiam. Tenere hæreditatem. Eſſe in bonis, in poſſeſſione, *Cic.*

Poſtea v. *Deinde.*

Poſteri] Poſteritas, *Cic.* Poſt futuri. *Sal.* Et nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Minores, *i*, *poſteri.* Nepotes, *Virg.* Qui erunt, & qui futuri ſunt, *Plaut.* Minorum ætas, *Apul.*

Poſteriora ſunt meliora] Poſteriores cogitationes ſunt ſapientiores primis.

Poſteriora priùs agit] Antidotum ante venenum.

Poſthumus] Poſthuma proles, *Ter.*

Poſticum] Poſticula, *Apul.* Pſeudothyrum, *Cic.* Pſeudothyrum palatii, *Amm.*

Poſticus] Poſtica domus. Poſtica pars ædium, *Liv.* Averſa pars capitis cervix. Retrorſa manus, *Plin.* Retrorſa reſpicere, *Apul.*

Poſtliminio recipere, v. *Recuperare.*

Poſtponere] Poſthabere aliquid alicui. Poſteriorem ducere vitam libertate. Retro ponere, *Cic.* Poſtferre aliquid alicui, *Liv.* Omnia ſibi poſtputavit præ meo commodo, *Ter.*

Poſtquam] Poſteaverò quàm. Ubi audivit. Simul ac, atque, *Cic.* Jam revertar, *ſi* exquiſivero, *Plaut.*

Po-

Digitized by Google

Poſtremus] Imi ſubſellii vir. vid. *Vltimus.*

Poſtridie] Poſtridie ejus diei. Poſtridie quàm à vobis diſceſſi. Poſtridie ludos, *Cic.* Poſterò. *Tac.* Deincepiti die, *Apul.*

Poſtulare] Poſcere aliquid aliquem, *&*, ab aliquo. Depoſcere, Requirere, deſiderare, Flagitare, *Cic.*

Poſtulatum] Poſtulatiò, Efflagitatio, Efflagitatûs, Conditio, *Cic.*

Potare] Potitare, *Plaut.* Voluptate potandi frui, *Cic.*

Potare largiùs] Largiùs ſe invitare, vel alterum.

Potare aliquem] Dare potionem, *Quint.* Dare potatum bubus, *Col.* Potandum præbere, faucibus infundere, *Id.*

Potator] Potor, *Plin.* Bibo, *Firm.* Magiſter bibendi, vid. *Ebrioſus.*

Potens] Valens opibus & potentiæ. In magna potentia eſt. Præpotens terræ marique. Homo potentiſſimus, *Cic.* Factioſus. Multipotens, *Plaut.* Pollens factionibus, *Apul.*

Potentes non coëunt] Mons cum monte non commiſcetur.

Potentes non patiuntur moneri] Montes tange, & fumigabunt.

Potentes provocare ad ſui exitium] Leonem ſtimulare.

Potentia] Opum nimiarum potentia. Ad ſua conſervanda, & alterius obtinenda idonearum rerum facultas. Numen Senatûs, Poteſtas. Facultas. Fortitudo militum, vel militaris. Vires adoleſcentis, virtutis, *Cic.* Manus, *Tac.* Pollentia impiorum, *Plaut.* Vehementia odoris, *Plin.* vid. *Robur.*

Potentia & amor non ferunt ſocium] Nec regna ſocium, nec tædæ ſciunt. Nulla fides regni ſociis; omniſque poteſtas impatiens conſortis erit.

Poteſtas] Habere ſummam poteſtatem alicubi. Ejus *numini* parent omnia. Regnum ſenis. Nutus Jovis, *Cic.* Arbitrium veſtri Romulus habet. Jus, *Liv.*

Digitized by Google

Poteſtas omnis à deo eſt] Quicquid dominatur, vim D habet.

In Poteſtate habere] In manu eſt. In regno meo eſt. I tuo luco & fano eſt ſitum. Intra tuas præſepes, *Plaut*. I te, in tuâ poteſtate, ſitum eſt. In te ſita eſt poteſtas. Tot ejus facultas tua eſt. Penes te, me, illum, eſt poteſtas Arbitrium tuum ſit orationis cuſtodiendæ, *Cic*. Penes te arbitrium vitæ neciſque, *Ovid*. Iſſeô remigiô rem gero, *Turneb*.

Potio] Poculentum, *Cic*. Potulentum, *Vlp*. Potiuncula, *Suet*.

Potiri] Tenere, *Plin*. Compotem fieri, *Cic*. vid. *Poßidere*.

Potius] Abeo potiùs, *Ter*. (*Eleganter aliquando omittitur* potiùs, *ſequente particulâ* quàm.) Tacita mulier eſt bona, quàm loquens, *Tac*. *Pot*. *Pro* Meliore nobis fuit hoſtes effugere, *Cic*. Magis. Optandum magis, quàm ſperandum, *Cic*.

Potus] Potura, *Var*. Hauſtus, *Ovid*. In mediâ *potione* exclamavit, *Cic*. Potatio, *Plaut*.

Præbenda] æ. Præbenda, *Plin*. *Gell*. Annuum, *Suet*. Sportula, *Cypri*. Præbitiones (ſalis is) *Vlp*.

Præbendarius] Sportularius, *Cypr*. Alimentarius, *Capit*.

Prebere, vid. dare. *Subminiſt*.

Præbibere, vid. *Propinare*. Præbitor, vid. *Dator*.

Præcavere] Præcavere alicui, *Ter*. Facere aliquem cautiorem, *Cuſ*. Præmonere à periculis. *Cavere* alicui. Cautionem adhibere, *Cic*.

Præcutor] Cautor, *Plaut*. Præa monitor, *Cic*.

Præcedere] Præcurrere aliquem, & alicui. Antegredi. Anteire alicui. Anticipare moleſtiam. Prætergredi caſtra. Prævertere aliquem. Prævolare, *Cic*. Præcurrere adventum alicujus in aliquem locum, *Plin*. *Iun*. Præire, *Liv*. Ire præ, *Plaut*. Anteire ventos, *Sil*. Antevenire aliquem magnis itineribus, *Stat*. Antevertere alicui, *Ter*. Antevolare currum, *Stat*. Prævenire alicujus deſiderium. Præoccupare, *Liv*. Antecapere aliquem, *Sal*. Opprimere, *Plaut*. Occupare aliquem, *Virg*. *Ovid*.

Præc-

Præcellere] Præſtare in arte aliquâ, *Lucr.* Eminere, *Liv.* Tenere principatum, principem locum. Primas ferre, tenere. Primas partes agere. Penes illum eſt principatus. Ducere familiam. In hoc uno regnat, *Cic.* Principatus eſt avibus. Primatum obtinere. Palmam alicujus rei habere, *Plin.* Priores partes habere, *Ter.* Signa ferre, *Sen.* Equis albis præcedere. Primum eſſe. Nulli ſecundum eſſe. Nullo inferiorem eſſe. Nulli cedere. Nemine poſterior. Anteſignanus. Omnes procul à ſe reliquit. Omnes à tergo reliquit: Longo intervallo præcellit. Eloquentiæ artem tenet. Primam laudem obtinet. Stadiis centum præcedere, *Eraſ.* Præmia prima feres, *Virg.*

Præceps] Præceps in aliquid animus, *Liv.* Præcox pugna, *Enn.* Præpropera feſtinatio, *Cic.* Quicquid agit, properat omnia, *Plaut.* Præcipitia ingenia, *Curt.* Prorupta audacia. Volaticus impetus. Præcipiti quâdam celeritate volubilis homo, *Cic.* Rapidus, *Virg.*

Præceptor, vid. *Doctor.*

Præcerpere] Præcerpere fructus officii alicujus, *Cic.* Præſumere remedium, *Ter.* Præcipere fructum, *Col.* Debitum, dotem, *Vlp.*

Præcidere, vid. *Abſcindere.* Præcipere, vid. *Iubere.*

Præcipitanter] Præproperanter, *Lucr.* Præproperè, *Liv.* Præfeſtinè, *Plaut.* Nimium feſtinanter. Turbulentè, *Cic.* Præmaturè, *Gell.* Tumultuariè & raptim, *Amm.*

Præcipitantia] Præcipitatio, *Sen.* Præpropera feſtinatio. Immaturitas & feſtinatio. Impetus animi, *Cic.*

Præcipitantia cavenda] Feſtinatio improvida & cœca eſt, *Liv.* Feſtinatio pœnitudinis mater. Mala cuncta miniſtrat impetus. Offendit qui feſtinis eſt pedibus. Cunctari ſolet vir, qui magna molitur. Canis feſtinans cæcos parit catulos.

Præcipitare, aliquem] Dare præcipitem; in præceps, *Liv. Ter.* Jácere in præceps aliquem, *Tac.* Præcipitem agere aliquem de. Dejicio præcipitem, *Cic.* Deturbare præcipitem, *Virg.* Mittere pronum aliquem, *Catul.* In præceps adigere, deturbare, projicere, *Virg.*

Digitized by Google

In caput dejicere, *Lucil.* Projicere præcipitem in undas, *Virg.* Mittere præcipitem de muro, *Hirt.*

Præcipitare ſe. vid. *Cadere præcip.* Præcipitare, vid. *Feſtinare.*

Præcipuè] Principaliter, *Vlp.* Cumprimis, *Cic.* Apprimè, *Ter.* vid. *Singulariter.*

Præcipuus] Unus multorum inſtar. Unus pro centum millibus, vid. *Primarius.*

Præclarè vid. *Eximiè.* Præclarus. vid. *Excellens. Celebris.*

Præcludere, vid. *Excludere.*

Præco] Prædicator, *Cic.* Prænuntius, *Ovid.* Enunciativus, *Sen.* Curio, *Iul.* Clamator, & Proclamator, ex *Cic.* Præclamitator, *Feſt.* Calo, *Hor.*

Præcogitare, vid. *Præmeditari.*

Præcognoſcere aliquid] Præcipere aliquid animo, *Virg. Liv.* Præſagire aliquid animo. Præſciſcere, *Liv.* Præſagior aliquid, (dep.) Prædivinare, Proſentire, *Plaut.* Præſcire aliquid, Præſentiſcere. Subolet mihi, *Ter.* Præſentire aliquid. Videre aliquid, Videre animô aliquid, Multùm, plurimum videre in re aliqua, Valdè videre. Olfacere. Odorari ſagaciſſimè. Longè proſpicere futuros caſûs, *Cic.* Prænoſcere aliquid venturum, *Stat.* Proſpeculari, *Amm.*

Præcox] Præmaturus fructus, *Col.* Præciæ uvæ, *Plin. Virg.* Præcoquæ, *Col.* (*Præcoqui fructu, item, Præcoquem, Præcoques*, à Præcoquis Recto, *apud Colum. reperiuntur.*) Maturiſſimus, *Id.* Maturrimus, *Tac.* Tempeſtivus fructus, *Cic.* Prodromos ficus, *Plin.* Protericus, *Macrob.*

Præcox judicium] Ante barbam doces ſenes. Ante pilos ſapit. Ingenio canus & ante canos.

Præcocia haud diuturna] Odi pueros præcoci ſapientiæ. Quod citò fit, citò perit. Fugacia ſunt poma præcocia.

Præcurrere vid. *Præcedere.*

Præcurſio] Præcurſus Eteſiarum, *Plin.* Anteverſio, Prægreſſus, *Amm.* Anteceſſio rerum. Prægreſſio cauſæ. Anticipatio deorum, *Cic.* Anteceſſus, *Sen.*

Præcurſor, vid. *Anteceſſor.*

Præ-

Digitized by Google

Præda] Spolium, *Plin.* Exuviæ. Manubiæ, *Cic.* Rapta præmia, *Tibull.* Bello parta.

Prædari] Graſſari, *Non.* Prædas agere, agitare, *Saluſt.* Facere prædas. Latrocinari. Infeſtam reddere provinciam latrociniis, *Cic.* Agere latrocinia, *Tac.* Vivere rapto, *Ovid.*

Prædator] Prædo, *Næv.* Spoliator, direptor urbis. Pirata. Inſidiator viæ, *Cic.* Catillo, *Feſt.* Aggreſſor, *Vlp.*

Prædatorius] Piraticus myoparo (*navis nomen,*) *Cic.* Prædacea navis. Prædatica pecunia, *Gell.* Prædonius, *Vlp.*

Prædicere] Prædivinare, *Varr.* Prænunciare, Antenunciare, Antedicere. Dii aliquid præmonſtrant & præcinunt, *Cic.* Prodicere diem, *Var.* Præfari, *Catul.* Sibylla prolocuta eſt, *Lactant.*

Prædictio] Auguria rerum futurarum. Prædicta augurum, *Cic.* Apoteleſmata, *Firm.*

Prædium] Res ruſtica, *Cic.* Villa fructuaria. Colonia, *Col.*

Præfari] Præfari aliquem in ſcribendo, *Plin.* Præloqui. Procemiari, *Plin. Iun.*

Præfatio] Procemium, *Cic.* Antelogium, *Plaut.* Proloquium, *Pacuv.* Prologus, *Ter.* Anteloquium, *Macrob.* Proloquium. Principium, *Feſt.*

Præfatus] Antedictus, *Amm.* Supradictus, *Hor. Plin.* Suprapoſitus. *Cic.*

Præfectus] Præſul regionum Mars, *Amm.* Præſes Reip. Antiſtes ceremoniarum. Præpoſitus, *Cic.* Præſidatum regens, adminiſtrans, *Spart.* Præſtes, *Feſt.*

Præfectura] Satrapia, *Plin.* Præſidatus, *Vopiſc. Spart.* Capitaneatus, *Meurſ.*

Præferre, vid. *Anteferre.*

Præficere aliquem negotio] Præponere bello, muneri. Præſtare aliquem negotio *Cic.* Præfulcire aliquem negotiis, *Plaut.*

Præfiſcinè] Præfiſcini, *Plaut.* Præfiſcinò, *Scal.* Abſit verbo invidia, *Liv.* Bonum factum, *Plaut.* Bonâ ſalute, *Cato.*

Digitized by Google

Præfractè, vid. *Contumaciter.*

Præfractus] Rubo arido præfractior, *Er.* vid. *Obſtinatus*

Prægnans, vid. *Gravida.*

Præguſtare] Prælibare, *Plin.* Præflorare, *Plin. Iun.* Libare guſtu, *Tac.* Propinare, *Mart.* Prælambere, *Hor.* Libatam guſtu potionem alicui tradere, *Tac.*

Præguſtator] Prælambens omne quod affert, Hor. vid. *Sciſſor.*

Præire, vid. *Præcedere.*

Præjudicare] Quod Senatus nondum cenſuit, nec populus Romanus juſſit, id arroganter non judico, nec revoco ad arbitrium meum, *Cic.* Præjudicium facere de aliquo, *Cic.* Prædamnare, *Suet.*

Præjudicatus] Præſumpta opinio, *Quint.* Suſpicio præſumpta, ſpes *Tac.* *Præliator.* Præventa gratia. *Id.*

Præjudicium] Præjudicia juris. Anticipata judicia, *Bud.* Præjudicatio, *Quint.*

Præliari cum aliquo] Prælium commitere. Prælio dimicare. Decertare prælio, manu, ferro, vid. Confligere, Conflictari, *Cic.* Prælio contendere, confligere. Conficere prælium, *Caſ.* Inire, facere prælium. Decernere prælio. Dimicare acie. Ad manus venire. Conferre, conſerere manum cum hoſte, *Liv.* Serebant crebra prælia pro portis. Decernere, *Abſol. Tac.* Deſcendere in arenam, *Plin.* Concurrere cum aliquo, *Saluſt.* Committere, *Vlp.*

Præliator] Concurſator hoſtis, *Amm.* Conſertor, *Plin.*

Prælium] Certamen. Dimicatio. Conflictus cum adverſario, *Cic.* Congreſſus, *Saluſt.* Congreſſio, *Iuſtin.* Coitio, *Ter.* Mars anceps. Acies, *Liv.*

Prælucere alicui] Præferre alicui facem, tædas, *Cic.* Lucere facem alicui, *Plaut.*

Præludere pugnæ] Præludere ad pugnam, *Var.* Præludium rei caſtrenſis & armaturæ exercere, *Amm.* Proludere, *Cic.* Præſultare hoſtium ſignis, *Liv.* Primas haſtas jacere, *Cic.* i, pugnæ ſeriæ præludere.

Præludium] Initium, vel proludium pugnæ, certaminis,

minis, *Amm.* Præcertatio, *ad Heren.* Præluſio & præcurſio pugnæ, *Plin.* Proluſio, *Cic.* Velitatio, *Feſt.* Velitaris pugna, *Saluſt.*

Præmandere] Præmollire cibum puero, *Quint.* Manſa nutrices infantibus in os inſerunt, *Cic.* Manſum ex ore dare, *Lucil.*

Præmaturus, vid. *Præcox.*

Præmeditari] Præmoliri, *Liv.* Præſumere futura, *Sen.* Curam & cogitationem ſuſcipere de aliquâ re, *Cic.* Præcogitare, *ex Sen.*

Præmeditatè] Cogitatè ſcribere, *Cic.* Judicatò pronunciare, *Gell.* Sumptô ſpatiô ad cogitandum dicere. Conſulto cogitatóque fit injuria, *Cic.* Cunctanter, *Plin.* Conceptis verbis jurare: conſultis quoque, *Plaut.* Penſiculatè, *Gell.*

Præmeditatus] Meditatus venit, *Plin. Iun.* Penſitato, *Tac.* Conſulta verba, *Plaut.* Conceptum aliquid, *Id.*

Præmittere] Præmittere literas, *Cic.* Præmittere aliquid trans maria, *Col.*

Præmium] Remuneratio, *Cic.* Laurea deſidiæ præbetur nulla, vid. *Merces.*

Præmonere, vid. *Præcavere.* Prænoſcere, v. *Præcognoſcere.*

Prænunciare] Abi, prænuncia hanc venturam, *Ter.*

Prænuncius] Admiſſionalis, *Bud.* Prænunciæ palæ, *Cic.* Prænunciativus ignis, *Plin.* Enunciativus, *Sen.*

Præoccupare] Præſumere remedium, *Tac.* Eripere alicui ex ore reſponſionem, *Plaut.* Quas partes mihi ſumpſeram, præoccupavit oratio tua, *Cic.*

Præoccupatio apud Oratores] Præſumptio, *Quint.* Occupatio & anteoccupatio, *Cic.* Prolepſis, *Rutil.* Præceptio, *Plin.*

Præparare, vid. *Parare.*

Præparatio] Comparatio novi belli. Apparatus. Apparatio, *Cic.* Præparatus, & Præperatus, *Gell.* vid. *Apparatus.*

Præpollere, vid. *Prævalere.*

Præponere] Prætexere, *Plin.* vid. *Anteferre.*

Præpoſitus, vid. *Præfectus.*

Præpoſterè aliquid agere] Ante quàm piſces ceperis, muriam miſces. Antidotum ante venenum. Excorias, antequam mactâris. Farinam ſubigis, priuſquam pinſueris. Retroagere ordinem. Rem comesâ, rationes putare. Sylva nondum cæſa eſt, & domum ædificat.

Præpoſterum quid] Coryphæus chorum ſequitur. Currus bovem rotat. Præfatio libro prolixior. Adhærere ſanæ corporis parti ſcalpellum.

Præpoſterus] Inverſus, *Quint.* Retrogradus. Siniſter, *Plin. Iun.*

Præproperè. Præproperus, vid. *Præceps, &c.*

Præripere aliquid alicui] Præripere alicui laudem, gratiam. Anteoccupare aliquid. Contendere occupare aliquid, *Cic.* Intercipere regnum, victoriam, *Plin. Iun.* Præcipere littora, *Virg.* vid. *Præcedere.*

Prærogativa] Primatus, *Plin.* Principatus, *Cæſ.* Summatus, *Lucr.* Faſtigium inter alios habere, *Plin. Iun.*

Præſagire] Sagire, *Cic.* Prædivinare, *Plin.* vid. *Prædicere, Præcognoſc.*

Præſagium] Præſagitio. Præſenſio, Prænotio, *Cic.* Prædivinatio, Præſcitum, *Plin.*

Præſagium bonum] Auris dextra tinnijt. Oculus dexter mihi ſaliit, vid. *Omen.*

Præſagium malum] Fumum olfacere.

Præſagus] Præſcius venturi, *Virg.* Proſpectator, *Apul.*

Præſcire aliquid, vid. *Præcognoſcere.*

Præſcribere] Præſcribere alicui quæ gerenda ſunt, *Cic.* Præformare literas infanti, *Quint.* Præfigurare literas, *Caſſ.* Dicere legem alicui, *Sen.*

Præ ſe ferre] Non omnes ſunt, quod præ ſe ferunt. Multi qui boves ſtimulant, pauci oratores. Multi thyrſigeri, pauci Phœbi. Non omne quod apparet, verum eſt. Non omnes, qui habent citharam, ſunt citharœdi. Non omnis eſt coquus, cui longus culter adhæret.

Præſens] Præs eſt, *pro*, præſtò eſt, *Varr.* Nemo adeſt *ſuperſtes*, *Plaut.* Præſtò eſt mihi aliquis. Ruri aſſiduus ſemper vixit. In oculis alicujus habitare, *Cic.* Intereſſe ſuis negotiis, *Vlp.* In medio eſt, *Ter.*

Digitized by Google

Præſente me, &c.] Præſente teſtibus (*pro præſentibus*) *Pompon.* Præſente omnibus, *Nav. Non.*

Præſente re, vid. *Repræſ.*

Præſentia] Aſſiduitas amicorum quotidiana. Os: in ore alicujus verſari, *Cic.* Interventus, *Col.*

Præſentia certiora futuris] Craſtinum tu ſume, mihi da hodiernum.

Præſentia faſtidimus] Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.

Præſentia agere] Conſule de præſentibus. Hoc age.

Præſentibus contentum, in futurum non proſpicere] In diem vivere. Suavia in præſentiâ quæ eſſent, prima habere, neque conſulere in longitudinem, *Ter.*

Præſepe] Præſepes. Præſepium, *Var.* Ad præſepim tuam, *Plaut.*

Præſertim] Præſertim ſi: præſertim quod, *Cic.* Præſertim cùm, *Ter.* & *ut* in re tali. Atque. Maximè, *Cic.*

Præſes] Nomarcha, *Bud.* vid. *Præfectus.*

Præſidatus, vid. *Præfectura.*

Præſidere] Præeſſe imperio, Reip. ſacris, provinciæ, *Cic.* Cum poteſtate eſſe. Cum imperio eſſe, *Feſt.*

Præſides rerum ſunt omnibus æqui] Deus & ſol omnibus idem.

Præſidiarius miles] Stationarius, *Vlp.* Limitaneus, *Bud.* Tituli milites. (quaſi tutuli) *Feſt. Sipont.*

Præſidium, vid. *Propugnaculum. Tutela.*

Præſtans Vir] Longe præſtans omnibus aliquâ re, *Cic.* vid. *Excellens.*

Præſtantia] Flos, *Cic.* vid. *Excellentia.*

Præſtare aliquid, vid. *Efficere.* Præſtat, vid. *Melius eſt.*

Præſtat hoc malum non movere] Satius erat hoc ulcus non attingere.

Præſtigiæ] Præſtigia. Errore mentis, *Cic.* Offuciæ, *Plaut.*

Præſtigiator, vid. *Deceptor.*

Præſtolari, vid. *Opperiri.*

Præſtringere oculos] Objicere alicui glaucoma ob oculos, *Plaut.* Perſtringere oculos, *Cic.* Perſtringere aciem oculorum, *Liv.* Senſus magicis cantibus avertere, *Virg.*

Digitized by Google

Offundere alicui tenebras, noctem, *Cic.* Oculis caliginem, *Liv.* Terrentes tirones præſtrictis luminibus, *Aſcon.*

Præſultor, vid. *Choragus.* Præſumere, vid. *Præcerpere. Sperare. Confidere.*

Præſumere de ſe magna] Multum ſibi ſumere, arrogare, *Cic.* Majores ſpiritûs ducere. Falſam ſibi perſuaſionem induere. Nimium ſibi tribuere, *Quint.* Ingentes tollere animos, *Virg.* Sumere ſpiritûs, *Cæſ.* Digito ſe cœlum attigiſſe putat.

Præſumptio] Præſumpto opinio, *Quint.* Præſumptum, *Ulp.* Anticipatio, Prærogativa, Animus, Omen, *Cic.* Præceps confidentia.

Prætendere, vid. *Obumbrare. Excuſare ſe.*

Prætentare] Palpando attingere. Obvia quæque tangere, *Cic.* vid. *Explorare.*

Præter] Præterquam. Præterea. Demptâ æternitate nihilo beatior Jupiter quàm Epicurus, *Cic.* Præquam, *Cat.* Præ ſe uno rudes cæteros, *Gell.* Excepto quod, *Hor.* Uſque ad Pompejum (i. illo excepto) *Plin. Iun.* Extra unam aniculam, *Ter.* Super quàm, *Liv.* Salvo eo ſi, *Ulp.* Præter ſi, *Var.*

Præterea] Præter hæc. Ultra hæc, *Plaut.* Habent oculos, præterque tactum, *Plin.* Ultrà. Inſuper. Hoc ampliùs. Tum præterea. Nihil ſuprà. Ad hæc. Deinde, *Cic.* Ad hoc, *Saluſt.* Inde. Huic adde, *Liv.* Quin etiam, *Plaut.* Quin etiam inſuper. Tum, *Ter.* Tum autem, *Plaut.* Suprà, *Celſ.* Adde quod, *Ovid.* Adſtruitur his, *Plin. Iun.*

Præterire] Prætercurrere urbem, *Amm.* Prætervehi ſcopulum. Declinare civitatem. Flectere promontorium, *Cic.* Tranſire, *Sen.* Tranſabire difficultates, *Apul.* Prælegere Campaniam, *Tac.* Præteritare, *Plaut.*

Præterit tempus] Dies tranſiit. Præterfluere, Prælabi, Prætervolare, *Cic.* Tranſvectum eſt tempus, *Tac.* Menſes abierunt decem, *Ter.* Pertranſire, *Plin.* Transfluxêre dies, *Claud.* Exactis temporibus, *Cic.* Exemptis tribus diebus, *Pall.*

Præteritio] Prætervectio eorum, qui ultro citroque navigant. Trajectio ſtellarum. Obverſatio. Per *tranſennam* prætereuntes ſtrictim aſpeximus, *Cic.* Tranſitum tempeſtatis exſpectare, *Cic.* Tranſcurſus, *Plin.*

Præter-

Digitized by Google

Præterita] Antea acta, *Liv.*

Præterita ne cura] Quæ deciderunt, ne tollito.

Præteritus] Anteacta vita, *Cic.* Antecedens, *Ter.* Antegeſtæ res, *Amm.* Proximis diebus. Prior ætas, *Cic.* Superanteacta ætas, *Lucr.* Retro aliquis, vel aliquid, *Plin. Iun.* Ne cujusquam retro habeatur ratio, *Id.* Omnes retro Principes, *Pacat.* Tranſmiſſus, *Stat.*

Prætermittere, vid. *Omittere.*

Prætermeare] Prætervehi convivium flagitioſiſſ. Prætergredi caſtra, *Cic.* Præterequitare. Præterferri, *Liv.* Præter campos agimus navim, *Lucr.* Præterlabor tumulum, *Virg.* Tranſcurrere præter oculos alicujus, *Ovid.* Præteritare (& Præterbitare,) *Plaut.* Tranſvehi Tuſcos. Appeninus (*mons*) volatu ſtringitur, *Plaud.* Præternavigare.

Prætexere] Obtendere turpitudini rationem, *Plin.* Obumbrare crimen ſub imagine erroris, *Ovid.* Obvolvere vitium verbis, *Cæſ.* Palliari res tam aperta non poteſt, *Apul.* Quærere ſermonem, *Ter.*

Prætextus] Prætextum, *Sen.* Obtentus, *Gell.* Species, *Liv. Nomine* honeſto prætexunt culpam, *Virg.* Sub umbrâ fœderis, *Liv.* Integumentum flagitiorum, *Cic.* Præſcriptio, *Cæſ.* Color, *Quint.*

Prætextu virtutis] Sub virtutis ſpecie. Virtutis titulô. Sub imagine pietatis. Sub umbrâ pietatis, *Erar.*

Prætor, vid. *Iudex.* Prætorium, vid. *Puria.*

Prætorius] Prætorianus, *Plin.* Prætoritius, *Mart.* Ducalis tunica, *Vopiſc.* Imperatorius, *Cic.* Imperialis, *Gul. Capit.*

Prævalere] Prævaleſcit arbor, *Col.* Vincere viribus, *Virg.* Præpoſſe, *Tac.* Superare aliquem, *Cic.* Superare pugnando, *Ovid.* Dolis, *Plaut.* Opprimere, *Id.* Præpollere, ex *Liv.*

Prævaricari] *Tr.* Ordinem non ſervare, *Propert.* Violare legem, *Plaud.* Conculcare, Evertere, perfringere, convellere legem. Migrare communia jura, *Cic.* Egredi leges, *Tac.* Fraudem facere Senatuſconſulto. Committere aliquid contra legem, *Cic.* Facere fraudem legi, *Plaut.* Tranſgredi, *Ap. S. Eccl.*

Prævaricatio] Tranſgreſſio legis, officii, *Sipont.* Contra legem factum, commiſſum, delictum, *Cic.*

Præva-

Digitized by Google

Prævaricator] Violator juris humani, *Liv.*

Prævenire, vid. *Præcedere*. Prævertere. *Ibid.*

Prævidere] Proſpicere futuros caſus. Providere futura, *Cic.* vid. *præcognoſcere.*

Prævisus] Præcogitatum malum, *Sen.*

Prandere] Prandere calidum prandium, *Plaut.* Pranſitare, *Macrob.* Meridiare & ri, *prandium meridie capere*, ex *Plaut.* Anteponere bonum prandium pranſoribus, *Plaut.*

Prandium] Menſa, *Iuv.* Pranſum paratum, *Var.*

Pravè, vid. *Malè.* Pravus, vid. *Malus.*

Precari, vid. *Orare Deum.*

Precari benè alicui] Reditum exeunti precari. Jubere valere, *Cic. Optare.*

Precatio] Preces, obſecratio, imploratio deûm, *Cic.* Comprecatio deorum, *Liv.* Adoratio, *Plin.* Poſtulationes divinæ, *Arnob.*

Preces armatæ] Dominus rogans præcipit.

Prehendere] Apprehendere manu aliquid. Reprehendere aliquem pallio, *Plaut.*

Prelum, vid. *Torcular.*

Premere] Preſſare. Imprimere corpus ſtipiti, *Plin.* Perprimere, *Hor.* Condenſare ponderibus aliquid. Prelo ſubjicere, *Col.*

Prenſare, vid. *Captare.* Prenſatio, vid. *Ambitio honorum.*

Presbyter, vid. *Sacerdos.*

Preſsè, vid. *Arctè.*

Pretioſus] Aurô carior. Aurô contrà carior, *Plaut.* Magnô pretiô ſtat, *Hor.* vid. *Carus.*

Pretioſa indignis] Margarita inter porcos.

Pretium] Valor. Nuncupatio, *Plin.* Æſtimatio, *Ceſ.* Pretioſitas.

Pretium indicare] Imponere pretium alicui rei, *Cic.* Indica, fac pretium, *Plaut.* Dicere pretium alicujus rei, *Hor.*

Pretii alicujus eſſe] Alicujus æris, *Gel.* Aliquo numero habetur, *Var.* Pro aliquo eſt, *Sen.* Penſi habere, *Saluſt.* Penſi eſt mihi, *Liv.* Momentum habere. Plurimi id eſt æſtimandum. Plurimi eſt. Æſtimabilis, *Cic.*

Pridem,

Digitized by Google

Pridem, vid. *Dudum.*

Pridianus] Heſterna cœna, *Plin. Iun.*

Primarius] Primanus, *Tac.* Principalis cauſa, *Quint.* Primitius, *Ovid.* Primus, *Ter.* Apprimus, *Virg.* Primarum partium. *In primis* Italiæ civitas. Præcipuum *Iur.* Princeps locus. In principibus eſt, *Cic.* Palmarium facinus. Primæ caveæ Rhetores, *Vorſ.* Primæ ceræ amicus. Primæ claſſis, notæ. Primatum obtinens. Primipilarius, vid. *Anteferendus.*

Primarii requiſiti non obliviſcendum] Focus luculentus in ædibus.

Primates, vid. *Magnates.* Primatus, vid. *Prærogativa.*

Primigenius] Primogenitus, *Hieron.* Primigenitus, *Biſciol. Vall.* Prima naturæ vocat. Primus genitus, *Plin.* Primigenus dies, *Lucr.*

Primipara] Porcetra, *ſus quæ ſemel peperit.* Tiruncula canis. Primum partum enixa. Primò effœta, *Col.*

Primitiæ] Præmetium, *quaſ. præmeſſum*, *Feſt.* Præmiſſa, *Plin. Iun.*

Primò] Primum. Imprimis, *Cic.* In primo. Primitùs oritur, *Var.* Principiò, *Cic.* Primodum, *Plaut.*

Primopilus] *Manut.* Primipilus, *Cæſ.* Centurio primi pili, *Liv. Cic.* Primus Centurio, *Cic.* Præſul militum, *Vopiſc.* Primipilarius, *Spart.*

Primores, vid. *Magnates.*

Primum quid in ſuo genere] Prima rerum, ſumma. Caput eſt. Ultimum id in amicitiâ putavit. Quod familiam ducit, *Cic.* Quod eſt potiſſimum, *Quint. Col.* In hoc cardo verſatur.

Prima feliciter tentare] Glaciem ſcindere, frangere, perrumpere.

Primum experienti venia datur] Primus error veniam meretur.

Primus] Primus ante omnes, *Virg.* Primigenius, *Feſt.* Ultimus auctor ſanguinis, *Virg.* Primulus, *Plaut.*

Primus inter ſuos] Coryphæus, vid. *Anteferendus.*

Principalis, vid. *Primarius.*

Principium] Frons exercitûs, *Tac.* Cujuſque rei potiſ-

Digitized by Google

potiſſima pars. Priora & terga, *Plin.* Principia, *pl. Liv.* caput jecinoris, *Id.* Primum, *Cic.* Primores ungues erigit, *Lucil.* vid. *Initium.*

Principium & finis] Alpha & O mega. Prora & puppis.

Principiis obſtandum] Omne malum naſcens facilè opprimitur. Satius eſt initiis mederi, quàm fini.

Ex parvis principiis magna rerum incrementa] De parvâ ſcintillâ magnum ſæpe excitatur incendium. Tandem fit ſurculus arbor.

Prior] Primas etſi utrique, *priores tamen* deferunt Lælio, *Cic.*

Ad priorem ſtatum tenuem redire] Ad priſtina præſepia.

Priſcè, vid. *Antique.*

Priſcus] Ipſâ ſua vetuſtate conſenuit. Nimis antiquus & obſoletus. Oblivione obſoleti mores. Majorum conſuetudo longo intervallo repetita atque relata. Obſoletus, *Cic.* Vetuſtus mos, *Ovid.* Pervetuſta verba, *Cic.* Exoletus. Vetuſtate exoletus. Ex Vetuſtate verba, *Quint.* Caſcus, *Var. Cic.* Cana antiquitas: cana morum antiquitas, *Caßiod.* Archaici lecti, (i. e. antiquo more facti,) *Hor.*

Privare aliquem aliquâ re, vid. *Orbare. Adimere.*

Privata vita] Vita ſegrex, *Sen.* Solitudo: Mihi ſolitudo & receſſus provincia eſt. Umbratilis vita, *Cic.* Secretum, *Quint.* Interior & familiaris vita, *Suet.*

Privatam vitam agere] Submittere ſe ad privatum faſtigium. Removere ſe à negotiis publicis. Removere operam ſuam à populari cætu. Secum vivere, *Liv.* Subtrahere ſe à Curiâ, & ab omni Reip. parte. Jacere, *Cic.* Abſtinere ſe urbanis, *Plaut.* A vulgo & ſcenâ in ſecreta ſe revocare, *Hor.* Civilibus renunciare officiis, *Quint.* Vitam perobſcuram tranſmittere, *Sen.* Vitam in obſcuro agere. Ætatem procul à Repub. habere, *Saluſt.*

Privatim] In privato, *Liv.* Inferre ſe in locum ſine arbitris. Remotis arbitris agere, *Id.* Remotô liberô ab arbitris loco, *Cic.* Nemo hìc adeſt ſuperſtes, *i. e. teſtis.* Extrâ turbam, *Plaut.* Extra ordinem, *Cic.* Secreto ab aliis coquere conſilia, *Liv.* vid. *Separatim.*

Digitized by Google

Privatum commodum] In privatum verſum omne, *Liv.* Prædam omnem in ſinum contulit, *Lamp.*

Privatus homo] Privus. Carens luce forenſi; rebus urbanis; publico, *Cic.* Publico abſtinens, *Ter.* Vocans, *Amm.*

Privignus] Privigna proles, *Col.*

Privilegiatus] Privilegiarius, *Vlp.* Eximius. *Bud.* Homo immunis, *Cic.* Liberæ capræ ab aratro.

Privilegium] Lex privatis hominibus irrogata. Beneficium legis, *Cic.* Privata lex. Jus ſingulare. Beneficium Principis. Indultum. Immunitas. Diſpenſatio. Conſtitutio perſonalis, *ICtis.* Prærogativa, *pro jure ſpecialiter indulto*, *Vlp.* Rogatio, *Feſt.*

Privilegio donare aliquem] Privilegium alicui concedere, *Paul. I.C.* Dare immunitatem muneris. Privilegium facere. Legem privatis hominibus irrogare. Liberare aliquem opere magno. Eximere aliquem de vectigalibus. Excipere, *Cic.* Solvere legibus aliquem, *ad Her.* Dare vacationem militiæ alicui, *Liv.*

Priùs] Primò purgare, mox pingueſcere, *Plin.* Priore loco dicere, *Cic.* Priùs diſce quid ſit vivere: ubi ſcies, tum &c, *Ter.*

Priusquam] Priùs quàm. Prius de probro, quàm de re. Priuſque tollentur, quàm. Antequam, & ante quàm, *Cic.*

Pro aliquo agere aliquid] Fungi alienâ vice, *Liv.* Pro herede aliquid gerere, poſſidere, *Vlp.* Vicem alicujus ulciſci. Officia, partes pro aliquo ſuſcipere. Nomine alicujus ſolvere, *Cic*, Oppetere vicem alicujus, *Plaut.* Ego te abſente tuis fungar partibus, Tuas agam partes, *Er.*

Pro aliquo eſt, vid. *Pretii alicujus.*

Pro me eſt] A me eſt. A me ſtant judices. A nobis id facit. Cum aliquo ſtare. Secundo populò aliquid facere, *Cic.* Vnde jus ſtat, *Liv.*

Pro poſſe, vulgò, Latinius, pro poſſibilitate, *Amm.*] Pro virili parte. Pro ſua quisque parte, facultate, opibus, portione. Pro ratâ portione. Pro ſe quisque. Prout ferebant facultates, *Cic.* Pro copiâ, *Plaut.* Pro copiâ rei facere, *Saluſt.*

Digitized by Google

Saluſt. Pro virili portione, *Tac.* Pro modo virium opus, *Quint.* Id quod quiſque valet, & poteſt, edit, *Plaut.*

Probabile eſt, vid. *Veriſimile eſt.*

Probabilis] Evidens, *Cic.* Authenticus, *Vlp.* vid. *Veriſimil.*

Probare] Planum facere, *Lucr.* Convincere. Colligere. Fidem facere, *Cic.* vid. *Demonſtrare*, *Approbare.*

Probatio. vid. *Demonſtratio.*

Probatus vir, &c.] Virtus experta atque perſpecta. Homo in utrâque fortunâ cognitus, multis ſignis & virtutis &c. Spectatus vir. Spectata ejus eſt integritas. Probatiſſimus homo. Compertus, *Cic.* Explorata fides, *Stat.*

Probè] Probiter, *Var.* Romano more. Integrè, integerrimè. Salva fide, lege, jure, officiô, aliquid facere. Innocentiſſimè acta vita. Vivere ſanctiſſimè; cum virtute, *Cic.*

Probitas] Bonitas, integritas in candidato requiritur, *Cic.*

Probroſe] Contumelioſè, contumelioſiſſimè. Maledicè, Detrahendi cauſa dicere. Per contumeliam. Per ſummum dedecus vitam amittere, *Cic.* Per flagitium perdere famam, *Ter.* Subcontumelioſè tractari. Flagitioſè & turpiter dicta. Flagitioſiſſimè amori alicujus ſervire. Cum probro & dedecore, *Cic.*

Probroſus, *Probroſum*, vid. *Contumelia*, *&c.*

Probus] Approbus. Inculpatiſſimæ vitæ, *Gell.* Vitæ integerrimæ. Vir integer, innocens. Nemo illo innocentior, neque ſanctior. Omnes virtutis numeros continet. Pollet virtute præditus. Vir exemplum innocentiæ. Integer, ſpectatus vir, *Cic.* Probiſſimus, *Plin. Iun.* In omnium virtutum exempla genitus adoleſcens, *Patercul.* Cato ſui temporis, *Lampr.* vid. *Bonus.*

Procacia] Procacitas lepida, *Mart.* Audacia, importunitas, petulantia, contumacia, Ferocia, *Cic.* Confidentia ingens, *Ter.* Cornua, *Hor.* Protervia, *Lucr.* Temeritas furioſa, *Cic.* Ferocitas, *Id.*

Procaciter] Procaciùs Turbulentè aliquid facere. Ferociter dicta. Contumaciter ad aliquem ſcribere. Pugnis & calci-

Digitized by Google

calcibus uti. Audacter, *Cic.* Protervè, *Plaut.* Confidenter, *Acci.* Proterviter, *Enn.*

Procax, vid. *Laſcivus* & *Protervus.*

Procedit] Cedit res, *Virg.* It res benè. Fluunt res ad voluntatem, *Cic.* Sic fortuna rotam ſuam verſat, v. *Succedit.*

Procella] Torrens aëris. Aëreum diluvium. Tempeſtas pelagi, *Virg.* Tempeſtas maris, *Cæſ.* Æſtus, fervor, agitatio maris. Agitatio fluctuum, *Cic.*

Procelloſus] Tempeſtuoſum mare, *Gell.* Turbidus dies, *Plin.* Tumultuoſum mare, *Hor.* Turbulentum tempus. Turbulentiſſimus Tribunatus, *Cic.*

Procerus] Alno procerior, *Er.* vid. *Altus.*

Proceſſus juris] Via juris, ratio, norma, *Cic.* Formula, *Plin.* Proceſſus judiciarius, *I. C.* Perſecutio, *Vlp.*

Procidentia oculorum] Intus abacti oculi, *Stat.*

Procidentia ſedis] Procidua ſedes, *Plin.* Bubonocele, *Sipont.*

Procidere in genua] Accidere, Proſternere ſe, projicere, ſternere ſe ad pedes alicujus. Volutari ad pedes alicujus. Abjicere ſe ſupplicem ad pedes alicui, *Cic.* Advolvi pedibus alicujus, *Tac.* Procumbere ad genua: ad pedes alicujus. Provolvere ſe ad genua alicui, *Liv.* Provolutus ejus genibus, *Tac.* Exhibere ſe ſupplicem. Eſſe ſupplicem alicui. Supplicem ad pedes alicujus jacere, *Cic.*

Procire] Matrem procitum plurimi venerunt, *Liv.* Procare, *Feſt.* Ambire nuptias.

Proclamare] Promulgare legem. Edicere comitia. Præco prædicat aliquid. Recitare edictum, *Cic.* Judicare forum, *Virg.* Pronunciare prælium, *Liv.* Conclamare auctionem, *Plaut.* Debuccinare, *Ter.* Subjicere bona alicujus voci præconis, *Cic.* Præconis voce victorem declarare, *Virg.* Proquiritare, *Sidon.* Lex proquiritata (i. *Publicata.*) *Beroal.*

Proclamare] Promulgatio legis, *Cic.*

Proclivis] Propenſus ad vitia. Affectus ad munus fungendum. Natus ad aliquid, *Cic.* Pronus ad omne nefas: in ferrum, *Lucan.* Pronus offenſioni, *Tac.* Inclinatus ad. Inclinatior ad pacem animus, *Liv.* Promptus

ad diſcendum. Appoſitus judex juri, *Quint.* Sum affectus ad, *Sen.*

Proclivitas] Propenſio ad aliquid. Inclinatio voluntatum. Facilitas ad bona. Declinatio ad libidinem, *Cic.* Pronitas ad malum, *Sen.*

Proclivitas naturalis] Minervâ. Natura, *Cic.* Genius. Naturæ Deus, *Hor.* Vena, *Iuv.*

Procraſtinare] Recraſtinare aliquid, *Col.* vid. *Differre negotium.*

Procraſtinatio, vid. *Dilatio.*

Procul] Longè abire. Longe gentium, *Cic.* Longè procul à me, *Plaut.* Longiſſimè abeſt. Remotus ultra Gades. Ultra Herculis columnas.

Procul dubio] Dubium nemini eſt. Utique. Nempè. Quippe, *Cic.* Videlicet, *Id.* Sine dubio, *Pompon.* Sine dubietate, *Amm.* Indubitanter, *Plin.* Indubitatè, *Vlp.* Scilicet, *Ter.* Nimirum, *Quint.* Ex profeſſo bonus, malus, *Sen.*

Proculcare] Calce proterere, vid. *Conculcare.*

Procumbere] Rejicere membra fatigata, *Curt.* Projicere corpus humi, *Liv.* Deponere corpora ſub ramis, *Virg.* Reclinari in gramine, *Hor.*

Procurare] Vacare corpori, *Plin. Iun.* Concurare, *Plaut.* Munire ignem ne evagetur, *Vlp.* vid. *Curare. Providere.*

Prodere] Edere auctorem, *Liv.* Efferre peccatum alicujus foris. Promere conſilia alicujus. Effundo, quæ tacueram. Indicare conjurationem, *Cic.* Indicare de conjuratione, *Cæſ.* Proferre aliquid foràs; in medium; in lucem; in aſpectum, *Cic.* Per indicium enunciata res, *Cæſ.* Effutire aliquid, *Ter.* Evulgare, *Liv.*

Prodeſſe Utilitati eſſe, commodo. Magnos uſûs, utilitatem afferre. Fructum utilitatis præbere, *Cic.* E re eſſe. Non ab re eſſe, *Plaut.* In rem eſſe, *Tac.* Profore, *Hor.* vid. *Vtilis. Expedit.*

Prodigalitas] Prodigentia, *Tac.* Prodigitas, *Lucil.* Profuſio divitiarum, *Suet.* Profuſa luxuries. Liberalitas diſſolutior. Effuſio liberalitatem imitatur, *Cic.* Nepotatus, *Plin.* Nequitia contrarium vitium frugalitati. Luxuria, Inſolentia, *Cic.* Luxus populator opum, *Claud.* Largitas nimia, *Ter.*

Prodigè

Digitized by Google

Prodigè vivere] Sumptuoſius vivere. Effusè largeque donare, *Cic.* Profuſiſſimè, *Suet.* vid. *Seqq.*

Prodigere] Prodigè vivere. Profundere patrimonium. Abligurire fortunas ſuas. Effundere patrimonium : per luxuriam bona. Conſumere bona. Devorare omnem pecuniam. Exhaurire immanes quæſtûs. Dilapidare pecuniam. Diſſipare, conficere rem, patrimonium. Comedere patrimonium, bona ſua. Diſperdere poſſeſſiones à majorib. relictas, *Cic.* Sumptus facere dapſiles. Lacerare validè rem ſuam. Vapulat peculium. Minùs cautè & cogitatè tractavit rem ſuam. Mortuâ re, verba nunc facis. Rem confringere. In deliciis diſperdere. Diffunditare. Deterere, *Plaut.* Conturbare fortunas, *Cic.* Proficiſcitur pecunia, *Paul. I. C.* Ire, redire pecuniam, *dicit Vlp.* Proluere opes, *Tac.* Eluere, *Plaut.* Pergræcari. Congræcare aliquid in luſtris. Abuti rem patriam, Perdere. Degulare patrimonium, *Plaut.* Abſumere, oblimare rem, *Hor.* Comeſum, expotum, exutum, elotum in balneis, *Plaut.* *Proterviam facere, Eras.* corrigendum, Propter viam facere, *Macrob. Feſt. Plaut.* Luxurioſè &) Exuere ſe paterno agro, *Liv.* Decoquere aliquid, *Plaut.* Inſolenter re uti, *Bud.*

Prodigus] Prodigus ſui peculii, *Plaut.* Profuſus, ſumptuoſus homo. Luxurioſus, diſſolutus, profuſus, ac perditus nepos. Inſolens. Effuſior in largitione, *Cic.* Profuſus ſui, *Saluſt.* Promus magis quàm condus, *Auſon.* Impendioſus. Is vel Herculi conterere quæſtum poſſit, *Plaut.* Effuſus in luxum, *Tac.* Damnoſus in ædificando, *Suet.* Ignorat quantùm ferratâ diſtet ab arcâ ſacculus, *Iuv.* Crœſi opes prodigeret. Rei ſuæ inimicus. Malè gerens. Unicæ luxuriæ.

Prodigus fit indignus] Egebit, qui ſua prodegerit.

Prodire] Exire foràs. Exire limen, *Ter.* Efferre pedem. In conſpectum ſe dare, *Cic.* Procedere foras, *Plaut.* Faceſſere ædibus, *Pacuo.* Venire in medium, *Ter.*

Proditio] Rerum public. Proditio, *Cic.* Detectio, *Vlp.* Indicina, *Apul.* Indicatio, *Vlp.* Indicium conjurationis, *Cic.*

Proditor] Traditor, *Tac.* Inſidiator, *Cic.* Prævaricator, *Vlp.* Sociofraudus, *Plaut.* Index, *Cic.* Aſcon.

Digitized by Google

Proditorius] Fraudatorius, *I. C.*

Proditoria epiſtola] Bellerophontis literæ (*contra aſſ rentem ſcriptæ.*)

Producere] Proferre in medium, in proſpectum, *Ci* Præſentare aliquid alicui, *Plin.* Repræſentare, *Id.* Siſtere, *Ci*

Profanare] Sacra profana habere. Profanum aliqui facere. Tollere, polluere religionem. Eripere religionem de domo Pontificis. Religiones & ceremonias ſacrorum, fanorumque violare, *Cic.* Funeſtare templa, *Id.* Profeſtum facere, *ſcil. diem, Feſt.* Exaugurare fana, ſacella, *Liv.*

Profanatio] Uſus profanus, *Plin.* Exauguratio, *Liv.*

Profanatus] Profanatum id, quod in ſacrario pollutum, *Var.* Tegmina profana & uſu polluta, *Tac.* Defanatus, *Arnob.*

Profanus] Omni religione ſolutus, *Feſt.* Profeſtus homo, *Gell.* Procul eſte profani, *Virg.* i. non initiati ſacris, *Cerd.* Abſint meretrices, ne quid *parùm ſanctum* occurrat, *Tertul.*

Profectio] Peragratio itinerum, vid. *Abitio. Equitatio.*

Profectò] Ne vivam, ſi ſcio. Ita vivam, *Cic.* vid. Certè.

Profectus] Progreſſus in ſtudiis. Progreſſio dicendi: progreſſio ad virtutem, *Cic.* Proceſſus in literis, *Suet.* Poſtprincipia. Utilitas in poſtprincipiis exſiſtit, *Var.*

Proferre] Proferre foràs aliquid, *Cic.* In ſolem, *Plin.* In conſpectum, *Cæſ.* Progerere, *Plin.*

Profeſſor] Interpres alicujus artis, poëtarum, juris, *Cic.* Exercens eloquentiam meritoriam, *Tac.*

Profeſſus, vid. *Manifeſtus.*

Proficere] Procedere in virtute: ad virtutem. Facere progreſſum in ſtudiis. Progreſſio facta ad virtutem, *Cic.* Profectum facere ſub Præceptore, *Plin. Iun.* Proficere ad bonitatem, *Quint.*

Nihil proficere] Nihil promovere, *Vlp.* Ne digitum quidem progredi, *Cic.* Parùm proficere, *Id.* Quàm te magis in altum capeſſis, tam æſtus te in portum refert. Spiſſum eſt. Pro ſpiſſo evenit, *Plaut.* Quod tenetur, per manus fugit, *Sen.* Pullus tuus ſemper parvus. Cum plurimùm laboravimus, in eodem ſtatu ſumus.

Proficiſci] Contendere curſum aliquò, *Plin.* Curr

Digitized by Google

contendo petere, *Virg.* Alium curſum petierunt. Pergere per mare. Contendere, *Abſ.* Facere iter. Iſti, & rediſti. Tendere Venuſiam. Longiùs progredi, *Cic.* Pergo tendere aliquò, *Virg.* Petere rus, *Suet.* Facere profectionem, *Caſ.* Pertendere, *Liv.* vid. *Ire* & *Progredi.*

Profiteri] Palàm profiteri, *Liv.* Ego, quod facio, me omnium veſtrûm cauſâ facere, teſtor, *Cic.*

Profiteri Philoſophiam] Præcipere artem Oratoriam. Prælegere pueris, *Quint.* Explicare Scholam, *Cic.* Habeo Scholam de aliqua re, *ex Cic.* Prodocere, *Hor.*

Profligare hoſtes] Proſternere aciem. Dare ſtragem. Fundere exercitum. Facere cladem. Sternere catervas hoſtium, *Liv.* Stragem edere, facere. Conficere & opprimere hoſtes. Effligere aliquem, *Cic.* Fœdant & proterunt hoſtium copias, *Plaut.* Fundere copias, *Caſ.* Proſternere hoſtes, *Cic.* Protelare, *Feſt.*

Profluere, vid. *Fluere.*

Profluvium narium] Eruptio ſanguinis è naribus, *Celſ.*

Profluvium ventris] Fluxus ventris, *Plin.* Fluxio, *Id.* vid. *Alvus cita.*

Profluus, vid. *Fluidus.*

Profugere] Profugere à Domino, *Cic.* Profugere Dominos, *Curt.* Aufugere alicui, *Cic.* Transfugere ab aliquo, *Id.* Ad hoſtes, *Liv.* Perfugere ad aliquem, *Cic.* Tranſvolare ad hoſtes, *Plaut.* Ad tranſeundum hoſtes vocabant, *Lib.* Facere tranſitionem (ad hoſtes,) *Hirt.*

Profugus] Fugitivus: Perfuga ab aliquo. Transfuga. Retractus ex fugâ, *Cic.* Deſertor, *Liv.* Defector, *Tac.* Refugus, *Id.* Refuga, *Vlp.* Profuga caſtra, *Claud.* Fugitor, *Plaut.*

Profundè.] Altè, *Liv.* Altiùs imprimere. *Penitùs* abſtruſum, inſitum inſedit. Depreſſiùs, *Cic.*

Profundere] Refundere, *Propert.* Progere, *Apul.* Proflare rivos ſanguinis pectore, *Stat.* Evomere, *Ter.* vid. *Effundere.*

Profunditas] In profundo veritas. Altum, altitudo maris, *Cic.* Profunda Ponti, *Lucr.* Gurges, *Pl.* Faſtigium foſſæ, *Var.*

Profundus] Altus fluvius, *Caſ.* Præaltus, *Liv.* Interiores & reconditæ literæ, *Cic.* Penitus: penitas radices, *Acci.*

Profuſè, vid. *Prodigè.* & Catervatim.

Profuſio bonorum in copia] Cum multum eſt piperis etiam oleribus immiſcet, vid. *Prodigalitas.*

Profuſus, vid. *Prodigus.*

Progenies] Proles illa futurorum hominum. Oriundu ab aliquo, *Cic.* Semen æthereum. Soboles Deûm, *Virg.* Propago Romana, *Id.* Propages ſanguinis, *Pacuv.* Seminium, *Var. Lucr. Interpr. Giſan.* Monumentum generi, *vel*, generis, *Plaut.*

Prognatus] Abaliquo prognatus, *Hor.* Natus: Natus ex aliquo. Cretus, Satus Hercule, *Virg.* Proſatus, *Cypr.*

Progredi] Ultrà progredi. Longiùs diſcedere. Pergo ire. Pergo conficere reliquum iter. Perge, qui cœpiſti: perge aliqua. Gradum ad aliquid jacere, facere. Gradibus venire ad virtutum. Proceſsûs efficere. Tranſire ad. Tendere ad reliqua, *Cic.* Tendere ultrà, *Liv.* Provehi, *Quint.* Proferre gradum, *Plaut.* Promovere gradum, *Sil.* Proferre paſsûs, *Lucr.* Pedem, *Hor.* Promovere, *Abſ. Ter.*

Progreßio] Progreſſu maximo procurrere. Proceſſus militum, *Caſ.* Proceſſio ad aliquid. Gradatio ab uno ad aliquid, *Cic.*

Prohibere] Prohibere aliquem ab injuriâ. Prohibere conatus alicujus, *Cic.* Prohibebere aliquem cibo, &c. à. Prohibere ne, *Id.* Prohibeſſis, i. *Prohibeas*, *Cat.* Impedire à vel ab: ne: quò minùs. Impediri aliquâ re. Eripere alicui poteſtatem, facultatem alicujus rei. Interpellare aliquem quin: quò minùs. Impedimento ſum quò ſecius feratur. Obſtare alicui ne: quò minùs. Non ſinere. Non pati. Privare aliquem poteſtate faciendi aliquid. Arcere à progreſſu. Adimere alicui facultatem faciendi. Arcere Reditu. *Non eſt ſi tres per*, &c. Accuſare. Denegare, negare aliquid *alicui*, *Cic.* Intercedere alicui. Vindicare aliquem à vel ab, *Id.* Demere poteſtatem, *Iul. Cap.* Dempſit rumoribus adoleſcendi facultatem, *Cic.*

Prohibita impotentiùs concupiſcimus] Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

Prohibitor] Propulſator, *Val. Max.* Depulſor dominatûs, *Cic.*

Prohibitus] Vetitus. Interdictûs. Interminatus cibus, *Hor.* Prævetitus, *Sil.*

Projectio] Conjectio telorum, *Cic.* Conjectus brachii, *Lucr.* oculorum, *Cic.* Jaculatio teſtarum, *Minut. Fel.* Jactatus pennarum, *Ovid.*

Projectus, vid. *Abjectus & Expoſititius.* Projicere, vid. *Abjicere.* Proin, vid. *Ergo.*

Prolapſus] Abjectus, proſtratus, jacens, *Cic.* Prociduus, *Plin.* Sublapſus, *Vir.* Caducus, *Varr.* v. *Afflictus, & Miſer.*

Prolatio juris, vid. *Dilatio.*

Proles] Propages ſanguinis, *Pacuv.* Amor utriuſque *ſobolis* æqualis, *Plin.* Diteſcere dulci partu, *Lucr.* vid. *Progenies.*

Proles ſimilis parentum] E ſquillâ non naſcitur roſa. Nec imbellem ferores progenerant aquilæ columbam. Non procul à proprio ſtipite poma cadunt. Mali corvi malum ovum. E viperâ rurſum vipera naſcitur.

Proletarius, vid. *Vilis homo.*

Prolixè loqui] Loqui ſupra clepſydram. Longum nimis loqui, *Plaut.* Multum eſſe in aliqua re. Longiùs proſequi, *Cic.* Latiùs, *Quint.* altiùs, *Plin.* Dilatare oratione. Longius excurrit oratio. Infinitè fertur ut flumen, *Cic.* Exſpatiari, *Quint.*

Prolixum ſcriptum] Iliade prolixius.

Prolixus ſermo] Aſianus tumor, vid. *Longus.*

Prolongare aliquid] Longius aliquid facere. Producere convivium, ſermonem in multam noctem. Prorogare tempus alicui. Ducere bellum. Proferre vitam beatam uſque ad rogum. Trahere bellum, *Cic.* Elongare, *Plin.* Prolatare vitam, *Tac.* Protrahere moram lentâ fame, *Senec.*

Prolubium, vid. *Lubentia.* Proludium, vid. *Præludium.* Proluvies alvi. vid. *Alvus cita.*

Promere] Promere vinum doliô, *Hor.* vid. *Expromere*, & *Relinere.*

Promereri, vid. *Mereri.* Promeritum, vid. *Meritum.*

Promicare] Emicare, *Plaut.* Intermicat aurum ſquammis, *Claud.* Diſſultat ſplendor aquæ per tecta, Scintillare, *Plin. Sil.* Radiare, *Tac.*

Prominens] Eminentes oculi, *Cic.* Prominulus, *Iul. Capit.* Projectus venter, *Cic.* Propenſus aqualiculus, *Perſ.* Eminula crura, *Var.* Pulvinata labra, *Plin.* Dorſuoſus, *Salni.* vid. *Eminens.*

Digitized by Google

Prominentia, in picturis] Eminentiæ in picturæ, *Cic.* Enitentiæ colorum. Splendor coloris. Tonus, *Plin.* Lumina, *Id. Bud.* vid. *Eminentia.*

Prominere] Projicitur tectum. Eminet foras aliquid, *Cic.* Excurrit peninſula, *Liv.* Procurrit mons in occidentem, *Col.* Inter digitos medius longiſſimè protenditur, *Plin.* Superexcurrit arbor, *Vlp.* Prominent à cæterâ acie, *Liv.* vid. *Exſerere*, & *Eminere.*

Promiſcuus, vid. *Miſtus*, & *Communis.*

Promiſsio] Pollicitatio, *Ter.* Pollicitum, *Ovid.* Memores polliciti noſtri, *Col.* Promiſſum, *Cic.*

Promiſſor] Largiloquus. Oratione beneficus. Linguâ factioſus. Dapſilis dictis, *Plaut.* Pollicitator, *Dig.*

Promiſſum] Receptum: promiſſa ac recepta invertit, ad ſéque tranſtulit, *Cic.* Vadimonium, *Apul.* Flagitare vadimonium, *Britan.*

Promiſſum ſolvendum] Omne promiſſum (*de jure*) cadit in debitum. Res vana & ſtulta, dare nihil promittere multa.

Promiſſum ſolvere] Perſolvere, complere promiſſum. Præſto quod promiſi. Patrare, Solvere promiſſa. Stare promiſſis. Satisfacere promiſſis & promiſſioni. Diem promiſſorum repræſentare. Præſtare exitu pollicita, *Cic.* Præſtare promiſſum: fidem promiſſi. Exonerare, exſolvere fidem ſuam, *Liv.* Exſolvo quod promiſi, *Cic.* Implere promiſſum, *Plin. Iun.* Perficere promiſſa, *Ter.* Perſequi dicta promiſſa factis, *Plaut.* Exſolvere promiſſa, *Tibul.*

Promittere aliquid alicui] Polliceri aliquid & de aliqua re, *Cic.* Promittere de re aliquâ. Recipere alicui aliquid. Profiteri operam ſuam. Præſtare de me poſſum. Dare fidem. Dicere pecuniam. Spondere ſe ſatisfacturum. Deſpondere alicui bibliothecam, *Cic.* Pollicitor tibi meam operam, *Plaut.* Promiſſis aliquem morari, *Lucr.* Pronunciare munus populo, *Suet.* Addicunt auſpicia, *Tac.*

Promittere ſanctè, vid. *Spondere.*

Promittere præſentiam] Promittere ad aliquem, *Cic.* Promittere alicui ad prandium, *Sen.* Pignorari cœnæ alicujus, *Apul.*

Promittere non præſtare] Dare verba. Leonis loco murem

rem oſtendere. Aures verbis divitare. *Acci.* Fidei teſſeram apud me fregiſti, *Plaut.*

Promittere nimia, vid. *Polliceri.*

Promontorium] Eminentes terræ partes.

Promotio retrograda] Ab equis ad aſinos.

Promovere] Proferre munitiones, *Cæſ.* Propagare imperium, *Liv.* Orationem meam veſtra benignitas provexit longiùs, *Cic.* Pennas addere negotio.

Promoveri in melius] Ab aſinis ad boves tranſcendere.

Promptè, vid. *Alacriter.* Promptus, vid. *Paratus.*

In promptu] Promptum eſt. Obvium eſt, *Cic.* Ad manum habere, *Tac.* Sub manu, *Cic.* In procinctu, *Quint.* Obviam eſt, *Plaut.* Sub ictu rem habere, *Sen.* In mundo eſt, *Feſt. Plaut.* Ante pedes eſt, *Ter.*

Promptuarium, vid. *Penu*] Promulgare, vid. *Proclamare.*

Promus] Condus promus, *Plaut.* Cellarius, *Col.* Procurator peni, *Plaut.* Penator, *Cat.* Siliginarius, *Vlp.* Oeconomus, *Sipont.*

Pronuba] Promneſtria & Proxenetria, *Alc.* Ianitrix, *Gloſſ.*

Pronubus] Paranymphus, *Sipont.* Nuptiarum auſpex, *Plaut.* Simpulator (*Sponſi amicus*,) *Iſid.* Simplator, *Fulgent.*

Pronunciare] Pronunciare aptè, *Plin. Iun.* Efferre non indecenter, *Quint.* Verba proferre, *Ovid.* Eloqui, *Plaut.* Exprimere literas putidiùs, *Cic.* Articulare verba, *Apul.* Sum planiloquus, *Plaut.*

Pronunciatio] Pronunciatus, *Gell.* Voces ipſo profatu inſuaves, *Id.* Recta locutio. Emendata cum ſuavitate vocum explanatio, *Quint.*

Pronus] Pronum in ventrem puerorum equo imponere, *Varr.* Pandata manus, *Quint.* *Plano ſitu* teſtam digitis comprehenſam, *Minut. Fel.* In planum jacet, *Vitr.*

Proœmium, vid. *Præfatio.*

Propagare] Prodere poſteritatem. Proſeminare familiam, *Cic.* Procudere propagando prolem, *Lucr.* vid. *Multiplicare*, *Augere.*

Propagatio arborum] Propago vitium, *Plin.* Propago diſciplinarum, *Var.* Propages, *Feſt.* Fruticatio, *Plin.* vid.

Propago, vid. *Palmes* & *Progenies.* Propalam, vid. *Palam.*

Digitized by Google

Propè] Propinquè, *Plaut.* Haud procul: in propinquo, *Liv.* Proximè jamam: in proximo. Ante pedes, *Cic.* Proximum eſt, *Ter.* In conſpectu, & ſub ictu aliquid, *Sen.* In foribus adeſt. Intra januam eſt. Nihil propius quàm, vid. *Imminere.*

Propediem, vid. *Brevi*, & *Quotidie.*

Propemodum, vid. *Fere.*

Propendere, vid. *Inclinare.*

Propenſio, vid. *Proclivis.*

Propensè, vid. *Proclivitas*, *Libenter.*

Properans] Properanter. Properare, vid. *Feſtinus. Feſtinanter*, &c. *Ovid.*

Propheta] *Prophetia* vid. *Vates*, *Vaticinium*, &c.

Propinare alicui] Provocare aliquem poculo pleno, *Had.* Propino tibi hôc poculô. Poſcere poculis, *Cic.* Inquietare aliquem poculô, *Plaut.* Præbibere alicui, *Apul.* Propino tibi ſalutem plenis faucibus, *Plaut.* Sit ſalubris potio, bibe ſalutem, &c.

Propinquè, vid. *Propè.*

Propinquitas] Proximitas vitii & virtutis, *Ovid.* Vicinia, *Col.* Vicinitas, *Cic.* Confinium artis & falſi, *Tac.*

Propinquus] Proximus alicui, ab aliquo, poſt aliquem, *Cic.* Proximior, *Sen.* Citerior, Citimus. Vicinus alicui, *Cic.*

Propitiare] Propitium reddere, *Plaut.* Piaculare Deos, *Cat.* vid. *Placare.*

Propitio Deo] Bona obtingunt expiatis.

Propitius] Propitia fortuna. Dii propitii, *Cic.* Volens propitiuſque ſis, *Cit.* Dexter volenſque adſit, *Quint.*

Proponere aliquid alicui] Referre ad Senatum aliquid de re aliquâ. Ponere ante oculos, in oculis, & aſpectu. Defigere in mentibus & oculis omnium. Conſtituere in oculis hominum aliquid. Statuere ante oculos, *Cic.* Subjicere ſub oculos, *Quint.* Oculis, *Plin.* Subexhibere, *Arnob.*

Proponere ſibi, vid. *Conſtituere.*

Proportio] Convenientia partium. Apta compoſitio. Portio. Analogia, *Cic.* Congruentia ſtatuæ ad. *Plin. Iun.* Symmetria. Conveniens conſenſus. Reſponſus ad *Vitr. Plin.* Commenſus, Commodulatio membrorum, *Vitr.* Competentia, *Gell.* Ratio, *Cito*, *Vitr.*

Digitized by Google

Propoſitio excellens, vid. *Quæſtio abſtruſa.*

Propoſitum] Propoſitio animi. Inſtitutum, *Cic.* Deſtinatio, *Plin.* Suſcepta ſententia, *Id.* Mens, Voluntas, *Cic.* Animus, *Ter.*

Propoſitum eſt mihi] Habeo inſtitutum & deliberatum cum animo. Ita animatus ſum. Nihil deliberatiùs illi eſt, quùm ut &c, *Cic.* Stat ſententia, *Ter.* In animo eſt, *Liv.* Conſilium eſt ita facere, *Plaut.* Certum apud animum meum conſtat, *Liv.* Definitum, decretum eſt mihi, *Plaut.*

Proprietas] Natura herbarum, *Plin.* Qualitas cœli, *Quint.* Ingenium cœli, *Plin.* Indoles frugum, *Liv.* Virtus verbi, dictionis, *Cic.*

Proprietas linguæ] Genius linguæ.

Proprius] Germana patria. Peculiaris, *Cic.* Peculatorius, *Var.* Vernaculus, *Plin.* Mancipi, vel mancupi res, *Cic. Vlp.* Privus *Hor.* Privatus. Suus. Nativus. Singularis, *Cic.* Id maximè decet, quod eſt cuique ſuum maximè. Specialis, *Iul. Capit.* Genitalis. Genuinus, *Amm.* Tanquam *meum met* genium, *Plaut.*

Propria placent] Crepitus auctori ſuo benè olet. Patriæ fumus igni alieno luculentior. Patria ſua cuique jucundiſſima.

De proprio vivere] Vivere propriâ quadrâ.

Propter] Præ lacrymis. Per diſcordiam optimatum. Meô, tuô, beneficiô, *Cic.* Nec defendendi *præ altitudine* erat copia, *Amm. Ex* paupertate parcus, *Plaut.* Amoris vitio, non meô, nunc morologus fio, *Id.* Honoris cauſâ. Hominum gratiâ. Amicitiæ nomine, *Cic.* Ingratiam.

Propterea, vid. *Ideo.*

Propugnaculum] Munitio. Præſidium, *Cic.* Proceſtria, *pl. Feſt.* Tutamentum, *Liv.*

Propugnare, vid. *defendere.* Propulſare, vid. *Abigere.*

Propulſatio] Repulſus, *Cic.* Recuſſus, *Plin.*

Prorepere] Erepere. Proſerpere, *Plaut.*

Prorex] Interrex, *Cic.* Subregulus, *Amm.*

Proripere. vid. *Erumpere.* Prorſus, vid. *Penitùs.* Proſa orat. vid. *Oratio.*

Proſapia] proſapies, *Hon.* Progenies. Propago, *Virg.*

Propa-

Digitized by Google

Propages ſanguinis, *Pacuv.* Stemma, *Paul IC.* Genus, *Plin.* Trames generis, *Gell.*

Proſcribere aliquem] Agere in exilium. Igni & aquâ interdicere. Interdicere igne, aquâ, tectô, *Cic.* Proſcriptionem ferre de capite alicujus. Velle, jubere, ut aliquis in civitate ne ſit, *Id.* Proſcripturire, *proſcriptionem cogitare*, *Cic.*

Proſcriptio] Proſcriptio de capite civis. Proſcriptio capitis, *Cic.* Capitis diminutio maxima, *quæ deportationi ſucceßit*, *IC.* Programma, *Vlp.* Bannitio criminalis, & Bannum, vulgò, *ICtis.*

Proſcriptus] Capite diminutus, *Liv.* Cui aquâ & igni interdictum eſt, *Feſt.*

Proſpectare] Proſpicere ex ſpeculâ, *Cic.* Proviſere, *Plaut.* Notare & deſignare oculis aliquid. Explorare fugam. & proſpectare exilium, *Cic.* Conſpicio locum inſidiis. Veſtigare oculis, *Virg.* Perſpeculari de vallo, *Hirt.* Speculari, *Cic.* Per rimam arbitrari, *Plaut.* Aucupare, *Acc.*

Proſpectus] Deſpectus ex oppido in campum, *Cæſ.* Deſpectatio cœnaculi, *vitr.* Lumen, *Cic.*

Proſperare aliquem] Proſperare alicui, *Plaut;* Proſperare victoriam, *Liv.* Secundare iter, *Propert.* Fortunare aliquem, vel, aliquid alicui, *Cic* Beare aliquem, *Plaut.*

Proſperitas, vid. *Fortuna.*

Proſper, *Proſperè*, vid. *Fortunatè*, *&c.*

Proſpicere] Deſpicere; catuli qui jam deſpecturi ſunt, *Cic. meliùs*, diſpecturi. Dies reluxit cœco, *Tac.*

Proſternere] Humi ſternere, *Hor.* Stragem edere, *Cic.* Ad terram dare aliquem, *Suet.* Proruere violento turbine molem, *Lucr.* Corruere, Proruere. *Id*, vid. *Cadere.*

Proſtituere ſe] Proſtituere pudicitiam, *Suet.* Proſtituere ſe toto corpore, *Cat.* Corpus quæſtuarium habere, *Vlp.* Pervulgare ſe omnibus. Amori aliorum flagitioſiſſimè ſervire, *Cic.* Publicare vulgò, Vulgare corpus, *Plaut.* Corpus in vulgus dare, *Gell.* Quæſtum ſuo corpore facere, *Liv.* Indigno quæſtu conterere corpus, *Plaut.* Concubitûs pati, *Ovid.* Succubare, ſubſternere ſe, *Catul.*

Proſtratus, vid. *Prolapſus.*

Protegere, vid. *Defendere.*

Pro-

Digitized by Google

Protelum] Verſus in arando. Verſura. *Col.* Striga, *Scal.* In ſingulis *jugis* arare, *Plin.* Curſus continens, *Liv.*

Protervè vid. *Procaciter.* Protervia, vid. *Procacia.*

Protervus] Retrectant juventus, *Col.* Ferox, *Cic.* Procax, *Hor.* Præferocis animi homo, *Liv.* Procaciſſimis ingeniis, *Tac.*

Proteſtari] Conteſtari deos & homines, cœlum, terram. Teſtari Deos & homines. Teſtificor me à te rogatum, *Cic.*

Proteſtatio] Teſtificatio, *Cic.* Deteſtatio, *Vlp.*

Protocollum] Acta publica: Auctoritas, *Cic.* vid. *Acta.*

Protrahere negotium, vid. *Prolongare*, & *differre.* Protrudere, vid. *Trudere.*

Provenire, vid. *Exire*, & *Naſci.*

Proventus] Cenſus. Vectigal privatum. Merces. Mercedulæ. Annona lactis, *Cic.* Reditus, *Plin.* Ratio calculorum, *Col.* Canon frumentarius urbis, *Suet.* Redactus, *Scæv. I.C.*

Proverbium] Vetus verbum eſt, *Ter.* Vulgare dictum, *Plin.* Vetus adagium. Dicta ſapienter: docta dicta, *Plaut.* Vetus adagio. Adagio, ambagio. Parœmia, *Tar.*

Proverbiô dicitur] Vetus Adagium eſt, *Plaut.* Vetus adagio eſt *Var.* In proverbio eſt. Proverbii loco dici ſolet. Obtinuit proverbii locum. Venit in conſuetudinem proverbii. In communi proverbio verſatur. Tritum ſermone proverbium. Contritum vetuſtate proverbium. Veteri proverbiô, *Cic.* Ceſſit in proverbium, *Plin.* Increbuit ter proverbiô, *Liv.* Vulgò dicitur, dici ſolet. Ajunt, *Ter.*

Providè] Providenter, *Plin.* Providentiſſimè. Conſideratè *Cic.* Proſpicienter, *Gell.*

Providens] Providus, Conſideratus, *Cic.* Providentiſſimus, *Plin. Iun.* Proviſor, *Hor.* Janus alter. Janus bifrons,

Providentia] Circumſpectio accurata, *Cic.* Proviſus, *us*, *Tac.* Circumſpicientia, *Gell.*

Providentia melior pœnitentiâ] Providere meliùs, quàm pœnitere.

Providere, in futurum conſulere] Proſpicere in poſterum: futuros caſus, *Cic.* Animô providere aliquid, *Cæſ.* Prævidere futura

futura. Videre. Præmunire. Proſpicere ne quid fiat, *Cic.* Providere aſtu aliquid. Conſidere in longitudinem, *Ter.*

Providere ſibi, Proſpicere ſibi, *Ter.* Benè, optimè, commodis ac ſaluti ſuæ Conſulere. Munire ſe ad reliqua tempora, *Cic.*

Proviſio] Res ad vivendum neceſſariæ. Victus veſtituſque neceſſarius. Cultus corporis. Victus quotidianus. Subſidia omnia vitæ honeſte ducendæ. *Apud. Eccleſ. ſcriptores. Aliàs*, Diſpectus rerum gerendarum, *Sen.* Proviſio mentis, animi, *Cic.*

Proviſor, vid. *Inſpector.*

Provivere] Pervivere uſque ad ſummam ætatem. Vincere vivendo aliquem, *Plaut.* Pervenire: vitam perducere, ad centèſimum annum. Si vita ſuppeditaſſet, conſul factus eſſet, *Cic.* Perducere ſe ad longam ſenectutem, *Plin.* Protollere vitam in craſtinum, *Plaut.* Annos centum conficere, complere, *Cic.* Edurare quina ſecula. Cui multi anni transmiſſi ſunt, *Sen.* Exceſſit annos 80, *Col.*

Provocare aliquem] Laceſſere ad pugnam: Poſcere pugnam: in prælium. Vocare in certamen, *Virg.* Vocare aliquem contrà, *Plaut.* Evocare ad pugnam magnâ verborum contumeliâ. Excire hoſtem ad dimicandum, *Liv.* Procieo, i. e. *provoco*, *Sipont.* Procalare, *& provocare* & procitare.

Provocare ultioni promptum] Irritare crabrones. Stimulare leonem.

Provocare aliquem ad id, quô ille maximè gaudet] Equum in planitiem.

Prout res ac tempus ſe dabit] Quod ſors feret, feremus æquo animo. Ut res dant ſeſe, ita &c, *Ter.* Ut cunque aderunt res. Ut ſeſe dederint initia. Fortuitò, *Cic.* Pror. *Lucr.* vid. *Iuxta.*

Proxeneta, vid. *Conciliator.*

Proximè] Proximum eſt tibi, *Ter.* Quàm proximè alter ab altero, *Col.*

Proximus] Propinquiſſimus, *Aſcon.*

Proximus, de homine] Frater, *Cic.* Alter, *Plaut.* Eodem luto factus. Ovô prognatus eodem.

Proximus quisque ſibi] Omnes ſibi meliùs eſſe malunt, quàm

quàm alteri. Tunica pallio propior. Genu ſurâ propius. Ordinata charitas incipit à ſeipſâ. *Regula* amoris proximi eſt amor ſui ipſius.

Prudens] Prudentiâ præditus, *Cic.* Callidus uſu, *Ovid.* Oculatus à fronte ſimul & occipitio. Oculatus ad omnia. Per dioptram ventura proſpicit. Animô integer. Gerit bina crania, & innumeros oculos.

Prudens maturè] Mente ſenex.

Prudens opinione ſuâ] Tertius Cato.

Prudens plus metuit] Prudenti diffidentiâ nihil mortalibus utilius. Prudentis eſt plus metuere, quàm ſperare. In audaces non eſt audacia tuta. Commercium cum vulpe habens dolos cave. Fortiorem te vita. Cautus timet.

Prudentem oportet conſilium ex tempore & invenire, & mutare] Gladiâtor in arena conſilium capit.

Prudenter] Perité, ſcientet, peritiſſimè & callidiſſimè, *Cic.* Nemo dexteriùs fortunâ uſus eſt, *Hor.* Rem dexter agit. *Liv.*

Prudenter ac ſolerter] Oculis ac manibus.

Prudenter vive] Audi, vide, face, ſi vis vivere in pace.

Prudenter, ne negotium rumpatur] Ne in nervum erumpat.

Prudenter id intelligendum] Cum grano, *vel* micâ ſalis accipiendum eſt.

Prudenter inter pericula] Ne cinerem vitans, in prunas incidas. Ancoris duabus niti bonum.

Prudentia] Phroneſis eſt rerum expetendarum fugiendarumque ſcientia. Ars vivendi eſt prudentia, *Cic.* Dexteritas, *Liv.* Choraga familiæ virtutum. Judicii trutina.

Prudentia ſerò comparatur] Seris venit uſus ab annis.

Prudentia perpetua] Etiam dormiens vigilo ſerpentis oculus.

Prudentiâ in actionibus uti bonum] Conſideratè agere plus eſt, quam prudenter conſiderare. Calamitas vertenda eſt in virtutis occaſionem.

Prudentia occaſionem ſequitur] Naviga ſecundùm fluvium, & naviga ſecundùm fortunam.

Prudentia imperitorum] Natare circa terram.

P

Prudentia imprudens, vid. *Imprudens prud.*

Prudentiæ ſtudere] Salem lingere.

Pruina] Ros gelatus. Hibernæ arborum frondes. Gelidus humor in montibus canis, *Virg.*

Pruna] Prunæ vivaces. Cum vehementer pellucet carbo. Carbo candens, *Plin.* Vivaciſſimi carbones, *Capitol.* Carbo vivus.

Prurigo] Pruritus, *Plin.* Scalpurigo, *Solin.* Uredo, *Plin.*

Prurire] Perpruriſcere, *Plaut.* Verminat auris prurigine, *Mart.*

Prußia] Boruſſia, *Cromer. Olim.* Ulmigeria.

Pruſſus] Boruſſus, Pruthenus, *Crom. Iun.*

Puber] Pubes & puber, *Feſt.* Pubentes genæ, *Virg.* Pubeſcentia ora, *Stat.* Veſticeps, *Gell.*

Pubeſcere] Veſtiri pilo, *Plin.* Veſtit mihi flore genas prima juventus, *Virg.* Juventus veſtit molli lanugine malas, *Lucr.* Gallulaſcere, *Non.* Vernant lanugine malæ, *Man.* Imbarbeſcere, *Feſt.* Lanugo inſerpit genis, *Amm.* Opacat flore lanugo genas, *Pacuv.*

Publicanus, vid. *Vectigaliarius.*

Publicare, vid. *Divulgare*, *Proclamare.*

Publica anteferenda] Publica privatis potiora.

Publicè] Publicitus accipi, *Plaut.* vid. *Manifeſtè.*

Publicus] Recito literas publicas: teſtimonium publicum, *Cic.* vid. *Communis.*

Pudefacere aliquem] Inferre alicui verecundiam. Adducere aliquem in verecundiam, *Cic.* Lædere os alicui, *Ter.* Verberare oculos, *Val. Max.* Incutere pudorem, *Hor.* Confundere adverſarium, *Sen.* Aliquid ruboris habent, *Sipont.* Faciam ut te pudeat. In ruborem te totum dabo, *Plaut.* Mutum reddere. Conturbare aliquem, *Cic.* Rubor ei injectus eſt, *Val. M.* vid. *Confundere.*

Pudefactus] Demiſſo capite. Demiſſis auribus. Confuſus pudore, vultu, *Ovid.* vid *Erubeſcere.*

Pudendus] Eſt pudori, *Liv.* Erubeſcendus, *Hor.* Pudenda inſcitia, *Plin.* Quæ ſi appelles, honor præfandus eſt, *Cic.*

Digitized by Google

Pudet me] Diſpudet, *Plaut.* Pudor eſt mihi dicere. Eſt mihi opprobrio, *Ovid.* Pallori tibi erit, *Propert.* Suppudet me hujus rei. Pœnitet me ineptiarum. Rubeo, mihi crede; ſed jam ſcripſeram, delere nolui. Verecundia me capit, *Cic.* Verecundia teneor, *Liv.* Verecundari neminem apud menſam decet, *Plaut.* Pudet me aliquid, *Ter.* alicujus, *Cic.* Pudeſcit illum impudicitiæ, *Min. Fel.* Habeo verecundiam alicujus; *Liv.*

Pudicè] Dignè, haud meretriciè incedit, *Plaut.* Ubi pudicitiùs continerentur, quàm ſub oculis parentum? *Plin. Iun.* vid. Honeſtè.

Pudicitia] Pudor. Verecundia virginalis. Ingenuitas, *Cic.* Reverentia, *Plin. Iun.* Rubor, *Iuv.* Mollis frons, *Quint.* Mollities frontis, *Plin. Iun.* Infirmitas frontis, *Sen.* Teneritudo frontis, *Caſ.* Frons, *Perſ.* Flos morum. Flos virginei pudoris.

Pudicus] Pudicitior, *Apul.* Verecundus vultus, *Ovid.* Verecundus in aliqua re, *Cic.* Pudibunda matrona, *Hor.* Pudens animus, *Ter.* vid. *Verecundus.*

Pudor] Poſtpoſito pudore aliquid referre, *Ovid.* Verecundia turpitudinis, Rubor, *Cic.* Nulla eſt *reverentia* poſcendi, *Propert.* Ago gratias confuſioni meæ, quòd, &c. *Sen.* Erubeſcentia, *Sipont.*

Pudor eſt] Et inceptu turpe eſt, *Ter.* Pudor eſt dicere. Pudor adeſt nominibus, *Ovid.* Parere ſibi probrum, *Cæcil.*

Pudorem depoſuit, ex Hor. vid. *Depudere.*

Puella] Adoleſcentula, *Ter.* Juvenis honeſta, *Apul.*

Puer de infante] Puellus, *Lucil.* Pupus, *Var. Non.* Puſio, *Cic.* Puſus, *Var.* Pupulus, *Catul.* Pignus. Puerculus, *Arnob.* Puerulus, *Cic.*

Puer grandiuſculus] Grandis puer, *Feſt.* Bupæs, *Id.* Catlaſter, *Cariſ.* Catulaſter, *Scal.*

Puer non ſum ampliùs] Et nos manum ferulæ ſubduximus.

Pueri] Liberi, *Cic.* Qui nondum ære lavantur, *Perſ.*

Puera ſcere] Repueraſcere, *Cic.* Fio puer, *Plaut.*

Puerilis] Infantilis, *Iuſtin.* Bulla digniſſimus.

Pueritia] Puerilitas, *Var.* Infantia, *Plin.* Prætextati anni, *Id.* Prætextata ætas, *Gell.*

Puerpera] *Ter.* Infantaria, *Mart.* Parturies, *Plin.* Inciens, *Feſt.* Puella partu laborans, *Hor.*

Digitized by Google

Pugil] Gladiator, *Cic.* Athleta. Pancratiaſtes, *Gell.* Pentathlus, *Plin.* Pyctes, *Lampr.* Pycta, *Plin.* Quinquertio, *Feſt.*

Pugilatus] Pugilatio, *Cic.* Gladiatura, *Tac.* Militia imaginaria, *Suet* Pancratium, *Sen.* Ars gymniſtica, *Plaut.* Sciamachia, *Coel. Rhod.* Athletice, Athletica, *Plin.* Palæſtra, *Cic.* Ars palæſtrica, *Quint.* Exercitium palæſtricum, *Plaut.* Gymnaſticum, *Id.* Gymnas, *Stat.* Ludi gymnici, *Cic.* Lucta, *Cæl. Rhod.*

Pugillares] Pugillar, *Auſ.* Pugillaria, *pl. Catul.* Palimpſeſtus, *Cic.* Codicilli, *Manut.* Tabula cerata, *Id.* Charta deletitia, *Muret.*

Pugio] Pugiunculus, *Cic.* Semiſpatha, *Reg.* Sicula, *Plaut.* Clunaculum, *Iun.*

Pugna] Manus: rem ad manus revocare, *Cic.* Depugnatio, *Firmic*, vid. *Prælium*

Pugna navalis] Navale bellum, *Cic.* prælium, *Plin.* Naumachia, *Suet.* Claſſicum certamen, *Paterc.*

Pugnas concitavit] Ad mucronem & manus rem adduxit.

Pugna ſtulta] Andabatarum *certamen.*

Pugnare] Pugnare pugnam, *Gell.* Ad manus venire. Manum conſerere, conferre, *Cic.* vid. *Præliari.*

Pugnax] Pugnaciſſimus, *Tac.* Pugnator, *Gell.* Promptus ad pugnam, ad omnem dimicationem. *Cic.* Promptus manu, *Liv. Saluſt.*

Pugnus] Digiti in condylos complicati, *Mart.* Palma compreſſa, *Plaut.* Manus in pugnum compreſſa, *Quint.* Dentifrangibula, *Plaut.*

Pulcher] Pulchellus, Elegans, Perelegans, Putus: putiſſimæ orationes. Lepóre & venuſtate affluens. Eximia pulchritudine. Nitidus, Luculentus, Viſendus apparatus. Venuſtus ad adſpectum. Aureolus libellus. Sol aureus, *Cic.* Perpulcher: Scitus puer. Feſtivum caput, *Ter.* Specioſus. Lautus amicus. Non inelegans, *Cic.* Venuſtulus, Mundulus, Bellatulus, Bellus, Bellulus, Scitulus, *Plaut.* *Purpureus*, *Poët.* Decorus ab aſpectu, *Col.* Liberali facie, forma.

Et pulcher, & prudens] Eſt puer & formoſus, & benè ingenioſus.

Digitized by Google

Pulchrum eſt) Laudaret livor quoque.

Pulchra pulchris] Margaritæ conchyliis includendæ.

Pulchra grata] Amicum quod pulchrum. Omne pulchrum conciliat ſui amorem & deſiderium.

Pulchrum quid] Flos ævi, ætatis, &c.

Pulchra placent aliis & ſibi] Faſtus ineſt pulchris, ſequiturque ſuperbia formam. *Ovid.*

Pulchrum cuique ſuum] Scruta laudat ſcrutarius.

In pulchris nævus evidentior] Fumus pulchriorem perſequitur.

Pulchrè] Pulcherrimè, Bellè, Belliſſimè, Decorè, Venuſtè, Cum venuſtate, Eleganter, Præclarè, Scitè. *Cic.* Scitulè, *Apul.* Specioſè, *Col.* Nitidiuſculè, Bellulè, Lepidè, Baſilicè, *Plaut.* Nitidè. Ornate, Compoſitè, Pereleganter, *Cic.* Eximiè ornatum templum, *Hirt.*

Pulchritudo] Venuſtas, Nitor, Concinnitas, Concinnitudo in oratione. Species & nitor ſtellarum. Formoſitas, *Cic.* Elegantia, *Id.* Decor corporis, *Sen.* Gratia villæ, *Plin. Iun.* Venus, *Quint.* Almities, *Cariſ.*

Pulex]. Pulveris pullities.

Pulla veſtis, vid. *Lugubris habitus.*

Pullus Subſt.] Pullulus, *Apul.* Quadrupedes cognoſcunt ſuos infantes, *Plin.* Recens à partu pullus, *Var.* Recens natus, *Plaut.* Tener equus, *Cic.* Vituli equorum, *Virg.* Novella agna, *Ovid* Tener fœtus, *Quint.* Hinnulus leporum, *Plin.* vid. *Pipio.*

Pulmentum] Puls, *Cic.* Pulticula, *Col.* Farratum, *Iuv.*

Pulmo] Pulmunculus, *Solin.* Spiramenta animæ, *Virg.* Spuma ſanguinis. Inſtrumentum vocis & reſpirationis, *Gorr.* Cordis flabellum & ventilabrum. Cordis culcitra, *Avicen.* Hauſtor aëris.

Pulpa] Pulpamentum, *Ter.* Torus, *Celſ.* Spondylus, *Plin.* Viſcum, *Apul.*

Pulpa arboris, vid. *Alburnum.*

Pulſare] Pulſare oſtium, Increpare fores. Placidè pultas, *Plaut.* Inſultare fores calcibus, *Ter.*

Pulſatio] Strepitus, *Hor.* Pulſus, *Cic.*

Digitized by Google

Pulverulentus] Pulvereum ſolum, *Ovid.* Vaporiferum littus, *Stat.*

Pulvis] Arida pulvis, *Propert.* Aridum lutum, *Lud. Viv.*

Pulverem excitare] *Col.* Movere pulverem, *Quint.*

Pulvis excitatur] Volvitur pulvis turbidus atra caligine, *Virg.* In ſe volutatur incitatus pulvis. Laboravimus pulvere (in itinere,) *Sen.* Pulverat aliquid, *Plaut.*

Pulvis excitatus] Nebula pulveris, *Lucr.* Exhalatio terræ, *Cic.* Halitus terræ, *Plin.* Evaporatio terrarum, *Sen.* Nubes commoto, glomerato pulvere, *Sil.* Arenæ nimbi. *Lucr.* Vapor ſolis, *Plin.*

Pulvis tormentarius] *Iun.* Pulvis nitratus, *Id.* fulmineus, *Lipſ.* Pyrius pulvis, *Recent.*

Pumex] Saxum fiſtuloſum, *Vitr.* Lapis bibulus. *Virg.* Spongia, *Pallad.* Lapidea ſpongia.

Pumicare, vid. *Lævigare.*

Pumilio] Atlas, *Iron.* vid. *Nanus.*

Punctio] Punctus nervorum. Punctura cœli, *Firm.* Punctiuncula articulorum, *Sen.* Verminatio cerebri, *Sen.* Compunctio laterum, *Plin.*

Punctum] Punctus mundi, terræ, *Plin.* Minimum, *Lucr.* Apex, *Quint.*

Pungere] Compungere, Stimulare, Fodicare, *Cic.* Mucrone infeſtare. Punctim petere. Fodere haſta aliquem, *Liv.*

Puniceus, vid. *Purpureus.*

Punire aliquem] Pœnas ab aliquo petere, ſumere. Afficere pœna aliquem. Sceleris pœnas ab aliquo ob delictum expetere. Supplicium de aliquo ſumere. Uti in aliquem ſupplicio. Coërcere aliquem verberibus, ſuppliciis. Caſtigare aliquem verberibus. Animadvertere in aliquem. Animadvertere facinus. Plectere aliquem: culpam. Mactare malo aliquem. Multare. Vindicare acerrimè maleficia, *Cic.* Expetere ab aliquo ſupplicium, *Liv.* Caſtigare bubulis exuviis, *Plaut.* Animadvertere ab aliquo injuriam. Edere exempla in aliquem, *Ter.* Exempla in te faciam, *Plaut.* Advertere in aliquem, *Tac.* Multari aliquem pœna,

Digitized by Google

pœna, *Suet.* Exigere ab aliquo ſupplicium, *Plin.* piacula, *Liv.* Dicere jus gladio ignaviæ ſuæ, *Petron.* vid. *Caſtigare.*

Punitio, vid. *Pœna.*

Punitor] Animadverſor vitiorum. Vindex ſcelerum. Ipſe ſe puniens, *Cic.* Caſtigator, *Plaut.* Cenſor minorum ſenex. Corrector, *Hor.* Correptor, *Sen.*

Pupilla] Pupula, *Lucr.*

Pupillus] Qui tutorem habet, *Scæv.* Pupillus & pupilla in Tutoris poteſtate eſt, *Cic.*

Purgare] Perpurgare. Expurgare. Tergere vaſa, *Cic.* Depurgare locum, Munditias facere, *Cat.* Emundare. Extricare agrum, *Col.* Repurgare. Emaculare, mundare, *Plin.* Putare, *Feſt.*

Purgare rem ſupra modum inquinatam] Augiæ ſtabulum repurgare.

Purgatio] Purificatio, *Plin.*

Purgatio, in jure ideſt, excuſatio] Purgatio eſt cùm factum conceditur, culpa removetur. Diſſolutio criminis. Satisfactio: nec ſatisfactionem meam accipis, *Cic.* Habere expurgationem, *Lamb.*

Purgatio, de medicina] Ductio alvi, *Celſ.* Detractio alvi, *Plin.* Clyſmus, *Scribon.* Alvus: alvus corpus ac vires carpit, operique inutilem reddit, *Col.*

Purgationem adhibere] Purgari per alvum. Perluit ſe Ibis. Ciere, inanire alvum, *Plin.* Perpurgant ſe cervæ herbula, *Cic.* Alvum clyſmo trahere, *Scrib.* Ducere, ſubducere, movere alvum, *Celſ.*

Puritas] puritia, *Andr. Schot. Varronem ſic legit apud Non.* Munditia, *Cic.*

Purpura] Veſtitus purpureus, *Cic.* Veſtis oſtro perfuſa; purpurea, *Virg.* Oſtrina tunica, *Propert.* Murice tincta veſtis, *Hor.* Conchyliata, *Plin.* Quiſquiliata veſtis, *à quiſquilio*, *Hermol. Iun.*

Purpura ſimiæ non convenit] Haud decet ſimiam purpura. Dedecet ſimiam purpura. Indecora eſt ſimiæ purpura. Haud quaquam decora eſt ſimiæ purpura, *Eraſ.*

Purpura, pro colore ipſo] Murex, *Hor.* Conchylium, *Plin.* Purpuræ ſanguis, ſuccus, flos, fucus, ros, ſanies, *Id.*

 Vitr.

Digitized by Google

Vitr. Oſtrum, *Virg.* Succus buccini. Pelagium. Tyrius ſuccus, *Plin.*

Purpuratus] Purpureus tyrannus, *Hor.* Prætextatus, *Cic.* Coccinatus, *Mart* Prætextis purpurâ togis uti, *Liv.*

Purpureus] Purpurarius, *Plin.* Puniceus. Phœniceus, Tyrius, *Virg.* Punicus, *Hor.* Conchyliatus, *Cic.* Coccinus, Coccineus. Cocceus, *Lampr.* Cocco nexus, *Suet.* Sarranus, *Col.* Blattæus, *Vopiſc.* Oſtrinus *Propert.* Spadix, Spadiceus, Bajus, *Cerd* Ruſſulæ faſciolæ, *Capit.* Roſeus, *Virg.*

Purus] Purus, *Feſt.* Cera pura puta. Mundus & elegans. Lautus, *Cic.* Permundus, *Var.* Sincerum vas, *Hor.* Eliquatus. Fonte purior, clavô. Nive candidior, *Eras.*

Purus putus] Sincera voluptas, *Ovid.* Purum argentum, *Cic.* Putatum argentum, *Feſt.* Merum vinum, *Plaut.* Meraculum vinum, *Plin.* Meracus, *Perſ.* Liquidum mel, *Virg.* Liquida voluptas, *Cic.* Defæcatus ſanguis, *Matr.* Perſolæ nugæ. Germanæ gerræ, *Plaut.* Argentum puſulatum, *vel* puſtulatum, *Suet.*

Pus] Suppurata, *pl. Plin.* Tabo, *Donat.*

Puſillanimis] Abjecto, demiſſo, humili, puſillo, fracto, anguſto, muliebri animô *Cic.* Corde gelato, *Lucan.*

Miles puſillanimis in periculis] Lepus galeatus. Aſinus in pelle leonis. Initio confidens, in facto timidus.

Puſillanimitas] Abjectus, animus puſillus, &c. Egeſtas animi. Anguſtiæ pectoris, *Cic.*

Puſillum, vid. *Parùm.*

Putamen Ovi] Calix, cortex, teſta ovi, *Plin.*

Putamen nucis &c.] Culeola, *vel.* Culiola, ſ. culliola, *Feſt.* Calyx. Operimentum juglandis. Vitium, cruſta, cutis, corium, *Plin.* Fructus munitur vitio, Putamine clauduntur nuces, Cruſtâ glandes, Cute uvæ. Pericarpium, *Rhodig.* vid. *Siliqua.*

Putare arborem &c.] Deputare vineam, *Cato.* Amputare, Opputare ramos. *Plin.* Perputare. Attondere ulmos, *Plaut.* Liberare palmites nepotibus. Orbandus pampinus nepotibus. Truncam reddere arborem. Truncare vitem. Surculare. Dedolare. Detundere virgulta. Enodare falce virgas. Delumbare radices. Decacuminare pampinum, *Col.* Pampina-

re

re vineam, *vel* vites. Circumcidere extrema vitium, *Varr.* Caſtrare vites, ſtringere frondes. Fronde levare nemus. Tondere arborum brachia, *Virg.*

Putare 2. vid. *Opinari.*

Putatio] Amputatio ſarmentorum, *Cic.* Detruncatio ramorum, *Plin.* Frondatio, Pampinatio, Obtruncatio vitis, *Col.* Caſtratio, Tonſura arborum. Reciſio plantarum, *Plin.* Ablaqueatio, *Col.*

Putator vid. *Arborator.*

Putealis] Aqua puteana, *Plin.*

Putere] Puteſcere, *Cato.* Rancore inficiuntur vaſa, *Pallad.* Fraceſcit oleum, ſi congelatur, *Col.* Rancere, *ex Lucr.*

Putidus] Caro putida, *Cic.* Putidulus, Mart. Rancidus aper, *Hor.* Rancidula obſonia, *Iuv.* Fœtulentus, *Apul.* vid. *Fœtidus.*

Puteus] Subterraneorum humorum cribrum.

Putor] Rancor, *Pallad.* Putror terræ, *Lucr.*

Putreſcere] Putrere, *Acc. Non.* Imputreſcere, *Col.* Flaccere, *Var.* Marceſcere, *Mart.*

Putredo] Putror, *Lucr.* Putrilago, *Non.*

Putris] Putre corpus, *Lucr.* Putridus dens, *Cic.* Putrefactus, *Ovid.* Rancidum cadaver, *Lucr.* Puter palus, *Var.* Saper caſeus, *Plin.* Putida navis, *Non.*

Pyxis] Pyxidicula, *vel*, Pyxidula, *Celſ.*

Q.

Quâ viâ] Quâ, *Cic.*

Quâ, quâ, vid. *Et & *, item, *Tam-quàm.*

Quâcunque] Qualibet tranſitum præbet, *Quint.* Quâquam meare, *Lucr.* Aliquâ evolare, *Cic.*

Quâdantenus] Aliquâ ex parte, *Cic.* Aliquâ nocere, *Virg. ſc. parte.* Aliquâtenus, utcunque, *Plin.*

Quadra] Orbis, *Iuv.* Orbiculus, *Plin.* Cereale ſolum, *Virg.* Circulus, *Mart.*

Quadrageni] Quaterdeni, *Ovid.*

Quadrangulus] Quadratus, *Cic.* Perquadratus, *Vitr.* Quadratis angulis, *Plin.* Conquadratus, *Col.* Cubicus, *Vitr.* Quadrarius, *Cato.*

Digitized by Google

Quadrans] Quarta pars jugeri, *Col.* Tetrans: dividere aliquid tetrantibus, *Vitr.*

Quadrat] Valet hoc in te. In omnes partes valet. Convenit ad pedem cothurnus. Habilis eſt ad pedem calceus, *Cic.* Convenit in aliquem, *Id.*

Quadripartiri] Corpus in membra dividere, *Sen.* Carnificare jacentem, *Liv.*

Quadripartitio] Quadratura cœli, *Fab. Vict.* Quadripartita diſtributio, diſtinctio, *Cic.*

Quadrupes] Quadripes, *Iul. Obſeq.* Quadrupedans, *Virg. Plaut.* Quadrupedus, *Amm.*

Quadruplex] Quadripertitus, & Quadripartitus, *Cic.* Quadrimus. Quadriplicatus, *Var.* Quaternus, *Virg.*

Quærere] Quæritare aliquem, *Ter.* Requirere, Conquirere, Inquirere, Perquirere, Veſtigare inveſtigatione, Perveſtigare, Rimari, *Cic.* Veſtigiis omnibus inquirere.

Quæritur] Quæritur de facto. Ambigitur *inter hominos*, Sit nec ne magna quæſtio eſt, De hoc omnis quæſtio eſt. In diſceptationem quæſtionemque aliquid vocatur. Verſatur in quæſtione. Habet res ea aliquid quæſtionis. In magnâ quæſtione habent aliquid augures, *Cic.* Immenſæ quæſtionis eſt, in quo, &c. In quæſtione eſt, quis, &c. *Plin.* Quæſtionis eſt utrum, *Vlp.*

Quæſitio] Quæſitus. Inquiſitio & inveſtigatio veri, *Plin.* Ne quæſtioni mihi ſit, jube, &c. *Plaut.* Conquiſitio alicujus, *Cic.*

Quæſitor, vid. *Indagator, Sciſcitator.*

Quæſtio] Rogatio, *Cic.* Quæſitum. *Ovid.* v. *Interrogatio.*

Quæſtio abſtruſa, ſolutu difficilis] Archimedeum Problema.

Quæſtio infinita, vid. *Infinitæ rei, &c.*

Quæſtor] Exquæſtor, *I. C.* Quæſtorius vir. Quæſtor ærarius, *Tac.* Cuſtos pecuniæ, & ærarii præfectus. Ærarii rex, ſcriba, *Cic.* Rationarius. Rationum præfectus, *Amm.* A rationibus, *Suet.* Actor ſummarum, *Id.* Procurator fiſci, *Capit.* Diſpenſator, *Suet.* Proquæſtor, *Cic.* Erogator, *Stevech.*

Quæſtuoſus, vid. *Lucroſus.* Quæſtum facere, vid. *Lucro inhiare.*

Digitized by Google

Quæſtura] Quæſtorium officium, *Cic.* Aurarium, *vel* argentarium negotium, *ex Plaut.*

Quæſtus] Vocem in quæſtum contulit, *Cic.* Aviditas lucri, *ex Gir.*

Qualis?] Cujusmodi? *Plaut.* *Qui* erit rumor ille populi? *Ter.* Qual eſt, qui donum dedit? *pro qualis, Plaut.*

Qualis, ſine interrog.] Qui vir ſit, neſcis, *Cic.* Nôſtis *ut* eſt pater meus, *Plaut.* *Quod genus* paſtores, *Var.* Cujus notæ, *Col.* Cujus generis, *Cic.* vid. *Quid.*

Qualis cauſa, talis effectus] A puro fonte, pura defluit aqua. Conſilia inania inanium. Malorum doctorum malæ ſunt diſciplinæ. Mentis bonæ bona opera. Parvulus facit ut parvulus. Qualis vir, talis oratio.

Qualis interrogatio, talis reſponſio] Quale dixeris verbum, tale audies. Ut ſalutabis, ita reſalutaberis.

Quales qui præſunt, tales ſubditi] Qualis rex, talis grex. Qualis Hera, talis catella, *vel* tales pediſſequæ. Qualis erat mater, filia talis erat. Regis ad exemplum totus componitur orbis. Mobile mutatur ſemper cum Principe vulgus.

Qualis actio, tale inſtrumentum] Duro nodo durus quærendus eſt cuneus.

Qualiscunque] Qualislibet, Cujuſmodicunque, Quicunque, Qualiſcunque, Cuimodi, Cujuſque modi, *Cic.* Cujuſcunque modi, *Saluſt.* Cujuſcunque notæ, *Col.* Qualisqualis, *Triphon. I. C.* Ut ut homo eſt, *Plaut.*

Qualitas, vid. *Proprietas.* & *Quidam.* Qualiter, Qualitercunque, vid. *Quomodo*, &c.

Qualus] Qualum, *Cato.* Colum, *Virg.* Fiſcus lineus, *vel* vimineus, *Col.* Saccus lineus, *Plin.* Sportula fæcaria, *Col.* vid. *Caniſtrum.*

Quam] Altior quàm. Secus quàm volunt, *Suet.* Non plus triennium (*i. quàm trienn.*) *Var.* Ne minus ſingulos homines, *Catul.* Atque aliquanto ſecus, atque, *Cic.* Præquam, Præut. Sed hoc pulchrum eſt, præquam ubi ſumptus petunt, *Lambin.*

Quàm dudum?] Quàm dudum venit! *Ter.* Quàm pridem hoc retuliſti? *Cic.*

Digitized by Google

Quam diu] Quamdiu vixit. Quem ad finem te jactabit, *Cic.* Quoad vixit, *Suet.* Uſque dum regnum obtinebit Jupiter, *Plaut.* Dum ætas tulit, *Ter.* Donec eris felix, *Ovid.* Uſquequo, *Var.* Uſque adeo dum. Uſque ut, *Ter.* Tandiu quoad. Eatenus quoad, *Cic.* Quatenus, *Feſt.* Quid modi. Qui modus flendi, *Acc.* Quo te ſpectamus uſque, *Mart.*

Quam plures, vid. *Plerique.*

Quamvis] Quamquam, Etſi, Etiamſi, Licet, Tametſi, *Cic. Ter.* Tametſi, tamen, *Caſ.* Quantumvis, *Hor.* Quamlibet, *Lucr.* Tamen, *pro quamvis. Plaut.* Benè inter vos dicatis, & mihi abſenti tamen.

Quando?] Ecquando? *Cic.* Quando gentium? *Plaut.* Enunquam, *Feſt.*

Quando] Cùm. Dum, *Cic.* Ut, *Ter.* Unquam, *Quint.* Ubi, *Virg.*

Quandocunque] Utcunque dulci fiſtulâ valles perſonûere, *Hor. Lambin.*

Quandoque, vid. *Aliquando.*

Quandoquidem, vid. *Siquidem.*

Quanti?] Quanti libertas æſtimanda eſt? *Cic.*

Quantivis] Quanticunque, *Sen.* Quanti-quanti, bene emitur, quod neceſſe eſt. Quoquo pretio coëmptus ſit, *Cic.*

Quantivis pretii] Quantivis pretii homo, *Ter.* Non eſt id parvi, *Lucr.* Non nihilo æſtimandum. Longiſſimè eſt ab imperitorum intelligentiâ ſenſúque diſtinctum, *Cic.*

Quantillum] Quantulum id eſt! *Cic.*

Quantò] Quò minùs, hoc, *Cic.* Quàm plurimam braſſicam ederit, tam citiſſimùm ſanus fiet, *Cat. Col.* Quàm magis, tantò, ita. Quantò magis, plus, tàm magis, *Lucret.* Quàm, *quantò* tam, *Saluſt.*

Quantopere] Videte quàm confidat, *Cic.*

Quantùm] Quantum potui. Quoad poſſum. Quoad ejus facere poteris. Quatenus amicitiæ tribuendum ſit. Quàm velit, ſit potens. Quantulùm. Quantum in uno homine fuit. Ut mea memoria eſt. Quantùm in nobis ſitum eſt. Quod auri ornamentorum militum fuit, *Cic.* Quoad ejus fieri poteſt, *ad Her.* Meâ quidem cauſâ liber eſto,

Digitized by Google

ſto, *Plau*. In quantum poteſt, *Quint.* Ut ſcire poſſis, *ad* *uo* te expediat loqui, *Afran.* Ut ratio redditur, *Plaut.*

Quantum? vid. *Quot.*

Quantumcunque] In quantumcunque creverunt, *Sen.* Quantulumcunque videbitur, *Cic.*

Quantus?] Quantillus? *Plaut. Et ſine interrog.*

Quantuſcunque] Quantuſlibet, *Plin.* Quantulvis, *Lucr.* Quantus-quantus, *Ter.* Quantuluſcunque, *Cic.*

Quâqua verſus] Quoquoverſus. Quoquoverſum, *Caſ.* Qualibet ædes perambula, *Plaut.*

Quare] Cur? Quamobrem? Quapropter? Quid eſt cur? Quid cauſæ? Quid cauſæ eſt cur? Qui? ut quid? *Cic.* Quid ita? Quidum? *Ter.* Quid ergo? Quid tibi eſt. Quianam arbitrare? *reſp.* quia, &c. Quâ cauſâ, *Plaut.* Qua de cauſâ, *Cic.* Quas ob res, *Lucr.* Nihil eſt *quod* pocula laudes, *i. cur, Virg.* Qui ſic. *Er.*

Omne quare habet ſuum quia] Nunquam ſceleri defuit ratio.

Quartana febris, vid. *Febris quart.*

Quaſi] Velut. Perinde quaſi. Æquè atque, *Cic.* Pariter atque, *Liv.* Quàm ſi. Quaſi ſi, *Plaut.* Ceu, Ceu verò, *Plin.* Ut ſi, *Æmil. Prob.*

Quaſi verò] Scilicet, *Virg.* Videlicet. Nihil vidi magis, *Iron. Cic.* Audio, (id non audio;) *Donat.* Si Diis placet.

Quaſſatio] Agitatio. Succuſſus. Terræ motus, *vel* terræmotus. Coagitatio pulmorum, *Cic.* Pulſus terræ, *Amm.* Tremen mundi, *Lucr.* Concuſſus, *Plin.* Quaſſus, *Pacuv.* Propulſus, *Sen.*

Quatenus] Quantum attinet ad, *Varr.* Non qua filius, ſed qua homo æſtimatur, *Paul. I. C.* In quantum in ſe eſt, *Lucr.*

Quatere] Concutere, *Lucr.* Conquaſſare, *Cic.* Motum tremulum facio exſiſtere, *Lucr.* Quaſſare caput, *Plaut.*

Quaternarius numerus, &c.] Quadrigeminus, *Plin.* Quadrinæ copulæ verborum, *Var.* Quadriga, & quadrigæ, *Var.* Quaternio militum, Steph. *Robert* (*Huc pertinent*, Quadrifluvium, *Vitr. &* Quadrifinium, *Aggen.*

Quer-

Digitized by Google

Quercetum] Querquetum, *Feſt.*

Quercetus] Quernus, Querculanus, Querquetulanus, Cerreus, Cerrinus, *Plin.* Roboreus, Roburneus, Robuſtus, *Col.* Robuſteus, *Vitr.* Quercicus, *Suet.* Querneus, *Ca.* Querquetularia porta, (*juxta quam erat querquetum*) *Feſt.*

Quercus] Robur, *Cic.* Fagus glandifera, *Robert Conſtant.* Cerrus, *Plin.* Jovis arbor, *Ovid.*

Querela] Querimonia, Queſtus, Conqueſtio, Expoſtulatio cum abſente, *Cic.* Conqueſtus, *Liv.* Poſtulatio, *Ter.*

Queri] Queri injuriam, *Cic.* De injuriis, *Cæſ.* Queri ad populum, *Plin. Iun.* Queri cum aliquo, *Cic.* Super aliquâ, &c. *Cic.* Conqueri aliquid, de aliquo, graviter, cum aliquo de. Querimoniam habere de. Querelam habere apud aliquem de. Subaccuſare aliquem. Deplorare aliquid apud aliquem, de. *Cic.* Querimonias ultrò citróque jactare, *Liv.* Queritantes, *Tac.* à *Queritari, Bud.* Quiritare, *Plin.* Accuſare alicujus operam, fidem, *Plaut.* Cauſari vini inopiam, *dicitur plebs Romana apud Amm.*

Querulus] Queribundus, *Sil.* Omnia gemens, *Sen.*

Quia] Quòd. Quoniam, *Cic.* vid. Nam.

Quicquid] Quodcunque, *Cic.* Si quid, *Id.* Quod, *vel.* Quid, *Abſol. Ter.* Quicquam, *Id.* Quicque, *Quint.*

Quicunque] Quiſquis, Quivis è, *Cic.* Quilibet, Quiſpiam, *Cic.* Aliquis. Quis nunciate, (*pro aliquis*) *Plaut.*

Quid hominis? &c.] Quid tu hominis es? Quid tu homo es? Quid hoc hominis. Quis videor, *Ter.* Quod genus eſt homo, *Gell.* Quod genus hoc hominum, *Virg.* Neſcio quid viri ſis? *Plaut.* vid. *Qualis.*

Quid illi facias?] Quid tu huic homini facias. Quid hoc homine faciatis? Quidnam dici poteſt? *Cic.* Quid cum illis agas, qui, &c. Quid facias? *Ter.*

Quid ad rem?] Quid ad farinam? Quid ad Mercurium? Quid ad Bacchum? Quid cœcò cum ſpeculo?

Quid opus tuta timere?] Quid ſi cœlum ruat?

Quid pro quo] Palumbem pro columbâ. Pilos pro lanâ.

Quid tum?] Quid poſtea? Quid tum inde? Quid intereſt utrum, &c. *Cic.* Quid tum poſtea, *Ter.*

Digitized by Google

Quidam] Quidam de, ex, è. *Cic* *Aliquantis* largitus ſt, *Spart.* Plerique, *Quint.* Partim hominum, (*i. quidam*) ·ell. Habet hic unum hoſpitem, (*id eſt quendam*) *Plaut.* *Arnob.* vid. *Aliquis.*

Quidam, cum laude] Cujuſdam modi. Qualitate aliquâ ·æditus. Excellentis cujuſdam ingenii eſt. Neſcio quis, *ic.*

Quiddam] Eſt quiddam, *Cic.* Aliquid eſt, *Plaut.* Quid ·rte eſt, *Virg.* Aliquid magnum eſt, *Cerda.*

Quidem, vid. *Certè.*

Quidni?] Quin continetis vocem? *Cic.* Cur non? *Apul.* Quippini? *Plaut.* Quin potiùs quam aurô expenas? *Plin.*

Quies] quies animi, laborum. Requies. Ceſſatio. Va·tio militiæ, laborum, omnium rerum, à. Remiſſio animo·m. Otium, *Cic.* Laxamentum curarum, *Plin. Iun.* ·uieſcentia, *Firm.*

Quieſcere] Quietem capere. Conquieſcere, abſ. & à bel·s. Requieſcere à. Remittere, relaxare animum. Rela·ri animis. Levare animum. Habere vacationem alicujus ·i. Acquieſcere, *Cic.* Animos laxare à, *Id.* Levare curas, ·rpus. Relevare laborem requie, *Ovid.* Intermittere tem·s à labore, *Cæſ.* Remittere labores, *Mart.* Facere ·uſam, *Plin.* Levare membra torô, *Tibul.* Interquieſce·, *Cato.* Suſpendere ſpiritum (*in pronunciando*) *Quint.*

Quieſcendum aliquando] Amant alterna Camœ·e.

Quiete rebus opus] Planta, quæ ſæpius transfertur, non ·aleſcit. Quod caret alternâ requie, durabile non eſt. Re·ies ſit certa laborum. (*Symb. Caroli Borbonij Navarræ ·gis.*)

Quietè] Quietiſſimè ſe recipere, *Cæſ.* Tranquillè, *Cic.* ·d. *Pacatè.*

Quietus] Quies, *Nav.* Tranquillus animus. Starius ·ator. Otioſa ſenectus. Pacatiſſima provincia, *Cic.* vid. *·ranquillus.*

Quilibet, vid. *Quicunque.* Quin. vid. *Imò. Ne.* Quip·, vid. *Nam.*

Digitized by Google

Quiritari] Proquiritari, *Apul.* Gannire, *Ter.* Obragulari. Pipare. Pipulo aliquem differre. Flagitare. Occentare, *Plaut.*

Quis?] Quiſnam? *Hor.* Nam qui (*pro quis*) erit rumor populi? *Ter.* Qui finis diſcordiarum? *Liv.* Quid gentium (*pro, quæ gens*) caret his malis? *Plaut* Quid hoc ſceleris, *Ter.* Quod argentum? Quas tu mihi tricas narras? Quos tu mihi luſcos libertos, quos Sumanos ſomnias? *Plaut.* Quem deum ſponſorem accepiſti? *Sen.* Quis Deus appellandus? *Cic.* Ecquis vivit me hodie fortunatior? *Ter.* Ecquiſnam, *Cic.* Quis tandem? *Id.*

Quis, ſine interrog.] Si *ullus* me vocabit, *Ter.* Quiſquam gentium: quiſquam omnium, *Cic.* Quiſquam unus, *Liv.* vid. *Aliquis.*

Quiſque] Quiſque homo, *Plaut.* Infimus quiſque. Optimum quidque rariſſimum. Quilibet. Omnis pars. Omne genus. In omni genere artis excellere, (*id eſt in omni arte.*) Nemo non videt. Nemo eſt quin arbitretur, *Cic.* Nullus non, *Suet.* Nullâ non luce ducentos facio verſûs, *Mart.*

Quiſque agat ſua, vid. *Agat.*

Quiſque habet, quod agat] Nulla vitæ pars officiô vacare poteſt.

Quiſquis es] Quicquid tibi eſt nomen, *Plaut.* vid. *Quicunque.*

Quò?] Quorſum. Quò-nam, *Cic.* Quò gentium fugiam? *Plaut.*

Quò vadis] Quò paras proficiſci: Quò paras profectionem? Quò tendis Quò tenetur iter? Quonam iter eſt? *Er.*

· *Quoad*, vid. *Quantùm.* & *Vſque.* Quocirca, vid. *Ergo.*

Quocunque] Quopiam ire. Quoquò gentium. Quovis gentium, *Ter.* Quoque ſe vertent, *Cic.* Quamquam in partem, *Lucr.* Quoquam, *Cat.*

Quomodo?] Quomodonam? Quonam modo. Quonam tandem modo? Quî convenit? Qui poteſt eſſe ſapientia? Quî fieri poteſt? *Cic.*

Quomodo ſine interr.] Quonam modo. Quî, Cic. Qua-
liter

liter, *Mart.* Qua ratione, *Virg.* Quo pacto, *Hor.* Sicuti, *Lucr.* Sicut. *Cic.* Ut, *Plaut.*

Quomodocunque] Qualitercunque, *Col.* Qualiter-qualiter, *Vlp.* quomodo potuiſſem, te conveniſſem, ſi, &c. Quoquo modo, *Cic.* Quoquo pacto, *Ter.* Utcunque collibitum eſt, *Plaut.* Quicquid id eſt, *Virg. Lucr.*

Quondam] Olim ſic loquebantur (*de præterito*) *Cic.* Hanc tu olim accipies, (*de fut.*) *Virg.* Aliquando vocitata Syrtis, *Plin.* Serò, aliquando tamen, *Cic.*

Quot] Quid hominum eſt, (*i. quot*) *Plaut.* Quantum militum, *Tac.* Quid captivorum, *Plaut.* Quanti? (*pro, quot*) *Veget.* Quantos milites, *I. C.*

Quotannis] Quotquot annis, *Var.* In annos ſingulos. In ſingulis annis, *Cic.* Annuâ vice, *Col.*

Quotidianus] Amphemerinus, *Plin.*

Quotidie] Quotidianò, *Plin.* Quot diebus, *Quint.* Quot dies, *Apul.* Quotquot eunt dies, *Hor.* In dies. In dies ſingulos. Singulis diebus, *Cic.* Propè diem ſpero affuturum, *Ter. Sic de Menſibus.* Quot menſibus, *Caton.* Quotquot menſibus, *Var.* Quot Calendis, *Plaut. Vitr.* In ſingulos menſes, *Vlp.*

Quotus] Quotumus, *Plaut.*

Quouſque] Quoad! *Cic.* Ecquid facies modi? *Plaut.* vid. *Quamdiu. Cic.*

R.

Rabies] Rabies canis, *Plin.* Hydrophobia, *Celſ.*

Rabiosè] Rabidè, *Cic.*

Rabioſus] Rabidus, *Plin.* Rabie ſtimulatus, *Catul.* Efferum pecus, *Sen.*

Rabioſum fieri] Rabidi fiunt canes. Inflammantur equi rabie, *Plin.* Rabie ferri, *Id.* Venit rabies canibus, *Virg.* Vertitur in rabiem, *Hor.* Furere, *Virg.* Rábere, & Rabire, *Cæcil. Sipont.*

Rabula, vid. *Rixator*, & *Advocatus.*

Racemari] Racemationem facere, *Bud.*

Racemarius] Racemoſus, Racematus, *Plin.* Racemifer, *Ovid.*

Racemus, vid. *Botrus.* *Ra-*

Digitized by Google

Radians] Radiatus ſol, *Cic.* Radioſus ſol. Radiatus ſtellæ modo, *Plin.*

Radiare] Radiat vultu Phœbe, *Col.* Irradiare, *Sipont.*

Radicari] Radicare, *Sipont.* Radiceſcere, *Sen.* Agere radices, *Cic.* Agere radices deorſum in profundum, *Plin.* Mittere radices. Deſcendit in altum radix, *Col.* Deſcendit arbor radice. Deſcendit radix arboris altiùs, *Plin.* Altis nititur radicibus, *Cic.*

Radicatus] Radicatæ plantæ, *Pallad.* Radicoſus. Multâ craſſâque radice herba. Radicatum eſt multis fibris, *Plin.* Altiſſimis defixus eſt radicibus, *Cic.*

Radicitus] Radicibus erupta pinus. Ab radice alta revellere: cum imis ſtirpibus evellere aliquid, *Virg.* Stirpitus radicem exigere, *Cic.* A ſtirpe, *Liv.* Radicitus effodere. Cum radice evellere, *Col.*

Radius ſolis &c.] Radiolus, *Col.* Crinis ſtellæ, fulguris, *Virg.* Jubar, coma, crinis, falx, gladius, villorum ſpecies, *Plin.*

Radere] Scarificare radicem, *Cat.* Deſquamare ſummum corticem, *Plin.* Deſtringere cutem, *Plin.* Supperradere, *Id.* vid. *Deradere.*

Radix] Truncus ægritudinis, *Cic.* Stirps, *Virg.* Rapum arboris, *Sen.* Caput vitis, extrema ejus pars, *Col. i, radix Scal.*

Ramentum] Ramenta, æ, *Plaut.* Projectitium purgamentum, *Fulgent.* Strigmentum, *Plin.* Deſtrigmentum. Raſamen, *Marcell.* vid. *Scobs.*

Rameus] Frondea tecta, *Virg.*

Ramex, vid. *Hernia.*

Ramoſus] Ramuloſus, Sarmentoſus. Diffunditur vaſtis ramis, *Plin.* Frondoſus, *Liv.* Arboreus: cornua arborea cervi, *Virg.* Frondifer, *Lucr.* Frondifluus, *Boët.*

Ramoſus, 2. in plures ramos diſtinctus] In ramos ſparſus. Multicaulis frutex. Surculoſi rami. Biſulcus ſurculus. Multifidus. In quinque (&c) partes diffuſus, *Plin.* Triſulcus ſurculus. Trifurca ſtirps. Brachiata vinea. Bifurcus, *Col.*

Ramus] Brachia arboris. Duramenta, & Duramina, *Col.* Tabulata arborum, ut in abiete, larice, Scamna ramorum, *Plin.* Ramulus, *Col.* Ramuſculus, ſurculus, *Plin.*

Rana

Digitized by Google

Rana, vitium linguæ] Nodus linguæ, *Gell.* Obligatio linguæ, *Firm.* Ranunculus, *Gorr.* Vitioſa incrementa linguæ, *Col.*

Rancere, vid. *Putere.* Rancidus, vid. *Putidus.*

Rapa] Rapum, *Var.* (*quod* 40 *ampliùs librarum vidit Cæl. Rhod.*) Rapulum, *Hor.* Congylis, *Col.*

Rapacia] Rapicia, *pl. Plin.* Rapicius colis, *Cat.*

Rapax] Raptor lupus, *Col.* Vulturius provinciæ, Reip. *Cic.* Harpyia rapacior. Vultureus venter, *Er.* vid. *Raptor.*

Rapere] Præceleri vi, repente, aliquid rapere. Rapere in ſublime, *Plin.* Raptare *Virg.* Arripere, Corripere. Prehendere, apprehendere, *Cic.* Surripere, *Plaut.* Harpagare. Facere harpax, *Id.* Capere, *Virg.* Omnia viſcatis manibus legere, *Lucil.* Aſportare aliquid, Auferre de, *Cic.* Subtrahere aliquid clandeſtina fuga, *Cæſ.*

Rapidus] Rapax torrens, *Sen.* Violentus amnis, *Virg.* Torrens flumen, *Id.* Præcipitans torrens, *Cic.* Tanquam torrens, *Er.*

Raptim] Curſim arripui & ſucciſivis horis. Raptim, turbulentè, temerè agere. In procinctu teſtamentum facere. Ex tempore, *Cic.* Mobiliter ad bellum agitari, *Cæſ.*

Raptor] Accipiter pecuniarum. Trahax, Rapax, Rapacida. Summanus, *Plaut. Turn.* Rapo, *onis*, *Non.* Viſcatis manibus, *Lucil.*

Raptum] Vivere rapto, *&* ex rapto, *Ovid.* Rapina, *Cic.*

Rarè] Rarenter, *Var.* Rariſſimè conſeritur panax, *Col.* Sparſim convoluta canitie, *Plin.*

Rarefacere] Disrarare, *Col.* Diluere, *Ovid.* Diluviem facere, *Lucr.* Liquare alvum, *Celſ.*

Rareſcere] Rarefieri. Rarefactum corpus, *Lucr.*

Raritas] Raritudo terræ, *Col.* Rara liquiditas aëris, *Apul.* Parcitas animadverſionum, *Sen.* Infrequentia Senatus, *Cic.*

Rarò] *Rariùs* facere aliquid. *Perrarò.* *Minùs* in ſenatum venit, *Cic.* Rarenter, *Cato.* Infrequens ſum Romæ, *Cic.*

Rarus] Rarum quid, *Cic.* Infrequens Senatus, *Cic.* Infrequens paucitate alicujus rei, *Col.* Perraræ literæ, *Liv.* Sparſus: ſparſior racemus, *Plin.* v. *Levidenſis* & *Liquidus.*

Digitized by Google

Rara res] Rarum, *Cic.* Rara avis, *Hor.* Corvus albus. Lac gallinaceum. Phœnice rarior. Cygno nigro rarior. Albo corvo rarior, *Er.*

Rara, chara] In omni re optimum, quod rariſſimum eſt. *vel:* Optimum quidque rariſſimum, *Cic.* Omnia præclara rara. Voluptates commendat rarior uſus. Vileſcunt quotidiana.

Raſtrum] Raſtellum, *Suet. Plural.* Raſtra, *Celſ.* Raſtri, *Ter.* Raſtelli, *Var.*

Raſtris colligere fænum &c.] Stipulam raſtellis de prato eradere. Feſtucas in pratis per fœniſicia relictas ab radere, *Varr.* Raſtris herba mundetur, *Pallad.* Raſtris congregare, convertere.

Raſura arboris &c.] Decorticatio anguſta arbori non nocet. Repumicatio & politura vitium, *Plin.* Scarificatio, *Col.* Raſus, *Id. Var.*

Ratio] Intelligentia. Mens, *Cic.* Animus, *Iuv.* Intellectus, *Quint.* Corde vigere, *Auſon.* Uſque adeone corde erant vacui? *Arnob.*

Ratio quadrat. vid. *Computatio recta.*

Rationem reddere] Referre, deponere rationes. Referre ad ærarium rationes, *Cic.* Edere rationes, *Id.*

Rationes cum aliquo inire] Rationem ab aliquo repoſcere. Putare cum aliquo rationes. Ad calculos vocare, *Cic.* Supputare rationem cum argentario, *Plaut.* Calculum cum aliquo ponere, *Plin. Iun.* Conferre accepta & data, *Vlp.* Accipere rationes à. *Cic.* Diſputare rationes, *Plaut.* Conferre rationes. Ponere rationem ſingulorum, *Sen.* Summam ducere ſumptûs ſui & alieni, *Lucil.* Diſpungere rationes, *Vlp.*

Rationem repoſcere] Rationem vitæ & magiſtratûs geſti repoſcere. Interrogat aliquem judex legibus, *Cic.*

Rationabilis] Cum ratione, *Cic.* Habetne id rationem? *Vlp.*

Rationabiliter omnia age] Dignum te Deô finge.

Rationalis] Rationis particeps. Ratione utens. Mente, animo præditus. Habet mentem. Intelligens. Intelligentiæ particeps, *Cic.*

Rationarius codex] Ratio expenſi, *Plaut.* v. *Expenſi codex.*

Digitized by Google

Rationarius, Nomen] Rationum præfectus. A rationibus. *Suet.* Supputator, *Firm.* Ratiocinator, *Col.* Tabularius, *Sidon. Ulp.* Rationalis. Rationum perſcriptor, *Bud.* Actor ſummarum, *Suet.* Qui accepti & expenſi rationem habet.

Ratum habere, vid. *Confirmare.*

Ratus] Rata acta Cæſaris. Ratum judicium, *Cic.* Ratiſſima & gratiſſima, *Cato.* Legitimæ nuptiæ, *Cic.* Legitimum fœdus, *Ovid.*

Raucedo] Ravis. Rauca ravis, *Plaut.* Raucitas, *Plin.*

Rauceſcere] Raucere, *Ovid.* Raucum ſonare, *Id.*

Raucus] Rauciſonus, *Lucr.* Ravus, *Feſt.*

Re ipſâ] Re, *abſ.* Re verâ. Reapſe, *Cic.* Opere ipſo, *Sen.* Ad verum exerceri. Verba in rem conferre, *Tac.* Rem tibi auctorem dabo. Res ipſa dicet tibi, *Plaut.* Res operi faciet pondusque fidemque, *Manil.* In re ipſa, *Ter.* In re præſenti, *Plaut.* In oculis habere, *Quint.* Mea dicta ex factis noſce, *Plaut.* Dicta factis honeſtare, *Id.*

Re præſente, non curamus ſigna] Cum adſit urſus, veſtigia quæris.

Reaſſumere aliquid] Recolere, Rectrare, inſtaurare, *Cic.* Redauſpicare, *Plin.* Integrare, *Virg.*

Reatus] Admiſſa culpa.

Rebellare alicui] Abjicere, relinquere obedientiam, *Cic.* deficere, *Cæſ.* Convertere ſe in eum, quo adjutore omnia feceris, *Cic.* Verte arma adverſus aliquem, *ex Liv.*

Rebellatio] Rebellio, *Tac.* Rebellium, *Liv.* defectio, *Cic.*

Rebellator] Rebellis, *Stat.*

Recalefieri. vid. *Calefieri.* Recantare, vid. *Revocare.* Recedere, vid. *Abire.*

Recens] Recentiſſimæ literæ, *Cic.* Muſteus caſeus, *Plin.*

Recentiora meliora] Equis vetulis teneros anteponimus. Piſcis nequam eſt niſi recens.

Recenſere, vid. *Enumerare.*

Recenter] Sole recens orto, *Virg.* Quàm recentiſſimè, *Plin.* Recenti re, tempore, negotio. Dum res calet, *Cic.* Nihil eſt niſi dum calet, id agitur, *Plaut.*

Receptaculum] Receptus tutus, *Virg.* Diverſorium ſtu-

Digitized by Google

diorum villa, *Cic.* Diverticulum, *Quint.* Ectrope, es *Varr. Turneb.*

Receptio] Suſceptio cauſæ, *Cic.*

Receptor] Suſceptor. Receptator, *Vlp.* Receptrix furtorum, *Cic.*

Recidere] Relabi, *Tuc.* Recidere in eaſdem tenebras.

Recidere in morbum] Remorbeſcere, *Enn.* Redeunt febres, *Plin.* Recruduit ſoporatus dolor, *Curt.*

Recidet in me hoc malum] Faba cudetur in me. De meo capite aguntur comitia. Mei capitis luditur alea.

Recidet in auctorem, vid. *auctor.*

Recipere aliquem] Receptare, *Ter.* Mea domus me excepit, *Cæſ.* Excipere hoſpitio, *Plin.* Accipere in numerum, in ſocietatem regni. Adſciſcere in civitatem, *Liv.* Recipere aliquem civitate, in civitate, in civitatem. Aggregare aliquem in numerum. Adſcribere ad amicitiam. Adſcribere civitati, in civitatem. Aperire fores amicitiæ. Suſcipere in, *Cic.* Civitate donare, *Sen.*

Recipere in ſe aliquid] Recipio id ad me, *Ter.* in me, *Cic.* Accipio ad me litem, *Plaut.* Suſcipere æs amici, *Cic.* Tranſcribere in ſe æs alienum, *Bud.* Litem ſuam facere. Præſtare periculum, damnum. Suſcipere curam, culpam. Nomen ſuum ad tranſlationem criminis concedere, *Cic.* Expromittere, *I.C.* Sui periculi rem facere, *Bud.* Transferre in ſe alicujus peccatum. Ego iſthæc videro, *Ter.* Valdè videro, de reliquo videro, *Cic.* Redimere litem, *Quint.* Vindicem ſe cauſæ offerre. Eventum judicii præſtare, *Bud.*

Recipere aliquid] Accipere quod datur. Accipere excuſationem, *Cic.* Conditionem, *Cæſ.* Suſcipere profectionem. Adſciſcere conſuetudinem. Ratum habere, *Cic.* Acceptare reliquationem rationum, *Paul. I C.* Acceptare jugum, *Sil.* Acceptum facere alicui, *Iulian. Turneb.*

Reciprocus] Reciprocata viciſſitudo, *Arnob.*

Recitare vid. *Proclamare* & *Memoriter.*

Reclamare] Reclamitare alicui, *Cic.* Interclamantibus multis noſtri reſtiterunt, *Amm.*

Reclamatio] Acclamatio adverſa populi, *Cic.*

Reclinare vid. *Inniti.*

Re-

Digitized by Google

Reclinatus] Reclivus & reſupinatus in manus pendebat, *Vopiſc.* Acclivis arbori, *Plin.*

Recludere, Recluſus, vid. *Aperire Apertus.*

Recognitio] Circumſpectus. Luſtratio municipiorum, *Cic.* Luſtramen, *Val. Arg.* Inſpectio rerum ſuarum, *Plin. Iun.*

Recognoſcere] Recognoſcere decretum. Retractare cauſas, *Cic.* Remetiri dicta, facta, *Sen.* Recolligere actionem ſuam, *Plin. Iun.* vid. *Perluſtrare.*

Recolere, vid. *Reaſſumere.*

Reconciliare] Reconciliare gratiam cum aliquo, *Curt.* Conciliatum reddere animum alicujus. Sanare vulnus injuriæ, *Cic.* Propitiare, propitium reddere aliquem. Redigere in antiquam concordiam, *Plaut.* vid *Placare. Conciliare.*

Reconciliatio] Reconciliatio gratiæ, concordiæ. Reditus in gratiam cum aliquo, *Cic.* Conciliatura, *Sen.*

Reconciliator, vid. *Pacificator.* Reconcinnare, vid. *Reparare.*

Recondere aliquid] Reponere ac condere fructûs, *Cic.* Servare vinum in vetuſtatem, *Col* Seponere pecuniam in ædificationem, *Liv.* Penum ſtruere, *Virg.* Condo eſui oleam, *Var.*

Reconvenire, Barb. Latinè, Citare in jus, qui me priùs citaverat] Reſortiri judicium, *Bud.* Actori meo viciſſim litem intendo. Actori & victori, quo agente abſens damnatus ſum, quæſtionem, litem, judicium refero, *Id.*

Reconventio apud I C.] Relatio criminis, *Vlp.* Mutua actio, accuſatio, *Cuj. I C.*

Recordari] Recordari aliquid cum animo. Reminiſci alicujus rei: de aliquâ re. Reminiſcendo recordari. Recognoſcere. Repetere memoriam alicujus rei. Memoriâ repetere. Renovare recordatione aliquid. Renovare memoriam rei intermortuam. Recolere aliquid. Replicare memoriam. Referre animum ad aliquid. Redit, incurrit in memoriam. Succurrit. In mentem venit aliquid, & alicujus rei. Redintegratur memoriam auditoris, *Cic.* Reprehendere aliquid memori mente, *Lucr.* Tangit animum memoria rei, *Liv.* In mentem mihi fuit. In memoriam re-

Digitized by Google

regredi, *Plaut.* Repræſentare aliquid animo, *Curt.* Repetere præterita. Retorquere ſe in præteritum. In præteritum tempus animus mittendus, *Sen.* Recomminiſci, *Plaut.* Occurſant mihi verba, *Plin. Iun.* In memoriam redigere, reducere, inducere, *Plaut. Ter.* Uſurpare memoriâ, *Cic.*

Retardari non ſatis queo] Hæret in prioribus labiis.

Recordatio] Commemoratio beneficii. Memoria, *Cic.* Memoratus, *Gell.* Uſurpatio, *Liv.* Repetentia priorum, *Arnob.*

Recraſtinare. vid. *differre.*

Recreare] Focillare Refocillare aliquem, *Plin. Iun.* Roborare, firmare corpora juvenum labore, *Cic.* Corroborare, *Suet.* Solidare ſtomachum, *Pallad.* Confirmare animum alicujus. Erigere, excitare jacentem, *Cic.* Ægritudinem levare, lenire, ſedare, *Id.* Arrigere oratione, *Saluſt.* Reſtituere animum, *Liv.* Reficere ſe ab imbecillitate, *Plin.* Reficere ſe ad audiendum. Recipere ſe. Relaxatus animus ſomno. Confirmare ſe. Confirmata à morbo valetudo, *Cic.* Redintegrare animum, *Caſ.* Renovare animum à ſatietate & fatigatione, *Quint.* Refovere membra, *Sil.* Revocare vires victu, *Virg.* Suffundere vires cibo, *Var.* Suffulcit cibus artûs, *Lucr.* Recuperatis cibo ſomnoque viribus, *Tibul.* Reciperare ſe quiete, *Var.*

Recreari à metu] Ad ſe redire. Animum ad ſe ipſum revocare, colligere. Conſiſtere animô. Reſpirare, à *Cic.* Remigrat animus, *Plaut.* Redire in poteſtatem, *Cato.* Reviviſcere, *Var.* Reſipiſcere, *Plin* Recipere animum ex pavore, *Liv.* Reſtituere ſe. *Var.* Recipere animum ſc. ex pavore, *Ter. Liv.*

Recreationis cauſa] Animi (*ſc. delectandi*) cauſa, *Plaut.* Deliciarum cauſâ, *Cic.* Reficiendi animi gratia, *Plin.* Fallendi temporis gratia, *Ovid.*

Recreatus] Iterum natus ſum, ſi vera autumas. Jam defæcato ſum animô, *Plaut.* Reſpiraſſe homines videbantur. Cùm ex illorum metu mortis, quaſi luce libertatis recreatus revixiſſet, *Cic.* Recipi animum ex pavore, *Liv.* Non ſecus eſt, quàm ſi ab Acheronte veniam.

R

Recreſcere] Repullulaſcere (Repulluleſcere, *Commelin.*) *Col.* Repullulare. Reſurgit arbor. Regerminat, *Plin.* Pullulat ab radice ſilva, *Virg.* Regignuntur membra, *Lucr.* Renaſcuntur dentes, pennæ, reviviſcunt, *Plin.*

Rectâ] *Cic.* Directim pergere ad, *Macrob.* Prorſum Athenas ibo, *Plaut.* Prorſus, *Cat.* Protinus, *Cic.* Recta via, *Ter. Sen.* Ad lineam. Rectis lineis, *Cic.* In directo itineris ſunt pedes, *Var.* vid. *Perpendicum*, vid. *directè.*

Recta in rem] In limine diu detineri nemini volupe eſt. Procœmium longum audiendi cupido crux.

Rectè, vid. *Benè.*

Rectè currere] Curſu contendere recto.

Rectiſſimè agere] Momo ſatisfacere. Vel Momo judice.

Rectitudo] Rectùm: mens conſcia recti, *Virg.*

Rector] Moderator rerum. Temperator. Adminiſtrator belli, *Cic* Præſes, *Ovid.* Prudens moderandi, *Tac.* Curator, *Cic.* Imperator vitæ & necis, *Plin.* Modiperator, *Var.*

Rector ſit unus] Domus una non fert duos canes; neque duos gallos ſterquilinium unum. Una arbor non capit duos erinaceos.

Rectus] Directus paſſus, *Tibul.* Regularis, *Plin.* Prorſus limes, ad orientem directus, *Feſt.* Simplex iter, *Cic.*

Recubare, vid. *Cubare.*

Recudere] Conflare falces in enſes, *Virg.* Diffingere ferrum nova incude, *Hor.*

Recuperare] Recipere urbem amiſſam. Pervenire ad ſuum, *Cic.* Reparare amiſſa, *Lucr.* Clarigare. Res raptas clarè repetere. *Plin.* Redipiſci aliquid, *Plaut.* Poſtliminiò recipere, *Paul. I C.* Poſtliminiò ad nos redeunt, quæ à nobis alienata ſunt, *Cic.* Repetere res, bona, ex *Cic.* Evincere aliquid ab aliquo, *Ulp.*

Recuperatio] Reciperatio, *Feſt.* Clarigatio, *Arnob.* Evictio, Vendicatio, actio in rem, *Ulp.* (Poſtliminium, eſt

Digitized by Google

eſt I.C. jus repetendi ſua ejus; qui ab hoſtibus captus redit.

Recurvare] Aducum reddere, *Col.*

Recurvus] Recurvatus, *Col.* Reflexum telum, *Sil.* Camura cornua, *Virg.* In ſe redeuntia, *Macrob.* Obunca falx, *Arnob.* Obuncula cingula, *Non.* Conflexus, *Plin.*

Recuſare] Recuſare quod imperatur. Recuſare de aliquâ re. Defugere munus. Refugere aliquid : à. *Cic.* Detrectare officium ſuum, *Quint.* certamen, *Tac.*

Recuſatio] Detrectatio, *Liv.* Dedignatio parendi, *Plin. Iun.* Detrectatio officii, detrectator animus imperii.

Recuſatio ficta] Acciſmus. Acciſare.

Redamare] Amori amore reſpondere. Reſpondere in amore iis, à quibus provocêre. Mutuò diligere. Tribuere alicui mutuam voluntatem. Mutuum in amicitia *eſt*, cùm par voluntas accipitur & redditur, *Cic.*

Redarguere, vid. *Confutare.*

Reddere] Retribuere debitum. Reponere alicui. Regerere, *Cic.* Redhibere, *Plaut.* Refundere quod acceperis, *Vlp.* Reſignare, *Hor.* Remetire, *Quint.* Redonare, *Hor.*

Reddere rationem.] Reddere rationem vitæ. Reſpondere de ſuo officio alicui. Purgare ſe alicui de aliquo, *Cic.* Dare alicui rationem, *Plaut.* Cauſam dicere, *Liv.* vid. *Excuſare ſe.*

Redemptio] Redemptura, *Liv.* (*Paulò aliter ſonat.*)

Redemptor] Aſſertor, *Liv.* Vindex libertatis, *Cic.*

Redhoſtire, vid. *Remunerari.*

Redigere] Redigere ad nihilum, *Lucr.* Ad vanum & irritum aliquid redigere, *Liv.* Ad nihilum recido, *Cic.* In caſſum impenſa recidit, *Col.* Ad irritum victoria revolvebatur, *Tac.* vid. *Perducere.*

Redimere] Redemptare, *Sipont.* Redemptitare captos, *Plaut.* Repignerare, *vel* repignorare rem ſuam, *Vlp.* Reluere veſtem, domum, *Feſt. Plaut.*

Redire] Redire retrorſum, *Plin.* Redire à : ad, *Plaut.* Reverſionem facere, *Cic.* Reverti domum, *Ter.* Reverti ad : in; *Cic.* Revertit ad me, *Pomp.* Revenire domum. *Cic.* Revenire ex, *Tac.* Revocare ſe, referre ſe ad ſtudia priſtina, intermiſſa. Recipere ſe: rurſus in : ad, *Cic.* Revehi equo. Reddere

dere ſe alicui rei, convivio, *Liv.* Revocare gradum, pedem. Recurſare, *Virg.* Recurrere ad initia, *Cic.* Retroire, *Plin.* Dare vela retrorſum. Iterare cauſas relictas, *Hor.* Redambulare, *Plaut.* Repedare, *Lucil.* Revolare ad, *Paterc.* Repetere caſtra, *Liv.* Revolvi ad ; in : Remigrare ad : in : Regredi, *Cic.* Regredi ad, *Quint.* Remeare, *Var.* Retroferre ſe, *Sen.* Relegere iter, *Stat.* Remetiri mare, *Virg.* Relabi in. Renare, *Hor.* Renavigare, *Cic.*

Redire ad intermiſſa mala] Relabi. Redire ad vomitum. Redire ad ingenium, *Ter.* Ad ſe & ſuos mores redire, *Cic.* Recipere ſe ad ingenium ſuum, *Plaut.* Revolvi in eamdem vitam.

Redire ad meliorem mentem] Redire ad bonam frugem, *Lamp.* Redire in viam. Mutare mentem, *Cic.* mores, *Ter.* vitam, *Lucr.* Applicare ſe ad frugem, *Plaut.* Receptus à malis conſiliis, *Liv.*

Redire in patriam] Revenire domum, *Cic.* Reducem eſſe, *Id.* Repatriare, *Solin.*

Reditus] Reditio : Celeritas reditionis. Reverſio febrium. Recurſus ad priſtinum ordinem. Regreſſus & progreſſus. Regreſſio & profectio, *Cic.* Reverticulum ſolis. Remeaculum, *Apul.* Receptus à : receptus pertinacis ſententiæ, *Liv.* Reciprocatio fili à culmine & rurſus à terrâ, *Plin.* Domuitio : nec larem requiro, nec domuitionem paro, *Pacuv. Apul.* (*domum* itio, *Lamb. apud Cic.*

Redivivus] Qui reſumpſit animam, *Sen.*

Reducere aliquem] Retroducere, *Mart.* Inducere in viam, *Viam.* Deducere in viam, *Cic.* Reconciliare filium domum, *Plaut. i. reducere, Lamb.* Officii cauſâ aliquem ab domo proſequi, *Liv.*

Redundare, vid. *Supereſt.*

Refectio] Valet refectioni, *Cic.* Refectus, *Plin.*

Refellere, vid. *Confutare.*

Referendarius] Supplicum libellorum magiſter, *Bud.* Ab ore Principis, *Vrſin.* A libellis, *Suet.* Proximus libellorum, *Amm.* Magiſter memoriæ, *Meurſ.*

Referire] Repetere mulam calce, *Sen* Reſævire, *Ovid.*

Referre] Reportare, *Cic.* Retroferre, *Sen.*

Digitized by Google

Referre par pari] Æmulari cum aliquo, *Liv.* Tendere odiis, *Virg.* vid. *Retaliare.*

Refert] Pluma haud intereſt, *Plaut.* Permultum intereſt. Multum mea intereſt. Permagni, magni intereſt. Magni, permagni refert. Permagna res agitur, *Cic.* Pernimium intereſt, *Ter.* Momentum in re aliquâ poſitum eſt, *Quint.*

Refertus, vid. *Fartus.* Reficere, vid. *Corrigere*, *Reparare.* *Recreare.*

Reflexus, vid. *Recurvus.*

Refluit mare] Reciprocatur, *Curt.* Reſorbet mare æſtum, *Lucr.* Fluctûs, *Ovid.* Alternis æſtibus reciprocans fluctus alluit aggeſtionem littoris, *Pallad.*

Refocillare, vid. *Recreare.* Reformare, vid. *Reparare.* *Emendare.*

Reformatio, vid. *Renovatio.*

Refractarius] Perduellis ſpiritus, *Amm.* Rebellis. *Stat.* Retrorſæ mentes, *Lampr.* Vid. *Contumax.*

Refractarius equus] Duri oris, *Ovid.*

Refragari, vid. *Contradicere.*

Refrigerare] Ventilare & refrigerare vinum. Refrigerationem auræ captare, *Col.* Reficere ſe ex caloribus, *Cic.* Perfrigerare, *Plin.* Obſipare, aſpergere alicui aquulam. Frigefactare. *vel* Frigidefactare, *Plaut.* *Lambin.* Refrigerari aquis, umbris, *Cic.* *Paſſivè.*

Refrigeratorius] Refrigeratrix natura, *Plin.* Frigidaria cella, *Plin. Iun.*

Refrigeratus] Teporatum vitri fragmentum, *Plin.* Tepidus, *Plaut.*

Refugium] Perfugium, Profugium, Receptaculum, Receptus, Receptator locus latronum, Nationum portus, *Ar.* Diverticulum inſidiarum, *Cic.* Aſylum, *Virg.* Suffugium, Confugium, *Ovid.*

Refutare] Elidere argumenta, vid. *Confutare.*

Regalis] Regius apparatus, *Cic.* Regificus luxus, *Virg.* Baſilicum facinus, *Plaut.* vid. *Magnificus.*

Regaliter] Regiè. Regificè, *Cic.* Baſilicè, *Plaut.*

Regelare] Zephyrus regelat brumam, *Col.* Zephyri minuunt frigora, *Ovid.*

Rege-

Digitized by Google

Regelari] Ætas mea vix mediâ regelatur æſtate, *Sen.* Regelare ſinantur vites, *Col.*

Regere] Gubernare, Gerere Remp. Moderari aliquid, *Cic.* Alicui, *Tac.* Moderari frena, *Iuv.* Temperare Remp. Adminiſtrare. Præſidere urbi. Gubernacula tractare, tenere. Ad gubernacula ſedere. Clavum, ſummam imperii tenere. Tenere Remp. *Cic.* Quo natura aurigatur, *Var.* Exercere imperium, *Virg.*

Regere ſeipſum] Clavum tenere ſui. Imperare ſibi, animo, cupiditati, *Cic.*

Regere ſeipſum neſcit] Vertumnô natus iniquo.

Regimen, vid. *Moderamen.*

Regina] Regnatrix, *Tac.* *Iuno.*

Regis filia] Regia virgo.

Regio] Ora. Pars terrarum. Plaga cœli, *Cic.* Tractus, *Virg.* Terra, *Plin.* Abire in ultimas terras, *Cic.* Civitas: tota Helvetia civitas in quatuor pagos diſtributa, *Cæſ.* *Turneb.* Templum; templa cœli, *Virg.* Cœlum, *Col.* Cœlum, non animos mutant, qui trans mare currunt, *Hor.* Orbis, *Ovid. Plin.*

Regiſtrum, barb.] Inventarium, Repertorium, Synopſis bonorum, *Vlp.* Index bonorum. Regeſtum, *Bud.* Rationarium imperii, *Suet.* Perſcriptio, *Cic.* vid. *Rationarius Codex.*

Regnare] Regnum obtinere, *Cæſ.* Poſſidere, *Ter.* Exercere regnum, *Plin.* Sceptra tenere. Potiri ſceptris, *Virg.* Potiri ſceptra, *Lucr.* vid. *Dominari.*

Regula] Canon, *Plin.* Normula, *Sipont.* Linea, *Vitr.*

Regula infallibilis] Norma Polycteti.

Regula regat, non regatur] Amuſſi applica lapidem, non contrà.

Rejectaneus] Rejiculus dies, *Sen.* Abactus, *Hor.* Reprobus nummus, *Vlp.*

Rejectio] Rejectio judicum, *Cic.* Abjectio literarum. Improbatio teſtium, *ad Heren.* Rejectus, *Cæſ.* Regeſtus terræ, *Col.* Reprobatio.

Rejectus] Præteritus, *Cic.* Exauctorata & repudiata verba, *Gell.* Reprobatus, *Scæv.*

Reji-

Rejicere] Abjicere arma, *Cic.* vid. *Repudiare.*

Relatio, vid. *Narratio.* Relator, vid. *Narrator.*

Relaxare] Frena laxare populis, *Lucan.* Dare frena ali-cui, *Sen.* Effundere habenas, *Virg.* Remittere habenas amicitiæ. Permittere omnia, *Cic.*

Relaxatio] Remiſſio. Indulgentia, *Cic.*

Relegare aliquem] Exilio afficere. In exilium ejicere. Pellere. Sedibus expellere, *Cic.* Dare in exilium, *Firm.* Protelare patriâ, *Turpil.*

Relegatio, vid. *Exilium.*

Religio] Pietas erga deos. Cultus deorum. Cerimoniæ religionesque in deos, *Cic.* Religioſitas, *Apul.*

Religiosè] Religioſiſſimè. Summâ religione cerimoniiſque conficere ſacra. Piè ſanctéque colere deos, *Cic.* Reverentiſſimè colit ceremonias, *Suet.*

Religiosè conſultare] Apud aram conſultare.

Religioſus] Vir religionibus deditus. Qui colit religionem. Religionem colens. Summâ religione præditus. Exemplar antiquæ religionis, *Cic.* Numâ religioſior, *Er.*

Relinere dolium] Promere de pleno, *Plaut.* Partem ſumere de ſolido, *Hor.* Adtegrare vinum, *Feſt.*

Relinquere] Reliquum aliquid facere. Prodere laudem poſteris, *Cic.* Deſiſtere aliquem, *Apul.*

Relinquere aſſueta difficile] Canis aſſuetus corio.

Reliquiæ] Reliquia, æ, *Apul.* Reſidua pecunia, *Liv.* Extima limitum, *Amm.* Superamenta materiarum, *Ulp.* Analecta menſarum, *Mart.* De fœce haurire, *Cic.* Subſecivum agri, *Var.* Admonitio morbi, *Plin.*

Reliquiæ alicujus magnæ rei] Coloſſi fragmenta.

Reliquiæ cibi] Quod ſatietati ſuperfuit, *Cic.*

Reliquias colligere] Ariſtas colligere aliquot ex opimâ meſſe, nemo prohibeat.

Reliquum] Cæterum omne, *Liv.* Extremum anni, *Tac.* Reſiduum, *Paul. I.C.* Summa ſenectus, *Cic.* Reliqua Græcia, *pro reliqua pars Græciæ*, *Cic.*

Reliquus, qui poſt alios relinquitur] Relictus. Superſtes, *Cic.* Reſiduus, *Liv.* Imperditus, *Virg.* Vitalis, *pro ſuperſtite*, *Hor.* Inconſumptus, *Ovid.* Poſthumus, *Apul.*

Super,

uper, *pro* Supereſt : Nec ſpes ulla ſuper, *Valer. Flacc.*

Reluctari, vid. *Reniti.*

Reluctatio] Obluctatio, *Firm.* Renixus cartilaginis, *elſ.* Niſus pedum, *Lucr.*

Remanere] Manere, Reſidere, Reſtare, Redundare in nnum ſequentem. Exſtat memoria, *Cic.* Supereſſe, *Cirg.* uperare, *Liv.* Hæreſcere, *Lucr.*

Remanſio] Manſio, *Cic.*

Remedium] Medicina dolorum, *Stat.* vid. *Medicamentum. Auxilium.*

Remedium ineptum] Calceus à podagrâ non liberat.

Remedio opus] Non luctu, ſed remedio opus eſt in malis.

Remex ſeu Remiges] Remigium, *pro remigibus, Cic. Hor.* Claſſicus, *Curt.* Navales ſocii, *Liv.* Navales pedes, *Plaut.* Equiſo nauticus, *Var.* Auriga carinæ, *Chariſ.* Nauta, & Navita, *Cic.* Meſonauta, *Bud.*

Reminiſci, vid. *Recordari.*

Remiſſio, vid. *Venia.*

Remittere, vid. *Ignoſcere.*

Remittere de ſuo jure] Propria vineta cædere.

Remora] Æger moræ, *Lucan. Virg.* Multos dies hanc epiſtolam habui, propter *commorationem* tabellariorum, *Cic.* Remeligo, *Plaut. Feſt.*

Remorari, vid. *Retardare.*

Remotio] Remotio criminis. Abalienatio alicujus rei. Amotio, depulſio doloris. Propulſatio periculi. Alienatio ſacrorum, *Cic.* Amolitio alicujus rei ex oculis, *Gell.*

Remotus] Disjunctus : disjunctiſſima terra. Longè, & longiſſimè remotus. Remotiſſimus à, vel ab. Longiſſimè abeſt à. Longinquus, *Cic.* Diſſitus, *Apul.* Diſtans, *Liv.* Sepoſitus, *Mart.*

Removere] Moliri naves à terrâ, *Liv.*

Remunerari] Remunerari ſuppliciis aliquem, *Cat.* Remunerari officia beneficiis. Remunerari aliquem cum ſimillimo munere. Referre alicui gratiam. Reſpondere beneficiis alicui: amore: in amore: amore amori, *Cic.* Reſpondere meritis, *Hor.* Referre gratiam, & gratias, *Plaut.* Rependere gratiam, *Ovid.*

Refun-

Digitized by Google

Refundere beneficium, *Sen.* Redhoſtire, *Feſt.* Remunerare, penſare, perſolvere beneficium. Reponere merita. Rependere officia. Parem eſſe beneficiis acceptis. Efficiam ut tuum ad te beneficium non ſine fœnore redeat. Fœneratum hoc beneficium tibi pulchrè dices. Diſpeream niſi tibi beneficium iſtud conduplicaverit. Statim regerere beneficium eſt nolentis debere. Certemus mutuis inter nos officiis. Cum fœnore reponendum cùm acceperis. Quiſquis gratè munus accipit, jam gratiam retulit, *Er.*

Remuneratio] Relatio gratiæ, *Sen.* Meritorum, *Quin.* Studiorum officiorumque viciſſitudo, *Cic.* Hoſtimentum, *Plaut.* Antidotum, *Vlp.*

Remurmurare, vid. *Obmurmurare.*

Remus] Pes navalis, *Non.*

Remutare, vid. *Mutare.*

Renaſci] Reſeminat ſeipſam ales, *Ovid.* vid. *Recruſcere.*

Reniti] Obniti undis, *Lucr.* Obſiſtere, Reluctari, *Hor.* Reſiſtere immobilem, *Plin.* Obſtare audaciter alicui. Repugnare valdè. Prætor improbus cui nemo *interdicere* poſſit. Excipere, ſuſtinere impetum alicujus, *Cic.* *Suffem vim*, nec clauſtra, nec cuſtodes valent. Obluctari alicui, *Virg.* Subſiſtere aliquem, *Liv.* (*Pro obſiſtere alicui*) Inſiſtere, *Ter.* Adverſus reſiſtere, *Æmil. Prob.*

Renovare] Revocare morem. Inſtaurare proſcriptionem. Novare. Refricare deſiderium, Refricat lippitudo (*pro refricatur.*) Redintegrare memoriam, *Cic.* Innovare terrorem. Reparare, Recolere intermiſſa, *Liv.* Dare novitatem vetuſtis, *Plin.* Retractare. Retardeſcere. Reſtringere luctûs. Reſcindere carmina (*retractare,*) *Ovid.* Recentare memoriam, *Sen.* Reconflatur ſenſus, *Lucr.* Recreari incipit res, *Id.* Integrare inimicitiam, *Pacuv.* Integraſcit malum, *Ter.*

Renovate dolorem] Refricare cicatricem obductam: vulnus: dolorem. Recrudeſcit vulnus, *Cic.* Regliſcit dolor, *Plaut.* Redulcerare, *Col.*

Renovatio] Reſtauratio, *Iulian. I.C.* Reintegratio amoris.

ris. Inſtauratio ludorum, *Cic.* Reformatio omnium rerum in mundo, *Apul.* Novatio, *Vlp.* Novatus, *Virg.* Renovamen formæ, *Ovid.*

Renumerare, vid. *Annumerare.*

Renunciare, vid. *Nunciare.* Renuere, vid. *Abnuere.*

Repandus ſurſum recurvus] Obuncum roſtrum vulturis, *Claud.* Reduncus, *Ovid.* Reſima labra. Recurvum roſtrum, *Col.*

Reparare] Reficere opus, ædes. Reſtituere ædes, quæ vitium fecerunt. Reconcinnare ædificia, *Cic.* Concinnare, *Cat. Col.* Reparare in melius vetuſtate ſublapſa, *Plin. Iun.* Inſtaurare, *Feſt.* Reſtaurare theatrum, *Tac.* Aptare aliquid in aliquâ re, *Col.* Sarcire, eſt integrum facere, præſtare, *Feſt.* Reformare, *Plin. Iun.* Emendare, Corrigere, *Cic.* Corrigere ad frugem, *Plaut.* Marginare vas, *Liv.* Munitare viam, *Cic.* Inſtaurare vias, iter, *Stat.*

Repellere, vid. *Abigere.*

Rependere] Repenſare, *Paterc.* Compenſare damna. Reſarcire damnum. Sarcire damna, *Col.* Reconcinnare detrimenta, *Caſ.* Exſarcire ſuum ſumptum, *Ter.* Impendium uſque ad aſſem reddere, *Plin. Iun.* Præſtare damnum alicui, *Cic.* Reſolvere, *Cato.* Paria facere, *Sen.* Reficitur, *Var.* Repræſentatur labor ſapientia. *Bud.* *Recompenſare, Latinis inuſitatum*, vid. *Remunerari.*

Repentè, vid. *Subitò.* Repentinus, vid. *Subitaneus.*

Repercuſſio, Philoſophis recent. *Plin.* vid. *Repercuſſus ſolis, caloris.*

Repercutere] Refringitur radius ſolis alicui rei immiſſus, *Plin.* Referitur Pœbus oppoſito ſpeculô, *Ovid.* A ſpeculo in ſpeculum tralucet imago: è ſpec. transfertur in ſpeculum, *Lucr.* Radii ſolis replicantur: acies radios replicat ab, *Sen.*

Repere] Reptare, *Hor.* Reptabundus ſequor, *Sen.* Perreptare, *Ter.*

Repere genibus] Reptare per manus & genua, *Quint.* Suffraginibus inſidentes. *Amm.* Genibus volutans, *Virg.* Poplitibus ſubſidendo ima clivorum pervadere, *Amm.*

Reperire, vid. *Invenire.*

Repe-

Digitized by Google

Reperitur] Comparet, *Liv.* Eſt invenire, *Gell.* Eri ubi te ulciſcar, ſi vivo, *Plaut.*

Repertitius] Indagabilis, *Var.*

Repertor, *Repertum*, vid. *Inventor*, *Inventum.*

Repetere] Ingeminare, *Virg.* Reaſſumere aliquid, *Plin.* Iterare. Referre rem judicatam. Recolere artes, *ex Cic.* Retractare, Identidem aliquid revocando me pronuncio, *Cic.* Integrare pugnam, *Liv.*

Repetere eadem] Eadem obgannire, *Plaut.* Cantilenam eandem canere, *Ter.* Eâdem oberrare lyrâ, chordâ. Eadem per eadem dicere. Eandem incudem tundere. Obtundere de eadem re ſæpius, *Ter.*

Repetitio] Iteratio. Geminatio, conduplicatio verborum. Inſtauratio ludorum, *Cic.* Reiteratio, *Quint.* Duplicatio, *Sen.*

Repetitio eorundem odioſa] Crambe bis cocta. Cavendum ne id, quod ſupra ſemel diximus, deinceps dicamus, *Cic.*

Repetundarum damnare] *Cic.* Damnare de repetundis, Id. Litem alicui æſtimare, *Id. Bud.*

Replere. vid. *Implere.*

Repoſcere] Poſcere, admonere debitorem. Flagitare, exigere ab aliquo promiſſum. Repetere alicui promiſſa. Depoſcere aliquem ad ab aliquo. Depoſcere, *Cic.* Depoſcere in pœnam, *Liv.* Appellare aliquem pecuniæ, & de pecuniâ, *Cic.* pecuniâ, *Quint.* Interpellare debitorem, *Pompon* Reflagitare aliquid, *Catul.*

Repoſitorium] Theſaurus omnium rerum memoria. Receptaculum prædæ. Theca vaſorum, *Cic.* Conditorium, *Quint.* Conditum, *Amm.* Repoſitio ligni, *Pallad.*

Repotia] Reportia (*à reportandâ ſponſâ*) *legit ap. Hor. Landin.* Repotatio, *Var.* Inſtauratitius dies epularum, *Macrob.*

Repræſentare aliquem] Effingere mores alicujus. Exprimere aliquem imitando: ſermones, mores aliorum. Reſpondere alicui. Reddidit Clodius omnes Catilinas. Verbis & ſono ipſo perſequi & imitari aliquem. Imitari & exprimere aliquem virum. Conſequi aliquem imitatione, *Cic.* Referre mores patris. Exſcribere patrem ſimilitudine, *Plin.*

Digitized by Google

Plin. Iun. Refert ore parentem, *Virg.* Agere naufragum, *Quint.* Reddere exemplum & effigiem, *Liv.* Aſſimilare aliquos colores, *Ovid.* Adumbrare morem alicujus, *Curt.* Repræſentare faciem, *Col.* imaginem ſceleris, *Quint.*

Reprehendere, vid. *Vituperare.*

Reprehenſurus alium vitiô careat ipſe] Loripedem rectus derideat. Turpe eſt Doctori cùm culpa redarguit ipſum, *Cat.* Mirum eſt bellum cùm culpat aſellus aſellum. Aliorum vult eſſe medicus, & ipſe ulcerib. ſcatet.

Reprehenſio, vid. *Objurgatio.*

Reprimere aliquem] Rejicere hoſtem ab aliquo loco. Repulſam alicui afferre, *Cic.* Obſiſtere ventis, fugienti, *Ovid.* Submovere mare, *Sen.*

Reprobare] Improbare judicium, *Cic.* vid *Seqq.* & *Improbare.*

Repudiare aliquid] Repudiare funditus. Reſpuere conſolationem, *Cic.* conditionem, *Cæſ.* Rejicere, Recuſare judicem, Abrogare legem. Explodere ſententiam. Repulſam ferre ab aliquo, *Cicero.* Abdicare & rejicere, *Pompon.* Abnegare comitem, *Horat.* Vertere pollicem, *Iuv.*

Repudiare uxorem] Remittere, renunciare, dicere uxori repudium, *Ter.* Remittere nuncium uxori, *Cic.* Miſſam facere uxorem, *Suet.* Multare uxorem matrimonio, *Sen.* Dimittere uxorem, matrimonium. Digreſſa, dimiſſa à matrimonio. Diductum matrimonium, à Diduco, *Suet.* Uxor diſceſſit à, *Cic.*

Repudium] Divortium. Abruptio, *Cicero.* Diſcidium conjugum, *Ovid.* Diſceſſio, *Ter.* Diffarratio, & diffareatio, *apud Feſt.*

Repueraſcere, vid. *Pueraſcere.* Repugnare, vid. *Reniti. Adverſari.*

Repugnare iis fruſtra, quos vincere nequeas] In cœlum ne exſpuas. Contra ſtimulum ne calcitres.

Requies, vid. *Quies*, *Quieſcere.*

Requiem dare] Requiem dare ab opere, *Col.* Dare alicui vacationem alicujus rei, *vel*, ab aliquâ re, *Cic.* Dare alicui pauſam, *Lucretius.* Strigare, *Plinius Senior.*

Digitized by Google

Eſt dare ſpatium quietis equo in ſuperando clivo, *Mm*

Requieſcere] Suſpendere ſpiritum. vid. *Quieſcere.*

Requirere] Requirere aliquid ab aliquo. Deſiderare officium alicujus, *Cic.* vid, *Quærere.*

Requiſita, vid. *Neceſſaria.*

Res] Genus, *pro re*, In omni genere diligens. Opus, *Cic.*

Res tua agitur] Tuum ferrum nunc in igni eſt.

Res ipſa oſtendit] Aqua quàm alta ſit, ipſa oſtendit. Dictis fidem dabit ipſa res. Res ipſa loquitur.

Res difficilis] Nodus Gordius.

Res ſine uſu] Frondes fructuum expertes. Avis ſine volatu. Cœlum ſine roratu.

Res nihili, vid. *Nihili.* Res ridiculæ. vid. *Ridiculæ actiones.*

Res non ſuccedunt ex voto] Copiæ meæ nunc in arctum coguntur, *Ter.*

Ad rem veniamus] In rem præſentem eamus. Quid de puſillis magna procemia.

Reſalutare] Impertire aliquem reſalutatione. Reddere alicui verbum, *Suet.* Salutanti mutuam ſalutationem reddere, *Sen.*

Reſcribere] Reſcribere epiſtolæ alicujus: alicui de aliquo: ad aliquid. Perſolvere epiſtolæ, *Cic.*

Reſcriptum] Contraſcriptum, *Cic.*

Reſecare] Deſecare aliquid, *Cic.* Recîdere ornamenta ambitioſa, *Hor.* Reſcindere vitem, *Col.* Deplantare ſemen, *Var.* Præſecta radix, *Col.* Incîdere arborem, *Plin.*

Reſegmen] Præſegmen, *Non.* Abſegmen, *Næv.* Reciſamentum, *Non.* Sarmenta & ſuperamenta, *Vlp.* Profectum, *Var.* Segmen, *Plin.*

Reſervare] Reſervare ſe, vel aliquid, aliis temporibus: in aliud tempus: eò: ad ea tempora, *Cic.* Reſervare ſibi ad reditum; in congreſſum, *Id.*

Reſex] Palmes ſubſidiarius, Præſidiarius, *Col.* Palmes emiſſarius, emiſſus, *Plin.* Cuſtos, *Id.* Duramentum, Duramen, ſuboles vitis. Furunculus, *Col.*

Digitized by Google

Reſiduus, vid. *Reliquus, Vltimus.*

Reſignare literas] Relinere epiſtolam, *Cic.* Reſolvere literas, *Liv.* Linum incidere, *Cic.* (*Quia lino tabellas obligabant.*)

Reſipiſcens emendet] Benefactis penſare delicta.

Reſipiſcentia] Receptus à malis conſiliis, *Liv.* Correctionis initium, agnoſcere culpam.

Reſipiſcere] Colligere ſe. Nunquamne, amentiſſime homo, te circumſpicies? *Cic.* Defecit illum improbitas, *Id.* Redire ad ſe. Jam aderit (*tempus*,) cùm ſe ipſe quoque oderit, *Ter.* vid. *Pænitet.*

Reſiſtere, vid. *Reniti.*

Reſiſtere duobus malis difficile] Ne Hercules quidem contra duos. Difficile duo contraria pellere.

Reſolvere vid. *Diſſolvere.* Reſonare. vid. *Sonare.*

Reſpectare aliquid] Circumſpectare vultûs aliorum, & inde libertatis auram captare, *Liv.* Pendére ex aliquo. In te unum tota ſe convertit civitas, *Cic.* Reſpectum habere, *Cic.* Reſpectum agere, *Val. Max.* Reſpicere, ſpectare aliquem, *Cic.*

Reſpectu] Comparatè. Ad rationem. Pro: pro horum temporum perturbatione. Ad: nihil ad illum, *Cic.* Ab: friget ab illo, *Gell.* Præut. Præquàm, *Plaut.*

Reſpectus] Reſpectus alicujus: &, ad aliquid. Ratio, *Cic.* Reverentia, *Iuv.*

Reſpicere. vid. *Circumſpicere.*

Reſpirare[Dncere ſpiritum: animum de cœlo, *Cic.* Trahere & reddere ſpiritum, *Celſ.* Attrahere & reddere animam, *Plin.* Reciprocare animam, *Liv.* Recipere animam, *Quint.* anhelitum, *Plaut.* Proſpirare, *Cat.* Ducere & reflare aërem. Rehalare. Reddere animam. Reducere auras naribus, *Lucret.* Exceptare leves auras, *Virg.* Beſtiæ auras recipiunt naribus, & per anhelitum reciprocatas reddunt, *Arnob.* Reciprocare à vitali ſpiritu aërem, *Id.* Interſpirare, *Cato.*

Reſpirare à metu, vid. *Recreari.*

Reſpiratio] Spiritus, Anima, Aſpiratio, Adſpiratio aëris, Reſpiratus, *Cic.* Reflatus, Reciprocatio ſpiritûs, *Plin.* Interſpiratio in oratione, *Cic.*

Digitized by Google

Reſpondere] Reſponſitare: Reſponſum dare, reddere *Cic.* Reſpondere alicui, &, ad aliquid, *Id.* Reſequi, *Ovid.* Reſponſare, *Plaut.* Expedire, *Ter.* Subjicere, *Virg.*

Reſpondere durè alicui] Aſperè alicui reſpondere; vehementer, inhumanè, male reſpondere. Graviore verbo compellare aliquem. Vehementer, iracundè agere, *Liv.* Inclementer alicui dicere, *Plaut.* Inclementer dicere in aliquem, *Liv.*

Reſpondere ad literas, vid. *Reſcribere.*

Reſponſio] Reſponſum, *Suet.* Hoſtimentum, *Enn.* Apophaſis, *Vlp.*

Reſponſor] Renuncius, *Plaut.*

Reſpublica, vid. *Politia.*

Reſtat, vid. *Remanere.* Reſtaurare, vid. *Reparare.*

Reſtinguere, vid. *Exſtinguere.*

Reſtio] Reſtiarius, *Front.* Funarius. Sext. Aurel.

Reſtitare] Inſiſtere ſingulis gradibus. Inſiſtit oratio in ſingulis ſententiis. Reſiſtere in gradu, *Cic.* Reſtare, *Ter.* Conſtare, *Plaut.* Subſiſtere in limine, *Virg.* vid. *Cunctari.*

Reſtituere aliquem ſtatui priſtino] Reſtituere aliquem in priſtinum ſtatum, dignitatem, gratiam, poſſeſſionem; damnatum in integrum: in locum unde quis cecidit: reipublicæ. Repræſentare libertatem, *Cic.* Reponere aliquem in gradu, *I C.* Reſtituere in locum antiquum gratiæ & honoris. Revocare ab exilio, *Plin.* Facere reducem in patriam. Reducere aliquem in gratiam, *Ter.* Reconciliare in libertatem, *Plin.* Reddere, *vel* reſtituere aliquem natalibus, *Plin. Iun.* Eximere aliquem infamiæ, *Tac. Liv.* Eximere in libertatem, *Id.* Jus in præteritum dare, *Plaut.*

Reſtitutio] Venia exilii, *Tac.* Reditus gratiæ, vel in gratiam, *Cic.*

Reſtitutor] Reductor literarum ſeneſcentium, *Plin. Iun.* Vindex, *Cic.*

Reſultare] Reſilire, *Ovid.* Abſilire, *Lucr.* Reſpuitur imber à cornu, *Id.*

Reſurgere] Cecidi, ut honeſtiſſimè ſurgerem, *Cic.* Reviveſcere, *Id.* Aſſurgere ex morbo, *Liv.* Excitari à morte, ab inferis, ex *Cic.* Reviviſcere ad verba. Reviviſcit Reſp. juſtitia, *Cic.*

Digitized by Google

Reſurrectio] Poſtliminium mortis, *Apul.*

Reſuſcitare] Revocare aliquem ab inferis, à limine mortis, à morte ad vitam. Excitare aliquem à morte: mortuos ab inferis, *Cic.* Revocare defunctos, *Plin.* Reducere à morte, *Virg.* Reſtituere à limine mortis, *Catul.*

Retaliare aliquid alicui] Referre par: par pari referre, *Ter.* Referre, reddere paria, *Cic.* Reddere vicem, *Mart.* Rependere vices, *Propert.* Remetiri, *Plin. Iun.* Coërcere aliquem talione. Æquiparare talionem. Talione parem facere talionem, *ex Gell.* Regerere injuriam, *Plin.* Redhoſtire par, paria, *ex Feſt.*

Retardare aliquem] Multis, *vel* diutius aliquem morari. Tardare aliquem. Detinere & demorari aliquem. Multis aliquem tenere. In mora ſum alicui, *Cic.* Mora ſum alicui, Per me eſt mora, *Ter.* Moræ ſum alicui, *Plaut.* Commorari aliquem. Remorari ituros, Morari iter alicujus, *Ovid.* Facere moram certamini, *Liv.* Moram alicui objicere, creare, offerre, *Plaut.* afferre, inferre. Facere alicui moram. Interponere moram. Tenerere diſtinere, occupare aliquem, *Cic.* moram alicui facere, *Luc.* Delectare aliquem, *Cæſ. Pl.*

Rete] Plagas tendere, *Cic.* Caſſis, *Plin.* Tendicula, Viſcum, *Sipont.* Panthera, *Cerd.* Indago; indagine aliquem cingere, claudere, *Virg. Liv.*

Retegere, vid. *Detegere.*

Reticere aliquid] Reticere, tacere aliquid de aliquo. Silentio prætermittere, prætervehere, omittere, *Cic.* Tranſire aliquid, *abſ. Plin. Iun.* Tranſire, transmittere, diſſimulare aliquid ſilentio. Agere de aliquo ſilentium, *Quint.* In ſilentio reponere, *Plin. Iun.* Muginari, *Cic.* Muſſitare, *Plaut.*

Reticere te hoc velim] Vide ne cui dicas. Nemini dixeris. Vide ne dicas cuiquam. Vide ne cuipiam dixeris. Vide ne dixeris alicui. Vide ne mortalium ulli dixeris. *Er.*

Reticulum] Reticulum junceum, linteum, *Col.* Reticulus, *Vlp.* Caſſiculum, *Foſt.* Caſſiculus, *Hier.* Retiola, æ, *Ap.*

Retinere] Retentare fræna, *Ovid. Cic.* Obtinere lenitatem: neceſſitudinem cum aliquo obtinere & conſervare. Continere exercitum. Coërcere aliquem à progreſſu. Refrenare à reditu. Tardat aliquem profectionem meam. Reprimere objurgationem, *Cic.* vid. *Detinere.*

Digitized by Google

Retorquere] Retundere tela, *Cic.* Reflectere, *Sil.* Reſpuere tela in eum, qui miſerat, *Sen.* vid. *Intorquere.*

Retorquere argumentum] Jugulare aliquem ſuo gladio

Retractare] Retexere orationem, *Cic.* vid. *Renovare*, *Revocare.*

Retractatio] Dicere liberè ſine retractatione. Palinodia, *Cic.*

Retrahere] Abſtrahere ab, ad. Submovere maleficiò. Revocare à ſcelere, *Cic.* Avocare, *Liv.*

Retribuere. vid. *Reddere.*

Retrimentum] Fraces. Floces, retrimenta uvarum, *Gell.* Intrita folliculorum, *Col.* Vinaceus, & Vinacea, *pl. Id.* Vinacea, æ, *Pallad. Col.* Briſa, ex quâ *prælo* ſubjecta ſecundarium vinum fit, *Id.*

Retro] Retrorſum, *Plin.* Rurſum, prorſum, *Don.* Converſim, *Firm.* Rurſum, vorſum. Receſſim, *Plaut.* Ceſſim, *Juſtin.*

Retroagere] Retroire cogere, *Plin.* Vertere, avertere, agere in fugam aliquem, *Liv.* Retorquere oculos ad urbem, *Cic.* Caput in terga ſua, *Ovid.* Recurvare in caput aquas, *Id.* Rejicere retrorſum, *Hor.* Reciprocare quinqueremem, *Plin.* Obvertere proras pelago, *Virg.*

Retrocedere] Retro iter vertere. Referre gradum, pedem, *Liv.* Retrò ſe ferre, *Sen.* Retrogradi, *Plin.* Retrahere ſe. Revocare ſe. Reprehendere ſe, vel alium, Inhibere retro navem, Terga vertere, *Cic.* Torquere veſtigium, *Virg.* Convertere terga, *Caſ.* Remanare, refluere, *Lucr.* Revolare, *Cic.* Curſus averſos retorquere, *Virg.*

Retroceſſus] Inhibitio remigum, *Cic.* Redundatio ſtellarum, cœli; *Vitr.*

Retrogradus] Retrorſum rediens, *Plin.* Receſſim cedens, *Plaut.* Converſim retrogrediens, *Firm.*

Retrudere] Dimovere obſtantes, *Hor.* Dimoveri & depelli loco. Repellere aliquem à genibus, *Cic.*

Revaleſcere] Phœnicis inſtar reviviſcere. Reviviſcere, *Cic.* Ex morbi longinquitate recreari. Relevatus eſt morbus, *Id.* Ad ſanitatem perduci, *Celſ.* Sanum fieri ex morbo, *Cato.* vid. *Convaleſcere.*

Re

Revelare, vid. *Manifeſtare. Detegere.*

Revera, vid. *Re.*

Reverendus] Venerandus, *Val. Arg.* Venerabile nomen, *Ovid.*

Reverenter] Venerabundè, *Liv.* Venerabiliter, *Macrob.* Reverentiſſimè, *Suet.* Dignanter, *Vopiſc.* Dignè, *Plaut.*

Reverentia] Honorificentia, *Capitol.* vid. *Honeſtas.*

Revereri, vid. *Vereri.* Reverti, vid. *Redire.*

Revireſcere] Repubeſcere, *Col.* Puellaſcere, *Non.*

Reviviſcere, vid. *Revaleſcere.*

Revocare factum, dictum] Retractare dicta, *Virg.* Retexere orationem, *Cic.* Habere pro non dicto, *Liv.* Reſecrare, *Amm.* Recantare opprobrium, *Hor.* Exjuraſti te mihi per jocum dixiſſe, *Plaut.* Nolle factum. Nolle facta eſſe injuriam, *Ter.* Adjuret, nolle eſſe dicta, quæ in inſontem protulit, *Plaut.* Palinodiam canere ſcribere, *Er. Aug. & Recent.*

Revolvere] Amoliri aliquid de, *Siſen.* Remoliri pondus, *Ovid.* vid. *Circumagere.*

Revolutio cœli] Converſio cœli. Replicatio mundi, *Cic.* Converſatio univerſi, *Sen.* Vertigo cœli, *Plin.* Circumductus orbium, *Macrob.* Circinatio planetarum, *Vitr.* Celer volumen cœli, *Ovid.* Circumrotundatio, *Sipont.* Rotundatio circulorum in motu, *Vitr.* vid. *Circumactio.*

Revolutiones temporum] Spiræ in ſe redeuntes. Revolutionum labyrinthi.

Reus] Advocationem alicujus ferre (advoc. *id eſt perſonas reas.*) Nocens reus. Nocens. *abſ.* Citatus audaciæ reus. Affinis vitio. Affinis ſceleris. Huic culpa hæret. Tenetur culpa, pœnâ. Hæret in eo crimen. Sons, *Cic.* Tenetur de vi, *Sen.* Noxius, *Sal.* Obnoxius, *Plau.* Obnoxius criminí. Damnatus voti, *Liv.* debitor voti, *Mart. Accuſatus* vid. *Culpa in eo eſt.*

Reum eſſe] Reus ſum cædis: de vi ab aliquo: A Milone nomen meum de parricidio delatum eſt. Delatus ſum furti. Lege de vi teneri, *Cic.* Sedere inter reos. Cauſam capitis dicere, *Bud.* Dies mihi dicta eſt, *Plaut.* Poſtulatus ſum cædis, *Bud.* Reus agitur aliquis, *Ovid.*

Rex] Regnator, *Virg.* Tyrannus, *Id.* Princeps Principium, *Cic.* Imago Dei, *ex Perſarum lege.* Jove nati. Jo-

Digitized by Google

vis alumni, *Homer.* Ornator & Paſtor populorum. Pater Reipub. *ex Gr. Lipſ. in Epiſt.* Reges fulmini ſimiles *dicit*, quod dura frangit, mollibus plerumque illæſis.

Rex ſapiat ipſe] Regium eſt domi habere conſilium, non ab aliena pendere ſententiâ, *Eraſ.*

Reges ſunt ſapientes] Reges Deorum diſcipuli.

Reges multa vident & audiunt] Regum aures atque oculi multi. An neſcis longas regibus eſſe manûs? *Hor.*

Reges ſumus rectè faciendo] Rex eris, ſi rectè feceris. Si vis eſſe Rex, dabo tibi regnum, Rege te ipſum.

Rheda] Triga, *Vlp.* Quadriga, *Iun.* Quadrigæ, *Hor.* Carruca, *Mart.* Carrus, *Cæſ.* Carrum, *Hirt.* Bijuge carriculum, *Spet.* Sarracum, *Iuv.*

Rhetor] Rhetoricus doctor, *Cic.* Magiſter declamandi, *Quint.* Traditor eloquentiæ, *Fab. Victor.* Sophiſta, *Mario Victor. Cic.*

Rhetorica] Profeſſio benè dicendi. Eloquentia forenſis, popularis, *Cic.* vid. *Eloquentia.*

Rhetoricari] Rhetoricare, *Non.* Rhetoriſſare, *Id.*

Rhonchiſſare, vid. *Stertere*, &c.

Rhytmus] Numerus, *Cic.*

Rictus] Rictus ad auras dehiſcens, *Plin.* Rictum, *Lucr.*

Rictum diducere] *Hor.* Rictum diſtendere, *Quint.* Reſtringere dentes, *Plaut.* Nudare, *Lucr.* Diducere malas, *Col.* Irrident me albis dentibus, *Plaut.* Labra diducere, *Sen.* Aperire os, *Virg.* Oſcitat diffutis undique malis, *Perſ.* Canem irritatam imitari, *Plaut.*

Ridere] Edere, ridere riſum. Riſus erumpit, *Cic.* Tollere riſum, *Hor.* Corridere, *Lucr.* Vultum riſu ſolvere, *Val. Max.* Cachinnum ſuſtulit, & in jocos transfuſus eſt, *Suet.*

Ridere nimium] Emori riſu.

Rideri, vid. Ludibrio eſſe.

Ridiculus] Ridiculiſſimus, Ridiculoſus, Ridiculoſiſſimus, *Plaut.* Ridendus, *Hor.* Ridicularius, *Gell.* Perridiculus, *Cic.*

Ridiculæ actiones] Camelus ſaltat. Cancer leporem capit.

Rigare,

Digitized by Google

Rigare, vid. *Aſpergere*. Rigatio, vid. *Aſperſio*.

Rigens] Rigidus, *Ovid.* Torpens, *Virg.* Obtorpuit manus, *Cic.* Calloſus, *Col.* Torpidus ſtupore ac miraculo. Sopitus humerus, *Liv.* Abalienata morbis membra præcidunt medici, *Quint.* Inſtupens membrum, *Plin.*

Rigeſcere, vid. *Obrigeſcere*.

Rigidè, parùm civiliter] Ex Syngraphâ agere. Moroſiſſimè penſitare, *Suet.*

Rigidè procedere] Summo jure agere, *Cic.* Præter æquum & bonum, *Ter.* Graviùs aliquid in aliquem ſtatuere, *Cæſ.* Inclementius dictum, *Ter.* Triſtiùs reſpondere, *Cic.* Illiberaliter factum, *Ter.* Præcisè, *Cic.* De apicibus juris diſceptare, *Ulp.* Pro meo jure, *Ter.* Abſciſsè, *Calliſtr.*

Rigidus] Immite edictum, *Ovid.* Summum jus, ſumma injuria, *Cic.* Cenſorium judicium, *Id.* Priſcus pater, *Catul.* Abſciſſus, *Val. M.* vid. *Severus*.

Rima] Vitium ædis, parietis. Fiſſus, *Cic.* Segmen & ruptura parietis, *Vitr.* Spiramentum, *Virg.* Fiſſum, *Celſ.* Fiſſura, *Col.*

Rimoſus] Fiſſus, Sciſſus, *Col.* Fiſſiculatus, *Mart.* Hiulcus, *Virg.* Bifidus. Bifidatus, *Ovid. Plin.* Fluxum pertuſumque vas, *Lucr.* Futilis ac rimarum plenus, *Apul.*

Ringi] Hirrire, *Cariſ.* vid. *Rictum diducere*.

Ripa] Margo fontis, ripæ, *Ovid.* Margo fluminis, *Var.* Labrum fluminis, *Siſen.* Supercilium fluminis, *Amm.*

Riparius, vid. *Littoralis*.

Riſibilis] Ridendi facultate præditus, *Sipont.* Cachinnabilis, *Apul.*

Riſus moderatus] Extra cachinnum riſus. Sine dente ſales, *Mart.*

Riſus ſimulatus] Sardonius riſus, *Eraſ. ex Gr. ab herba Sardoa, quæ comeſa rictûs homini invito diducit, & contrahit ridentis ſpecie, naſcitur in Sardiniâ, Virg.* Alienis malis ridens, *Hor.* Errantesque genæ atque alieno gaudia vultu, *Val. Arg.*

Riſui eſt mihi] Movet mihi riſum. Riſum vix teneo, *Cic.*

Digitized by Google

Riſum excitare] Concitare, movere, captare riſum. Jacio aliquod ridiculum. Commovere cachinnos, *Cic.* Exprimere riſum alicui, *Plin. Jun.* Facere riſum, *Quint.* Quatere riſu aliquem, *Hor.*

Ritè] Rectè latum aliquid, *Cic.* Ritualiter, *Amm.* Auguſtè ſacréque conſecrare aliquem. Auſpicatò renunciatus conſul, *Cic.* Auguratò, *Liv.* Ter, *partic. apud Virg. Idem ſonat*, quod ritè.

Ritualia] Libri rituales, *Cic.* Agenda, *Plin.*

Ritualis. Ritus, vid. *Ceremonia, &c.*

Rivalis] Rivinus, *Plaut.* Corrivalis, *Sipont.* Commaritus, & connatio, *apud Plaut.*

Rivus] Fluentum, *Virg.*

Rixa] Contentio. Concertatio verbórum. *Jurgium, Cic.* Abjurgium, *Plaut.* Convitium, *Hor.* Velitatio verborum. Lis, *Cic.*

Rixa peſtis veritatis] Nimium altercando amittitur veritas, *Publ. Mim.*

Rixari] Contendere jurgio cum aliquo. Jurgari, *Cic.* Jurgari verbis. Delitigare, *Hor.* Committere rixam, *Liv.* Compugnare. Velitari adversùs aliquem, *Gell.* Labiis inter ſe velitari, *Afran.* Inimicari.

Rixari de re nihili] De umbrâ aſini. De lanâ caprinâ. Id eſt, *utrum caper lanam habeat, an ſetas.*

Rixator] Altercator, *Quint.* Vitilitigator, *Plin.* Concertator, *Tac.* Rabula, *Var.* Ordinarius homo; ſcurra improbus. Litium amans, & minimè ordine vivens, *Feſt.* Perturbator, *Sipont.* Cœni agitator, *Ariſtoph.* Trico, *Capitol.* Concitor turbarum, *Amm.*

Rixoſus] Litigioſus loquaciter. Concitus ad rixam, *Cic.* Litigator, *Quint.* Jurgioſus, *Gell.* Jurgatorius, *Amm.* Concertatorius, *Cic.* Contentioſa & pugnax oratio, *Plin. Jun.* Tricoſus, *Lucil.* Litium cupidus, rixarum, *Hor.* Litis ſator. Cane rixoſior, *Eraſ.*

Roboraſcere] Roborare ſe. Paulùm roboris acceſſit. Firmitatem nanciſci, *Cic.* Robur accipere, *Cel.* Sumere robur corpore, *Liv.* Valeſcere, *Tac.* Vigeſcunt pedes, *Catul.* Vireſcit animi vis, *Non.*

Ro-

Digitized by Google

Robur] Vis viri. Vis in manibus. Nervus belli, animi. Firmitas animi. Duramentum, *Cic.* Valentia, *Macrob.* Manus, *Tac.* Virtute manuum pedumque fretus, *Virg.* Virus, *pro virtute naturali, apud Lucil.*

Robuſtus] Exercito corpore homo, *Saluſt.* Magni ſunt oneris, quicquid imponas vehunt clitellarii, *Plaut.* Centauricus, *Ovid.* Valens colonus, Vim habet, Maximis viribus vir, valentiſſimus, Forticulus, *Cic.* Habet vires, Operoſa viribus herba, *Plin.* Valentulus eſt, *Plaut.* Pollens corpus, Validus, *Lucr.* Prævalidus juvenis, *Liv.* Ingentium virium, *Celſ.* Fortis manu. Valet pugnis, *Plaut.* Adamantinus, *Hor.* Plus pollet potiórque eſt. Lacertoſus, *Cic.* Compacto corpore. Athletâ robuſtior, *Eras.* Tenax complexus, *Ovid.* Pollentiâ potior, *Plaut.* Plus pollet, potiórque eſt, *Cic.*

Rodere] Corrodere, *Cicer.* Arrodere morſu, *Sidon.* Derodere, *Plinius.* Mordere frena, *Cicer.* Mandit equus frena, *Virg.* Frendere, *Varr.* Nucem dentibus conficere, *Plin.* Frangere nucem, *Cic.* Tondent dumeta juvenci, *Virg.*

Rogare] Rogare precatiò: aliquid aliquem: aliquid de aliquo. Petere aliquid ab aliquo. Poſcere aliquid aliquem: verbo: ab aliquo. Orare aliquem. Orare precibus. Uti precibus. Precari aliquid aliquem: ab aliquo. Expetere ab aliquo, *Cicer.* Expoſcere, *Livius.* Petere dictis bonis, *Plautus.* Poſtulo id à te, *Terentius.* Adamare (*i. amanter orare*) *Plautus.* Efflagitaſti quotidianis convitiis. Eblanditus eſt favorem. Illud unum abs te magnopere peto contendóque, *Eraſ.* vid. *Obſecrare.*

Rogator] Petax, *Donat.* Precator, *Ter.* Orator, *Plaut.* Poſtulator, *Suet.* Procax, *Ter.* Petitor, *Macrob.*

Rogus] Buſtum, *Ovid.* Buſtar, *Cariſ.* Uſtrina, *Var.* Uſtor, *Mart.* (Apparatus mortuorum, *funus* dicitur: Extructio lignorum, *rogus*: Subjectio igni, *pyra*: Crematio cadaverum, *buſtum*: Locus, *Uſtrina*: Operis exſtructio, *ſepulchrum*: Inſcriptum nomen memoriáque, *monumentum*, *Scal.*

Roma-

Romanus] Romanicus, *Cat.* Romanenſis, *Saluſt.* Romulea urbs. *Sil.* Romulus: Romula tellus, *Virg.* Romulidæ (*Romana gens*) *Lucr.*

Roralis] Rorulentus, *Col.* Roſcidus, *Var.* Rorans capillus. Roratæ roſæ, *Ovid.* Rorifluus, *Var.* Rorifer, *Lucr.*

Rorat] Rorat imbrem, *Plin.* Irrorat. Stillat arbor rore *Col.* Stillare rorem, *Hor.*

Ros] Concretura vaporum. Pluvia inſenſilis. Pabulum herbarum. *Aleman Lyricus*, Rorem ſolis vel aëris & lunæ filiam *dixit.*

Roſaceus] Rhodinus: rhodinum unguentum, oleum, *Pl.*

Roſcidus, vid. *Roralis.*

Roſetum] Roſarium, *Col.* Rhodonia. *Rhodig.*

Roſmarius] Ros marinus: marinus ros: Ros-*marinum*, *Col.* Ros maris, *Ovid.* Libanotis, *idis. Plin.* Libanotis coronaria, *Iun.*

Roſtrare] *Plin.* Ferire roſtrô, *Liv.* Roſtro everberat os, *vel* oculos alicui corvus, *Quint.*

Rota] Ferrati orbes, *Valer. Arg.*

Rotare, vid. *Circumagere.*

Rotundare] Globare. Circinare in orbem, *Plin.* Decircinare, *Manil.* Circulare, *Amm.* Gyrare, *Plin.* Corrotundari grando dicitur, *apud Sen.*

Rotundè] Orbiculatim flexa oſſa, *Plin.*

Rotunditas] Rotundatio turris, *Vitr.* Globoſitas, *Macrob.* Circumferentia, *Apul.* Circinatio, *Vitr.*

Rotundus] Rotundiſſima ova, *Col.* Globoſus. Orbiculatus, *Cic.* Sphæralis forma, *Macr.* Gyratus orbis, *Plin.* In rotundum habitum figurata acies, *Amm.* Glomeroſus, *Col.* Totus teres atque rotundus.

Rubedo] Rubor, *Plin. Virg.*

Ruber] Rubens, Rubeus, *Virg.* Rubicundus, *Var.* Rubicundulus, *Iuv.* Rubellus, *Mart.* Rubricoſus, *Plin.* Rubidus, *Feſt.* Sangninolentus, *Ovid.* Phœniceus, *Plaut.* Rubellianæ vites, *Col.* Carbunculans. Carbunculoſus, *Plin.*

Rubere] Rubeſcere, *Plin.* Subrubet cœlum. Ruborem trahere.

Digitized by Google

trahere. Sublucent ora miſto rubore, *Ovid.* Purpuraſcere, *Cic.* Roſeo colore fulgent flores, *Plin.*

Rubeſcit aurora, &c.] Irrubuit cœli plaga, *Stat.* Inardeſcit nubes radiis ſolis, *Virg.* Suffecta nubes ſole, *Sen.*

Rubiginari] Gladius ſitu rubiginatur, *Apul.* Veru rubigine conſeneſcit, *Plaut.* Rubiginem trahere, *Plin.* Sentire, *Hor.* Contrahere æruginem, *Plin.*

Rubiginoſus] Æruginoſus, *Sen.* Scebrum rabigine telum, *Virg.*

Rubigo] Robigo, *Plin.* Ærugo, *Bud.*

Rubor virtutis color] Erubuit, ſalva res eſt, *Ter.*

Ructare] Ructari aves, *Var. Hor.* Eructare, *eſt ſæpe erugere:* Erugere, *eſt ſemel ructare, Feſt.* Eructare ſermonibus cædem bonorum, *Cic.* Irructare in os alicui, *Plaut.* Obructare alicui, *Apul.* Redundare heſternâ cœnâ, *Plin. Iun.* Exhalare acidos ructûs ex pectore, *Lucr.*

Ructatio] Ructitatio, *Celſ.* Ructus, *Cic.* Eructatio, *Firm.* Ructamen, *Prudent.*

Ructuoſus] Ructuoſos ſpiritûs geminare. *Quint.* Ructatrix menta, *Mart.* *à ructator.* Os ſi aperiat, cacabum putes, ollamque fumantem, *Creſſol.*

Rudimentum, vid. *Tirocinium.*

Rudis] Indocilis: anima jejuna, *Plin.* Imperitus rerum. Hoſpes, Tiro, *Cic.* Homo recens, nuperus, novitius. Vir indoctiſſimus: minimè doctus. Homo quidvis potiùs quàm doctus, *Plaut.* Album colorem à nigro non diſtinguit. Neſcit quid ſit inter dextram & ſiniſtram. Viam in forum ignorat.

Rudis moribus] Agreſtis, Impolitus, Inconcinnus, Inornatus, Inconditus, Invenuſtus, Subhorridus, Verrucoſus, Ruſticanus, Horridus & incultus, *Cic.* Merum rus, *Plaut.* Incomis, *Macrob.* Ruſticitati quàm deliciis propior, *Plin.*

Rudibus moribus] Impolitè, Vaſtè, Ruſticè, *Cic.* Invenuſtè, *Gell.*

Rudi ingeniô, i. ſimpliciùs & indoctiùs] Craſſâ Minerva, *Hor.* Pingui Minervâ, *Cic.* Craſſiore Muſâ, *Quint.* Indoctiùs. Mappalia mera feciſti, *Sen.*

Rudes

Digitized by Google

Rudes ad gubernacula inepti] Remum ducat, qui nihil didicit.

Rudes loquaciores eruditis] Vacuum vas altiùs plenò reſonat. Vaſa inania tinniunt.

Ruditas morum] Ruſticitas, *Plin.* Enormitas ruſticitatis, *Diomed.* Barbariſmus, Barbaries, *Cic.* Rus: plenus ruris, *Cat.* Merum rus, *Plaut.* Simplicitas rudis, *Ovid.* Impolitia, *Gell.* Inficetiæ, Infacetiæ, *Catul.* Atechnia, *Quint.*

Ruere] Ruinam dare, *Virg.* Facere, *Hor.* Corruere, *Liv.* Tecta ſuper habitantes procubuerunt, *Quint.*

Rufus] Rutilus, *Var.* Ruſſus, *Apul.* Ænobarbus. Homo æneâ barbâ, *Suet.* Æri ſimilis capillus, *Id.*

Ruga] Contractio frontis, *Cic.*

Ruga oſtendit ſenium] Facies tua computat annos.

Rugare, vid. *Corrugare.*

Rugoſus] Facies rugoſior uvâ paſsâ, *Claud.* Rugatus. Corrugatus, *Col.* Striata, contracta frons, *Apul.* Adſtricta frons, *Mart.* Conſtrictâ fronte Catones, *Petron.* Coſſus, *à ſimilitude coſſi, vermis lignorum, dictus*; eſt rugoſi corporis homo, *Feſt.*

Ruina] Demolitio ſtatuarum. Exciſio tectorum, *Cic.* Dejectus arborum, *Plin.*

Ruminare] Remandere, *Plin.* Revocare palearibus herbas, *Calpur.* Præteritos cibos in ore volvere, & in alvum miſſos iterum retrahere, *Hieron.* Paſto paſci cibô: Atque iterum paſtô paſcitur antè cibô, *Ovid.*

Rumor] Rumuſculus. Aura rumoris. Fama, *Cic.*

Rumor eſt] Rumores ſparſi ſunt. Rumoris neſcio quid afflaverat. Nihil à te ad nos rumoris affluxit. Rumor perfertur ex Aſiâ. Rumore nuntio audivimus. Rumor ſerpit. Perfert, affert aliquid rumor. Fama eſt, celebrat, nunciat, ſurrexit, percrebuit, emanavit, ad aures meas pervenit. Fama aliquid accepi. Affertur, *Abſol.* &, Affertur rumor, *Cic.* Fama fert: ita tenet; Fama traditur, perfertur, obtinet, *Liv.* Fama perſuaſit, *Tac.* Vulgavit, *Curt.* Circumfert, *Plin.* Crebreſcit fama, *Tac.* Fama in vulgus exierat, *Suet.* vid. *Ajunt.*

Digitized by Google

Rumor incertus] Frigidus à roſtris manat per compita rumor, *Hor.* Sine capite aliquid manat: Cujus non eſt auctor. Audire aliquid de aliquo ſine capite, ſine auctore, *Cic.*

Rumpere] Perrumpere nodos, *Lucret.* Prærumpere retinacula, *Ovid.* Interrumpere. Dirimere, *Cic.* Dirumpere, *Plautus.* Diſtrahere rem, *Cæſ.* Intercîdere, reſcindere pontem, *Idem.* Perfringere conſpirationem. Præcîdere ſermonem, *Cic.* Incîdere verba, *Stat.* Scindere verba fletu, *Ovid.* Perſcindit ventus nubem, *Lucr.* Abrumpere ſomnum, *Virg.* Diſcutere morbum, *Celſ.* Intercipere iter, *Liv.* Frangere diem, *Hor.*

Rumpi] Inflata rumpuntur, *Cic.* Rumpantur ut ilia Codro invidiâ, *Virg.* Dirumpi, *Plautus.* Dirupi me penè, *Cic.* Dehiſcunt piſces præ pinguedine: dehiſcit uterus, *Plin.* Diſploſa vehicula, *Diſplodor*, *Lucr.* Crepant remi, *Virg.* Hiaſcunt nuces, *Cat.* Frangi aſſulatim: raphani modo (*in transverſum*, *Plin.*

Runcare] Eruncare omnes alterius generis herbas, *Col.* Herbam è ſegetib. expurgare, *Varr.* Exherbare locum, Eligere manu herbas & exſtirpare herbas, *Col.* Purgare locum ab herba, *Cato.*

Runcatio] Evulſio inutilium herbarum, *Sipont.* Botaniſmus, *Plin. Bud.*

Rupes] Inacceſſæ ſcopuloſæque cautes. vid. *Petra.*

Rupicapra] Dama, *Ovid.* Capra ſilveſtris, *Geſner.* Ibex, *Id.*

Ruptio] Diſtentio nervorum, *Celſ.* Convulſio diſtractis fibris, *vel.* Solutio unitatis in parte nervoſa ictu citra vulnerationem, *Gorr.* Ruptum in corpore, *Id.*

Ruptus] Ruptus & convulſus, *Plin.* Diruptus, *Cic.* Fractus, *Hor.*

Rureſtris] Ruralis, *Macrob.* Rusticus: Ruſticanus, *Cic.* Villaticus, *Col.* Vicanus, *Cic.* Paganus, *Ovid.* Ruſticulus, *Mart.* Villaris gallina, *Plin.* Paganicus, *Mart.*

Rurſus, vid. *Denuo.* Rurſus prorſus, vid. *Huc & illuc.*

Ruſtica vita] *Cic.* Ruſticatio Ruſticatus, *Id.* Ruratio, *Apul.* Aſpera vita ſed ſalubris.

Digitized by Google

Ruſticari] Rurari, *Varr.* Rurare, *Plaut.* Rure morari, *Mart.* Villicari, *Pompon.* Ligone philoſophari.

Ruſticè] Ruſticiùs, *Hor.* Ruſticatim tanquam, quæ urbanatim neſcio, *Pompon.*

Ruſticitas, ſumitur etiam pro ruſticis & Agreſtibus, vid. *Ruditas morum.*

Ruſticus, nom.] Ruſticanus quidam. Ruſticulus non incatuus, *Cic.* Ruricola, *Col.* Cuſtos ſimplicitatis. Homo de plebe.

Rutilare] Rutilare, rufare capillum, *Plin.* Irrufare capillum, *Hieron.* vid. *Nitere.*

Rutilus] Rutilatus crinis, *Tac.* Subrutilus, *Plin.* Aureus color barbæ, *Ovid.* Auro certans, *Sil.* Flammeus, *Cic.* Flammeolus, *Col.* Croceus ignis, *Claud.* Igneus color, *Plin.* Flammis florens, *Lucr.* Florus, *Næv.* Ruſſus, *Lucr.* Ruſſeolæ faſciæ, *Capitol.*

S.

Sabbathum] Sabbatum. Sabbata, *plus tantùm volunt*, *Plin. Ovid. Lambin.* Cultaque Judæo Septima ſacra viro, *Ovid.* Ignava lux, *Iuv.* Dies Saturni, *Tibull.*

Sabbatarius, vid. *Iudæus.* Sabulum, vid. *Arena.*

Saburrare] Saburrâ gravare onerariam, *Liv.* Onerare navem frumento. In onerariam navem aliqua conjicere, *Cic.* Corbitare, *Plaut.*

Saccharum] Mel concretum. Sal Indicus, *Gor.* Mel arundinum, *ex Græ.*

Saccus] Pero, *Vitr.*

Sacellum] Sacrarium Cereris, *Cic.* Lararium, *Lampr.* Ædicula, *Liv.* Augurale, *Tac.* Auguratorium, *Lipſ.* Fanulum, *Feſt.* Ædis ſacræ appendix.

Sacer] Magno ritu ſacer. Sacratiſſimus, *Plin.* Sacratus, *Ovid.* Sanctus campus; Religioſus locus: altaria religioſiſſima, *Cic.* Sanctior, *Id.* Sacratior, *Plin.* Sacroſanctus, *Val. Max.* Auguſtus locus, *Cic.*

Sacerdos] Sacerdotio præditus, *Cic.* Sacricola, *Tac.* Sacrificulus, *Liv.* Myſta, *Sen.* Victimarius, *Plin.* Cultrarius, *Suet.* Presbyter Chriſtiani ritûs, *Amm.* Presbyter Chri-

ſtia-

ſtianorum, *Vopiſc.* Flamen, *Sacerdos Ethnicorum*, *Var.*

In numerum ſacerdotum venire] Venire in ſacerdotium. Inire ſacerdotium, Conſequi, *Cic.* Initiari ſacris, *Quint.*

Sacerdotalis] Sacrificalis apparatus, *Tac.*

Sacrare, vid. *Conſecrare.*

Sacrarium] Locus in quo res ſacræ ſervantur, *Iſid.* Sacrorum repoſitorium, *Sipont.* Sacrum veſtiarium. Supellectilis ſacræ cella.

Sacrificare] Facere ſacra, ſacrificium, res divinas, *Cic.* Facere rem divinam, *Ter.* Facere, *abſ.* Facere vitulâ, *Virg.* Agnis, *Plaut.* Cædere agnum, *Id.* Victimare hoſtiam, *Apul.* Immolare, *Feſt. Virg.* Agno immolato aram ſpargere, *Hor.* Operari deo, *Tibul.* Immolare diis hoſtias, *Cic.* Operari ſuperſtionibus hoſtes, *dixit Liv.* Supplicare Deo thure & vino, *Plaut.* Inſtaurare ſacra Diis, *Tac.* Litare victimas, ſacrificium, *Suet.* Libare Diis thura, *Ovid.* Porricere (*exta projiciendo offerre*) aris & foculo exta, *Feſt.* Pollucere, *Cato.* Perlitare, *Liv.* Perlibare vinum in ſacris, *Plin.* Sacrare, *Virg.* Procurare ſacrificia, *Cæſ.* Factitare ſacrificia. Rem divinam obire. Dare operam rebus divinis, *Cic.* Offerre donarium, *Sipont.* Conſecrare, *Plin.* Jovi dapem ſine contagione profanato, *Var.* Decumare. Præcidere, *Feſt.* Obire ſacra. Perpetrare ſacrificium, *Liv.* Peragere ſacra, *Ovid.*

Sacrificium] Sacrificatio, Sacrum, Immolatio, Procuratio, Res ſacra, Libatio, *Cic.* Litatio, *Liv.* Piacularia ſacra, *Id.* Operatio, *Pl.* Initiatio, *Suet.* Oblatio muneris, *Arnob.*

Sacrilegium] Sacrilegium facere, admittere, committere, *Quint.*

Sæpe] Sæpius, Sæpenumerò, *Cic.* Sæpiculè, *Apul.* Sæpiuſculè, *Plaut.* Perſæpe. Semel atq; iterum & ſæpius. Iterum & ſæpius, Crebrò, crebriùs, creberrimè. Frequenter, frequentiſſimè, *Cic.* Identidem, *Plin. Iun.* Crebriter, crebra, Crebre, *Vitr.* Multoties, *Flor.* Plurimùm, *Ter.* Pluries, *Gell.* Compluries, *Plaut.* Iterum atq; iterum. Iterum iterumque, *Virg.* Frequens aderat, *Ter.* Multa re vertitur oratio mea, (*id eſt ſæpe*) *Cic.* Decies die uno. Centies dicere, *Plaut.* Millies audivi, *Ter.*

Sæpe agere aliquid] Crebriùs aliquid agere. Crebrum eſſe in aliquâ re. Uſurpare aliquid crebris ſermonibus.

Digitized by Google

Sæpe uſurpatur aliquid. Uſurpare aliquid in omnibus di-ctis minimis & maximis. Adjungitur uſus frequens. Fre-quentare domum alicujus, *Cic.* Frequentantur conjugia, *Tac.* Crebreſcunt auræ, *Virg.* Inculcare aliquid alicui. Abuti aliquâ re, *Cic.* Plurimùm eſſe alicubi, *ex Ter.* Cre-brè egrediuntur venti, *Vitr.*

Sævire] Dæſævire in omnes, *Claud.* Graſſari, *Liv.* Ingeminant Auſtri, *Virg.* vid. *Debacchari.*

Sævitas, vid. *Crudelitas.*

Sæviter] Sæviter alloqui aliquem, *Plaut.* Atrociter mi-nitari, *Cic.* Diſtrictè minari, *Plin. Iun.* Torvum intueri, *Apul.* Torvè aſpectare aliquem, *Plaut.* Truculentiſſimè adſpicere, *Quint.* Truculentiùs ſe gerebat, *Cic.* *Truculentè, Sipont.* Torviter increpare, *Enn. Non.*

Sævus, vid. *Atrox.*

Saga] Venefica, *Ovid.* Trivenefica, *Plaut.* vid. *Venefica.*

Sagacitas] Animi acies, acumen. Perſpicacia, Cic. Ace-tum, *Plaut.* Bonitas, ſolertia ingenii, *Cic.* Indoles ingenii, induſtriæ in aliquo eſt, *Plaut.* Naſus Rhinocerotis, *Mart.*

Sagaciter, vid. *Ingenioſè.*

Sagax] Perſpicax & acutus. Solertiſſimus ad perſpicien-dum. Vir in rebus agendis acer, *Cic.* Emunctæ naris, acu-tæ, *Hor.* Præſaga naris, *Firm.* Præſagis naribus canes, *Id.*

Sagina] Altus, *ûs*, *Macrob.* Aſſura gallinarum, *Varr.* Saginandi ratio, *Col.*

Saginare] Opimare, *Col.* Pinquefacere pecora, *Plin.* Cogere pingueſcere, *Sen.*

Saginarium] Vivarium ſuum, *Plin.* Sagina cellaria, *Plaut.* Hara, *Donat. Col.*

Saginatio] Eſt facilis harum avium ſagina, *Col.*

Saginatus, vid. *Altilis.*

Sagitta] Ferrum miſſile, pennatum, vid. *Iaculum.*

Sagum, vid. *Paludamentum.*

Sal] Flos ſalis, i.e. ſal primæ notæ, *Cat.* Panacea, *ab Effe-ctu, Lucr.* Condimentum condimentorum.

Salacitas, vid. *Laſcivia, &c.*

Salariarius] Beneficiarius, *Cæſ.* Beneficii alicujus cen-turio, *Suet.*

Sala-

Digitized by Google

Salarium] Annuum, *Suet.* Annona, *Veget.* Stipendium militare, *Cic.*

Salax] Priapo, paſſere ſalacior. Satyrium bibit. Satyriales, vid. *Laſcivus.*

Salebra] Iniquitas loci, *Liv.* Inæquabilis locus, *Var.*

Salebroſus] Confragoſus, iniquus locus, *Liv.* Fragoſus, *Lucr.* Fragoſa oratio, *Quint.* Gradatus, *Plin.* Inæqualis menſa, *Mart.* Inæquabilis, *Var.*

Sales, vid. *Iocus.*

Salinæ] Salifodinæ, & Salis fodinæ, *Vitr.* Areæ ſalinariæ, *Id.* Montes ſalis nativi, *Plin.* Optimi condimenti promptuarium.

Salire] Sallire, *Siſen.* Aſpergere ſale, *Col.* Aſpergere ſalem carnibus, *Plin.*

Saliva] Sputum ſalſum, tenue, *Lucr.* Pituita tenuis, *Celſ.*

Salſamentum] Muriatica ſalſa, *Plaut.* Salſura, *Col.* Pabulum ſalſuræ, *Id.*

Salſugo] Salſilago, *Plin.* Salſitudo aquæ, *Vitr.* Muria. Aqua ſalſa, *Col.* Eliquamen ſalſamentorum, *Colvin.*

Salſus] Salſior, *Solin.* Præſalſus, *Col.* Salmacidus, *Plin.* Salmacia aqua, *Scal.*

Saltare] Saltitare, *Macrob.* Saltu ferri, *Virg.* Dare ſaltum, *Ovid.* Uti ſaltu, *Cic.* Saliendo ſe exercere, *Plaut.* Argutari pedibus, *Non.* Perſultare per campos, *Lucr.* campos, *Tac.* Inſultare ſolo, *Virg.*

Saltatio] Saltatus, *Liv.* Intempeſtivi convivii comes, vid. *Chorea.*

Saltatorius] Saltatorius ludus, *Macr.* Saltuaris: ſaltuares inſulæ, *Plin.*

Saltem] Saltim, *Priſcian.* Vel: ſi nullo alio pacto, vel fœnore, *Ter.* Minimùm, *Var.* Adero, ſin, utique poſtridiè. Velim poſſis antè, ſin minùs, utique ſimul. Certè. Ut leviſſimè dicam. Sin minùs, at, *Cic.* *Non ampliùs* unam noctem, *Virg.* Minimè, *Col.* Vix ſaltem, *Quint.* Tamen. Quin dicas, quicquid eſt, *Ter.*

Saltus, luſus] Aſcoliaſmus, Empuſæ ludus, *Iun.* Staticulus, *Plaut.*

Digitized by Google

Saltus, pro ſilva. vid. *Nemus.*

Salvare. Salvator, vid. *Liberare, &c.*

Salubris] Salutaris ad aliquid, *Cic.* Pollet contra anginas. Pollet in remediis aurum. Præclaram virtutem habet in viribus recreandis, ſtomacho mulcendo. Præcipuum contra morſûs remedium : ad ſerpentis ictûs. Mentaſtrum torminibus efficaciſſimum. Perquam commodatus ſtomacho ſuccus, *Plin.* Valet nutriendis herbis, *Pallad.* Ad ſtomachum, ad tormina vinum myrtiten, *Col.* Salubris aura, Salubre cœlum, *Ovid.* Malvæ corpori ſalubres, *Hor.* Salubre conſilium : ſententia Reip : ſalubris. Salutaris calor, civis, ſtella, *Cic.* Bonum cœlum habet, *Col.* Soſpes curſus, *Hor.* Salutifer, *Ovid.* Salute ipſa ſalubrior, *Eraſ.*

Salutare aliquem] Salutem dicere, impertiri alicui, *Cic.* Impertire aliquem ſalute. Jubeo te ſalvere, *Hor.* Jubeo Chremetem (*ſcil. ſalvere*) *Ter.* Perſalutare, *Cic.* Conſalutare. Salutationem facere, *Liv.* Soſpitare aliquem, *Lucil.* Largâ donare ſalute, *Tibul.* Sternutanti ſalutem ſolito ſermone fuerat imprecatus, *Apul.* Dare ſalutem. Salutem multam dicere.

Salutare ſe mutuò] Salutationem dare & accipere, *Macrob.* Salutationi amicorum ſe dare. Conſumere tempus ſalutationibus. Conſalutant inter ſe, *Cic.* Salvere ſibi ſinguli dicebant, *Suet.* (Jungere dextram dextræ, *Virg.* Interjungere dextras, *Liv.* *ſunt geſtûs, &c.*)

Salutare advenientem] *Cic.* Salutatum aliquem venire. Salvum veniſſe aliquem gaudere, *Cic.* Salvum adveniſſe gaudere. Adventum alicui gratulari, *Ter.* Ut te fortiſſime Teucrûm *accipio, agnoſcoque* lubens, *Virg.* Venienti dare ſalutem atque oſculum. Ferre oſculum adversùs illam occupa, *Plaut.* Facere ſalutationem, *Liv.*

Salutare per literas] Scribere alicui ſalutem, *Plin.* Salutem digitis ſcriptam alicui mittere, *Plaut.* Mittere, adſcribere alicui ſalutem. Miſit ad me qui mihi ſalutem nunciaret. Salutem mihi tuis verbis nunciavit, *Cic.* Annunciare alicui ſalutem, *Id.* Dic à me illi ſalutem. Salvebis à meo Cicerone. *Id.* Mandare alicui ſalutem, *Ovid.* Refer illi gaudere, & rem benè gerere, *Hor.*

Digitized by Google

Salutatio] Conſalutatio. Salus; ut, mitto ſalutem, *Cic.* Salve: & ſalve addito, *Apul.*

Salutator] Salutiger, *Apul.* Salutigerus, *Plaut.* Matutinum portans Ave, *Mart.* Communis amicus unum ſalutandi verbum per omnia portans, *Manil.* Qui ſalutationum publicum exercet, *Sen.* Salutaris porta, (*à ſalutationibus, quæ ibi fiebant, dicta*) *Feſt.* Salutatorius, *eodem ſenſu, Plin.*

Salve] Ave Oſce, *Sen.* Ave Cæſar victor, *Macrob.* Salve multùm. Salvus ſis. Peregrè advenientem aliquem ſalvâ ſalute impertit aliquis. Bonâ ſalute advenis. Venire ſalvum volupe eſt. Porrige ad ſalutem brachium. Cedo manum actutum. Optimè in tempore advenis. Salve, ſalvus cùm advenis. Salutem propitiam mihi atque vobis nuncio. Salutem tibi propino plenis faucibus. Ut ego te lubens ſalvum conſpicio! *Plaut.* Conſpectus tuus eſt mihi multo jucundiſſimus. Conſpectus tuus reficit & recreat mentem meam, *Cic.* Salvum te adveniſſe gaudeo, *Ter.* Venire ſalvum gaudeo, *Plaut.*

Sambucus] Ardum (*S. Aridum*) miſerrimum atque infelix lignum, *Lucil.*

Sanabilis] Medicabilis arte, *Ovid.* Genus vulneris ſanabile, *Cic.* Recipit curationem, *Celſ.* (*Per ſanare, Percurare, Plin.*)

Sanare] Sanum facere aliquem, *Cic.* Reſtituere aliquem ſanitati, & alicui ſanitatem, *Plin.* Reddere alicui ſanitatem. Explere curationem, *Celſ.* Reſtituere alicui ſalutem. Reducere medicinam ad ſalutem. Dare ſalutem. Eſſe ſaluti, *Cic.* Præſanare, *Plin.* Curare reduviam, *Cic.* Ad cicatricem perducere vulnus, *Plin.* vid. *Mederi.*

Sanari] Saneſcit vulnus. Conſaneſcit, *Cic.* Conſanatur, *Col.* Perſanavêre cicatrices, *Plin.* Solidantur nervi, *Plin.* Obducta cicatrix, *Cic.* Medicamentô ſanum fieri, *Id.*

Sanatio] Curatio morborum, *Cic.* Medela, *Gell.* Medicatio, *Col.*

Sanatus] Percuratum vulnus, *Curt.* Præſanatus vulnera, *Plin.*

Sancire, vid. *Statuere. Vetare.* Sanctè, vid. *Religioſè.* Sanctificare, vid. *Conſecrare.*

Sanctitas] Sanctimonia, *Cic.* Sanctitudo, *Acc.*

Sanctuarium] Adytum, *Caſ.* In occultis ac remotis templi, quò præter ſacerdotes adire fas non eſt. Penetralia, *Virg. Stat.* Oraculum, *Plin.* Sanctum, & ſancta, *Plin.* *Item*, Sancta ſanctorum, *in S. S.*

Sanctus] Sanctiſſimus vir: ſanctus & religioſus, *Cic.* vid. *Sacer.*

Sandalium] Solea, *æ. &* Soleæ, *Plin. Plaut.* Socculus, *Plin.* Pantophellos, *Bud.* Sicyonii calcei, *Cic.* Sicyonia, *Pl. Lucret.* Diabathra, *Pl. En.* Græcanicæ ſoleæ (*ſunt muliebres*,) *Feſt.*

Sandapila, vid. *Feretrum.*

Sanè] Salubriter, *Liv.* Salubriùs refrigerari, *Cic.* Saluberrimè miſcetur aconitum medicamentis, *Plin.* Salutariter uti armis. Salvè, *Plaut.* Saniùs, *Hor.* Saniter, *Afran.*

Sanè quidem, vid. *Certè.*

Sanguinare] Sanguinant pedes, *Plin.* Manat ſanguine cicatrix, *Sen.* Manat culter cruore, *Liv.*

Sanguis] Sanguen, *priſcè. En. Var.* Balſamus vitæ. Ros vitalis.

Sanguinem mittere] *Cic.* Sanguinem detrahere, *Celſ.* Minuere, *Plin.* Dimittere ex capite, *Tar.* Detrahere ex, *Col.* Mittere ex, *Celſ.* Scarificatione demere ſanguinem: emittere, *Col.* Sanguinem inciſâ venâ mittere, *Celſ.* Incidere alicui venam, *Cic.* ſolvere, reſcindere, aperire, *Col.* Ferire, *Celſ. Virg.* Reſolvere venas, *Tac.*

Sanguinem exſpuere] *Celſ.* Exſcreare, *Id.* Sputare ſanguinem, *Plaut.* Rejicere, *Plin.* Vomere, *Virg.* Reddere ſanguinem per os, *Plin.* Rumices rupi, *Plaut.*

Sanguineus] Sanguinolentus color, *Ovid.* Sanguilenta urina, *Scribon.* Subcruentus, *Celſ.* Suffuſus ſanguis oculis, *&*, ſuffuſi cruore oculi, *Plin.*

Sanies] Tabo, *Virg.* Tabus, *Cariſ.*

Sanitas] Corporis ſalus. Incolumitas. Integritas corporis, *Cic.* Salva ſalus, *Plaut.* Valetudo commoda, *Quint.* Valetudinis firmitas, *Plin.* Incolume corpus, *Lucr.* v. *Valere.*

Sanna, vid. *Ludibrium.*

Sanus] Benè firmus. Bellè habet. Valens, *Cic.* Salvus, *Ter.*

Digitized by Google

Ter. Incolume corpus, *Lucr.* Sincerum, *Ovid.* Vegetus, *Non.* Vivus, *Virg.* Soſpes, *Plaut.* Vacat adversâ valetudine, *Caeſ.* Corporis qualitate ſaniſſimus, *Iul. Cap.* Piſce ſanior, *Er.*

Sanus ægrotum facilè admonet] Cum rectè valemus, facilè ægrotis conſilia damus, *Ter.*

Sapere] Sapit illi pectus. Sapit pleno pectore, *Plaut.* Sapit per ſe, *Hor.* Habet mentem, *Cic.* Habet ſalem, *Ter.*

Sapias tandem] Ede naſturtium.

Sapere alieno exemplo] Dolore alterius diſce cavere tuo. Feliciter ſapit, qui periculo alieno ſapit. Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.

Sapere poſt factum] Novit rem factam denique ſtultus. Factum ſtultus cognoſcit. Eventus ſtultorum magiſter, *Liv.* vid. *Serò ſapere.*

Sapit aliquid guſtui] Sapit jucundiſſimè, *Col.* Meminit quid ſapiat hoc, vel illud, *Iuv.* Subſipit aliquid, *quod non planè ſapit, Var.* Salivam movet, *Sen.*

Sapidè] Iucundè edere, bibere, *Cic.* Suaviùs edere, *Hor.* Guloſiùs condire, *Col.*

Sapidus cibus] In menſarum honore eſt, *Cic.* Suavis. In guſtu tener, *Plin.* Salivoſus. *in Catal. Virg.*

Sapiens] Perſapiens, ſophus, catus, cordatus. Adultæ vir ſapientiæ. Cui cor ſapit. Sapientiâ præditus ſingulari. Divinâ mente & conſilio præditus, *Cic.* Maturus animo & ævo, *Ovid.* Callidus rei judex, *Hor.* Scitum conſilium, *Plaut.* Aſſecutus ſapientiam. Aſſecutus boni ſummam, *Sen.* In quantus quantus, nihil niſi ſapientia es, *Ter.* Magus. Corculum, *Cic.* Frunitus, *Feſt.* Neſtore ſapientior. Omnia ſua ſecum portat. Cui ſanum eſt cerebrum. Sol ſupra horizontem elevatus.

Sapiens facilè intelligit] Dictum puta. Sapienti ſat eſt. Sapientem mittas, nihil ei dicas.

Sapientiſſimus] Oraculorũ interpres. Totus ſapientia eſt.

Sapienter] Perſapienter, perſcienter, prudenter, ratione, magna ratione, ſcitè, ſcientiſſimè, *Cic.* Cordatè, conſultè, *Plaut.* Conſultiſſimè, *Capitol.* Non inargute, nec incallidè, *Gell.*

Digitized by Google

Sapienter dictum, Euge!] Nunc ipſa venit ſapientia.

Sapientia] Prudentia ſenectutis, *Cic.* Sal: qui habet ſalem, qui in te eſt, *Ter.* Cor, Jecur; En cor, en jecur, *Zenod. Crátet. Bibul.* Lumen mentis.

Sapientia mediocris optima] Sapere eſt, non nimium ſupere, *Mart.* Maxima pars ſapientiæ eſt, quædam æquo animo neſcire velle, *Scal.*

Vinum ſapientiæ venenum] Sapientia vino obumbratur.

Sapientulus] Saperda bellulus & feſtivus, *Var.* Qui ſolus ſibi ſapere videtur. Argutulus, *Cic.* Argutator. Subargutulus, *Gell.* Sapientum octavus ultra peram ſapit.

Sapo] Smegma, *Plin.* Mattiatica pila, *Id. Mart.*

Saponarius] Saponopœus.

Sapor] Sapientia, *pro ſapore, Sympoſ. Vet. Poët.* Saliva vini, *Plin.* turdorum, *Perſ.* Guſtulum dulce & amarum, *Apul.*

Sarcina] Vidulus, *Plaut.* Coactilia, pl. *Apul. interpret. Ioh. Bapt. Egnat. Bayſ.* Hippopera, (*equitum ſaccus*) *Sen.*

Sarcinoſus] Sarcinoſior poëta, *Apul.* Mammoſus pannus: mammoſum pyrum Mammarum effigie. Orthomaſtica poma, *Plin.* Suffarcinatus, *Plaut.* In ventrem creſcit cucumis, *Virg.* Doliaris anus, *Plin.* Diſtentum corpus *Enn.* Mammatus, *Sipon.*

Sarcire] Reſarcire veſtes, *Cic.*

Saruclum] Sarculus, *Cic.*

Sarrire] Sarire, *Lamb.* Conſarrire ſulcos, Sarritor terram movere. Foſſionibus excitare vineas. Foſturam facere. Bidentibus æqualiter & minutim ſoli terga convertere, *Col.* Sarculare ſegetes. Pulverare vineas *Pallad.*

Sarritio] Saritio, *Lamb.* Sarculatio. Sartura, *Plin.* Sarritura, *Col.*

Sarritor] Saritor. *Lambr.* Sartor, *Plin.*

Sartor] *à ſarcio*] Sarcinator, *Plaut.* Veſtitor, *Lampr.* Limbolarius, *Plaut.* Braccarius, *Lampr.*

Satagere, vid. *Eniti.* Satan, vid. *Cacodæmon.*

Satelles] Cuſtos corporis, *Feſt.* ſalutis, *Quintilian.* Dory-

ry-

Digitized by Google

ryphorus, *Cic.* Defenſor corporis, *Ulp.* Stipator Prætoris, *Cic.* Lancearius, Speculator, *Suet.* Spiculator, *Turneb.* Regiæ domûs armati excubitores. Apparitur regis. *Liv.* Circumpedes. A pedibus. A latere alicujus. A corporis cuſtodia.

Satellitium] Cohors ad cuſtodiam corporis inſtituta, *Suet.* Cohors prætoria, *Cic. Tac.* Caſtra prætoria, *Bud.* Cuſtodes vitæ, *Lamp.*

Satiare] Exſatiare, *Sil.* Saturare famem epulis, *Claud.* Exſaturare. Afferre ſatietatem, *Cic.* Explere aliquem, *Ter.* Satullare, *Var.* Obſaturare aliquem.

Satiari] Satiari legendo. Saturari nummis. Saturare ſe, *Cicero.* Satias me tenet hujus, *Teren.* Satias eum cepit amoris, *Liv.* Cùm ſat habet ſatias, manum de menſâ tollere, *Var.* Satietatem ferre ex copiâ, *Quintilian.* Libidines nec expleri nec ſatiari ullo modo poſſunt, *Cicero.*

Satietas[Satias: ad ſatiatem; cum ſatiate, *Acc. Lucr.* Saturitas, *Plaut.* Expletio, *Cic.* Saties, *Plin.*

Satietas faſtidium parit] Satietas faſtidii mater.

Satis] Sat: ſatis ſuperque, *Cic.* Affatim, *Ter.* Abundè, *Col.* Quantumvis prolationum. Largiter, *Plaut.* Pax, nihil amplius, *Ter.* Tantùm, *Priſcian.* Sat abundè. Uſque affatim.

Satisfacere] Satisfacere alicui rei, *Cic.* de aliquâ re, *Quint.* Litare ſævitiæ, *Apul.* id eſt, Exſaturare crudelitatem, *Beroal.* Reſpondere, *Cic.* vid *Promiſſum ſolvere.*.

Satiùs, vid. *Meliùs eſt.*

Sativus] Delita ſemina, *Var.* ſtipes deſertus (*inſitus*) in agro, *Tibul.*

Satur] Saturatus. Expletus. Cibo gravis, onuſtus, *Cic.* Feſſus ſatietate videndi, *Lucr.* Satullus, *Var.*

Saturare, vid. *Satiare.*

Saturans increpa] Ubi paveris impera.

Saturnus] Mundi ſplen. Sidus grave Saturni, *Propert.*

Sanciare, vid. *Vulnerare.*

Saucius] Ex vulnere æger, vid. *Vulneratus.*

Saxatilis] Saxetanus lacertus, *Mart.*

Digitized by Google

Saxeus. vid. *Lapideus.* Saxum, vid. *Petra.*

Scaber. vid. *Aſper.* Scabere. vid. *Fricare.*

Scabies] Pſora, *Celſ.*

Scabioſus] Pſoricus, *Plin.*

Scabrè, vid. *Aſperè.* Scabricia, vid. *Aſperitas.* Scalpere, *Calare*, *Fricare.*

Scandalizare aliquem] Exemplo malo eſſe alicui, *ex Terent.* Exemplis lædere multos, *Amm.* Nocere exemplo plus, quàm peccato. Periculoſam imitationem exempli reliquis in poſterum prodere. Exemplum pernicioſum prodere, *Cicer.* Mala exempla movere, *Ovid.* Periculum animæ creare.

Scandalum datum] Offenſio: occaſio lapſus. Peſſimi exempli factum, *Liv.* Exemplum malum, *Saluſt.* Exemplum mali; *vel*, mali facti, *Cic.* Peſſimo publica ædificatæ villæ Metelli & Luculli, *Varr.*

Scandalum acceptum] Offenſio. Imitatio mali facti. Imitatio vitioſa. Imitatio exempli periculoſa improborum, *Cic.*

Scandalum accipere] Tangi exemplo alicujus *Ovid.* Facere aliquid, alicujus exemplo, *Ter.* Auctoritate & exemplo alicujus facere aliquid, *Cic.*

Scatebræ] Eruptio ſubita fontium, *Sen.*

Scatere aliquo] Scatere vino, *Plaut.* Scaturire fontibus *Lucr.* Sudant mella quercus, *Virg.* Stillant ſaxa guttis, *Lucr.* Stillo ex oculis rorem, *Hor.* Manare ſudore, *Cic.* Manat picem arbor, *Plin.* Diſtillat uva, *Col.* Diſtillant per pectus aquæ, *Tibul.* Diſtillant tempora nardô, *Plin.* Scatit terra ferrarum, *Lucr.* à *Scato.*

Scatere, abſol] Scatent fontes, *Cic.* Prorumpit fons, *Caſ.* Scaturire fontibus. Erumpit undæ, *Lucr.* Erumpit liquor, *Plin.* Erumpit terra liquores fontibus, *Tibul.* Exſilit è ſaxo fretum, *Ovid.* Scatit fons, *Lucr.*

Scaturigo] Scatebra fonticuli ſemper emicans, *Plin.* Latices perennes, *Lucr.* Caput fluminis, fontis, *Virg.* Capita fontium, *Varr.* Caput aquæ. Eruptio ſubita amnis ex abdito, *Sen.* Fons perennis aquæ, *Plin.* Fons jugis aquæ, *Hor.* Aquæ perennes, *Cic.* Rivus perennis, *Plin.*

Iun.

Digitized by Google

um. Fons vivus, *Ovid.*. Manalis fons, *Feſt.* Aqua viva, *'ar.* Fonticulus, *Plin.*

Scaurus, vid. *Valgus.*

Sceleſtè] Sceleratè, flagitioſè, flagitioſiſſimè, Nefariè, Nequiter, nequiſſimè. Improbè, improbiſſimè. Per ſcelus & latrocinium, *Cic.* Per nequitiam, *Vlp.*

Sceleſtus] Sceleratus, conſceleratus, flagitioſus, profligatus ac perditus. Plenus ſceleris. Scelere præditus. Nefarius. Ille ſceleratiſſimus, ex omnium ſcelerum colluvione natus. Omnium ſcelerum maculis notatiſſimus, *Cic.* Maximorum ſcelerum molitor, *Sen.* Sceleroſus. Scelus; *Ter.* Scelus viri, *Plaut.* Maligniſſimum caput, *Sen.* Carcer, vix carcere dignus, *Lucr.* Certus ſceleris, *Tac.* Deſperatiſſimus latro, extremæ pœnæ certus, *Apul.*

Scelus] Flagitium, *Ter.* Facinus ſceleris. Scelus atrox, indigniſſimum, inſigne, nefarium. Sceleſtum facinus. Atrocitas peccati, *Cicero.* Capital, *Plautus.* Infanda res.

Sceptrum] Haſta pura, *Virg.*

Schola] Ludus literarius, *Quint.* Ludus diſcendi. Officina diſcendi. Gymnaſium, Lyceum, Palæſtra, *Cic.* Pædagogium, *Sen. Plin.* Humanitatis officina. Literaria palæſtra. Muſarum officina, janua. Seminarium ſapientiæ. Seminarium virorum. Equus Trojanus.

Schola Poëtica] Parnaſſus.

Scholaſticus] Scholicus, *Gell.* Literarius, *Plinius.* Studioſa quæſtio, *Quintilian.* Homo de ſchola. Scholaſtes.

Sciathericon] Solium, ſciothericum horologium, *Plin.* Solarium, *Cic.* Solis proditor.

Sciens. vid. *Gnarus.*

Scienter] Sciens nihil prætermiſi. Vivus & videns. Prudens & ſciens ad interitum ruebam. Sciens prudenſque, *Cic.* Prudens, *Plin.*

Scientia] Scientiola, *Arnob.* Intelligentia. Cognitio, *Cic.* Notitia rerum maximarum, *Cic.* Portus miſeriæ ars.

Scientia fruſtillata] De omnibus aliquid, de toto nihil.

Sci-

Digitized by Google

Scilicet, vid. *Quaſi verò.*

Scindere] Concîdere aliquid, *Plin.* Proſecare exta, *Sen.* Conficere oſſatim, *Cic.* vid. *Secare.*

Scintilla] Scintillula, *Cic.* Igniculus, *Lucil.* Stricturæ, è ferro ferventi ſcintillæ exeuntes, *Virg.* *Non.*

Scintillare] Scintillas agere, *Lucr.*

Scintillatio] Tremulæ radiationis vibratio.

Scio] Dictum puta, *Ter.*

Sciolus] Qui ſolus ſibi ſapere videtur, *Cic.* Ipſa ſapientia, *Ter.* Belluli & feſtivi ſaperdæ, *Var.* Superat omnes argutando præficas, *Plaut.* Novit quid toto fiat in orbe. Perendinum ventum prædicere.

Scipio] Bacillum, *Cic.*

Scire] Noſſe, Tenere. Non ignorare. Habere, tenere ſcientiam. Habere in aliquâ re ſcientiam. Scientiá aliquid comprehendere. Tenere animo: cauſas rationemque rerum callere, noſcere jura, Eſſe ſcientem, gnarum, peritum, intelligentem alicujus rei. Percallere uſum rerum. Non ſum neſcius. Non me fugit. Conſtat mihi aliquid & de aliquâ re. Tenere aliquid probè. Sic habetote, *Cic.* *Habeo* quid agam, *Ter.* Notum, apertum, perſpectum eſt mihi aliquid, *Cic.*

Scire certò] Habere exploratum: pro certo. Eſt mihi pro explorato, Exploratum, exploratiſſimum, perſpectum mihi eſt. Compertum habere de aliqua re, *Cic.* Compertum eſt mihi de, *Sal.* Comperi aliquid: de re aliqua. Manifeſtò comperi, & manu teneo. Comperi certis autoribus, *Cic.* Comperi certis indiciis, *Liv.* Ad plenum noſſe, *Veget.* Conſtat mihi ratio impenſæ, *Sen.* Non ſum animi dubius, *Virg.* Non me fallit animi, *Lucr.* Cognitum habeo. Nemini dubium. Non me præterit, fugit, latet, fallit. Haud me falſum habet, *Eras.*

Scito] Dixi, *Ter.* Ne ſis neſcius, *Cic.* Ut ſis ſciens, *Teren.* Dictum eſt, *Plautus.* Hæc, quæ ſcivi, ut ſcires curari omnia, Inſciens ne ſis. Tenes? *Id.* Memineris tibi id prædictum.

Sciſcitari] Sciſcitare ſententiam alicujus: ex aliquo, *Cic.* ſciſcere, *Plaut.* Scitari nomen, *Ovid.* Requirere res novas.

Digitized by Google

ιόνας. Anquirere. Perſcrutari, *Plaut.* Indefeſſa ſcitatione percunctari, *Amm.* Viſe, reviſe quid agat, *Teren.* vid. *Diſquirere.*

Sciſcitatio] Scitatio, *Amm.* Diſquiſitio. Inquiſitio, inveſtigatio veri, *Cic.* Diſcuſſio, *Macrob.* Examinatio, *Vlp.* Scrutatio, *Sen.* Requiſitio, *Gell.*

Sciſcitator] Diſcuſſor rerum diligens, *Macrob.* Inquiſitor rerum. Inveſtigator, *Cicero.* Perquiſitor actionum, *Plautus.* Examinator ſcrupuloſus, *Amm.* Scrutator, *Luc.* Portitor, *Plaut.*

Sciſſor cibi in convivio] Creodates, *Rader.* Edeatra, & Edeatres, *Feſt.* Inciſor, *Crom.* Scindendi obſonii magiſter, *Sen.* Diribitor, *Apul.*

Scitè, Scitus. vid. *Artificioſè* &c. Scius vid. *Gnarus.*

Scobs.] Scobis eburnea, Lanugo quam excitat tenebra, *Colon.* Ramentum terebræ, *Idem.* Serrago cervini cornu, *Iun.*

Scomma, vid. *Dicterium.*

Scopæ] Scopas, Syros vocat *Var. ap. Non.*

Scopulæ] Scopulæ veſtiariæ, *ut apud Caton.* Scopulæ virgeæ, ulmeæ, *& ap. Col.* myrteæ extergendis intus doliis vinariis.

Scopulus] Rupes ſcopuloſa, *Lucan.* vid. *Petra.*

Scopus] Scopus huic eſt. Finis, mens, conſilium. Exitum propoſitus. Propoſitum, *Cicero.* Omnis labor aliquo reſpiciat, aliquò referatur, *Sen.* Intentio, *apud Plinius.*

Scoria] Scoriæ æris, argenti, plumbi, &c. Helcyſma, ſcoria argenti, *Plin.* Recrementum plumbi, *Cæſ.*

Scorpio]. Scorpius, *Ovid.*

Scortari vid. *Libidinari.*

Scortatio] Scortatus, *Apul.* Meretricium facere. *Suet.* Publicata pudicitia, *Tac.*

Scortator] Ganeo, *Cic.* Amator, *Id.* Amatorculus. Patres conventui, *Plaut.* Ancilariolus, *Mart. Sen.* Mulierarius, *Muret.* Embaſicœta, *Petron.* Perambulans omnium cubilia, *Catul.* Venerivaga, à Venerivagus, *habet Var.* Venereus, *Cic.* vid. *Libidinoſus.*

Screa-

Screare] Exſcreare, *Ovid.* Attrahere ſalivam, *Sa* Trochleis pituitam adducere, *Quint. Bud.* Gargarizare *Celſ.*

Screatus] Gargarizatio, *Plin.*

Scriba] Scriptor. Magiſter ſcripturæ, *Cic.* Ab epiſtolis, *Suet.* A commentariis, *Hieron.* vid. *Amanuenſis.*

Scribere] Pangere aliquid, Conſcribere. Conficere epiſtolam. Componere librum, commentarium. Scriptum relinquere. Mandare literis, ſcriptis, monumentis. Commendare monumentis. Proſequi ſcriptura, literis. Prodere aliquid memoriæ literis, monumentis. Conſignare literis: literis publicis. Condere carmen. Excudere aliquid de gloria. Elimare, evigilare, elucubrare, & ri, expolire aliquid, *Cic.* Signare aliquid ſtylo, *Paterc.* In literas dare aliquid, *Macr.* tradere, mittere, *Spart.* Facere ſcripturam, *Liv.* (*Propriè, Notarii*) Stylum exercere.

Scribere plus licet, quàm loqui] Epiſtola non erubeſcit.

Scribere in publicum] Cœlo ac terræ loqui.

Scribere epiſtolam] Scribere literas; ad aliquem: de aliqua re, *Cic.* Scribere alicui, *Plaut.* Scriptare, *Hor.* Litera peraratur, *Ovid.* Exarare, texere epiſtolam. Literis appellare, loqui. Per literas colloqui cum alio, *Cic.* Literas ad aliquem dare, *Id.* Facere literas *ſcil. in cerâ, Plaut.*

Scribere dictata] Excipere dictata, *Bud.* Excipere aliquid notis velociſſimè. *Suet.* Excipere alicujus orationem, *Sen.*

Scribendo ſe exercere] Exercere ſtylum, *Cicero.* Operam dare ſtylo, *Sueton.* Stylo limare & ornare orationem, *Cicero.* Literarum formas propriis ductibus lineare, *Martial.*

Scribere celeriter per abbreviaturas] Scribere per compendia, *Solin.* Notis ſcribere, *Varr.* Quantum notando conſequi potuerunt, *Virgil.* Currat ſermo licet: manus eſt velocior illis; Nondum lingua ſuum, dextra peregit opus, *Martial.* Litera mihi verbum eſt. Notis linguam ſuperare, curſumque loquentis excipiens longas nova per compendia voces, *Manil.* Notis quamvis citatam ex-

Digitized by Google

excipere orationem. Celeritatem linguæ manus ſequitur, *Sidon.*

Scrinium. vid. *Arca.*

Scriptum] Scriptio, *Varr.* Litera, *Cic.*

Scriptum ſeverum rem definiens] Decretorius ſtylus.

Scripto agere] Ex ſyngraphâ agere. Obſignatis tabellis agere.

Scriptura ſacra] Divini libri. Sanctæ literæ. Divinorum librorum, vel divinarum legum monumenta. Sanctæ religionis literæ, *Lact.* Epiſtola Creatoris ad creaturam.

Scriptus] Auro literata lacinia, *Apul.* Scriptiles formæ, *Amm.*

Scrupuloſè, Scrupuloſus, vid. *Accuratus.*

Scrutari] Perſcrutari, Veſtigare cauſas, *Cic.* Rimari, eſt valdè quærere in rimis quoque, *Feſt.* Ruſpari, *Id.* vid. *Quærere. Indagare.*

Scrutator, vid. *Sciſcitator.*

Sculpere, Sculptor, vid. Cælare &c.

Scurra] Scurra Atticus. Sannio, *Cic.* Morio, *Mart.* Caprea, *Suet.* Sectator aſſiduus, *Lucil.* Gelaſianus, *Sidon.* Morologus, *Plaut.* Oſcus. Petulans atque improbus ſcurra, *Cicero.* Scurrilis homo, *Quintilian.* Opicus. Spurcidicus; *Plaut.*

Scurrari] Morologis uti ſermonibus, *Plaut.* Oſcè fabulari, *Titin.* Scurriliter ludere, *Plin. Iun.*

Scurrilis] Ludibrioſus, *Gell.* Deriſorius, *Vlp.* Joculare & à multis deriſum, *Cic.* Diaſyrticum dictum, *Spart.* Luſorius, *Sen.* Ad jocum & riſum factus, *Cic.* Ludicer, Ludicrus, *Gell.*

Scurrilitas, vid. Ludibrium. Scurriliter. vid. *Ludibrioſè.*

Scutum, vid. *Parma.*

Se & ſua quisque maximè ſentit] Domeſticum omne afficit.

Se habere, eſt bonum] Qui ſe habet, nihil perdidit.

Se nemo novit] Nemo manticæ quod in tergo eſt novit.

Se

Digitized by Google

Se & ſuis quiſque pro lubitu utitur] Domi ſuæ quiſque Rex.

A ſe & ſuis ordiri] A lare ordiri. (Proverb. *à ritu gentilium, qui ſacrificiorum primitiar; Lari domeſtico offerebant*) Ædibus in noſtris quæ prava aut recta geruntur. In ſinum tuum inſpice.

Se vincere, eſt invictum eſſe] Qui ſe vincit, à nemine vinci poteſt.

Secarè aliquid] Secare ac dividere animal, *Cic.* Concidere ſecuri ligna, *Ovid.* Cædere ſaginam, *Plaut.* Cædere arbores, *Cic.* ſilvam, *Cæſ.* Scindere quercum, *Virg.* Proſcindere quercum ferro, *Lucan.*

Secare in fruſta aliquid] Secare in partes, *Cic.* Diſcindere aliquid in partes, *Lucr.* Fruſta facere, *Col.* Facere furtum ex aliquo. Faciam ut hîc te formicæ fuſtillatim differant, *Plaut.*

Secedere, ſolum vel cum alio] Inferre ſe in aliquem locum ſine arbitris, *Liv.* Seducere me debeo, *Sen.* Seducere aliquem ſolum, *Ter.* Singulos ſeparatim ſeductos obteſtantur, *Liv.* Prehendere hominem ſolum, *Tac.* Sevocare aliquem. Sevocare ſe ab aliquo, *Plaut.* Concedamus huc, ſine arbitris locum capiamus. Cauto & capto loco loquendi agere. Cavere ne eo, *Cic.*

Secedere ad officia naturæ] *Sext. Aurel Vict.* Ad officia naturalia ſecedere, Secedere ad ſecreta ventris, *Celſ.* Ad requiſita naturæ diſcedere, *Spart.* Ire quò ſaturi ſolent, *Plaut.* Deſurgere, *Scribon.* vid. *Oleare.*

Seceſſio] Seductio ſubſcriptorum. Avocatio, revocatio alicujus à vel, ab, *Cic.* Flexus: flexu eludere, *Quint.* Flexio, *Cic.* Seceſſus, *Plin.* Receſſus collium, *Mart.* Seductus receſſus, *Ovid.* Diverticula & flexiones quærere, *Cic.* Secretarium, *Apul.*

Secius, vid. *Pejus*, *Minùs.* Secludere, vid. *Excludere*, *Separare.*

Secretarius] A ſecretis conſiliis, epiſtolis: A ſecretis, *Bud.* Ab aure, *Iun.* Silentiarius & auricularius, *in Cod.*

Secretum, vid. *Arcanum.* Secretus, vid. *Arcanus*, *Separatus.*

Digitized by Google

Secta] Factio, pars, Diſciplina. Hæreſis, familia philoſophorum. Via & ratio vitæ. Certa quædam diſciplinæ formula, *Cic.*

Sectator, vid. *Imitator.*

Sectura alicujus rei] Deſectio ſtramentorum pecori utilis, *Col.* Conciſura, *Sen.* Confectio arborum ad calfaciendum, *Cic.* Cæſio arborum, *Col.* Cæſura tempeſtiva arborum, *Plin.* Sciſſus materiæ, *Var.* Succiſio lignorum, *in. SS.*

Secula] Falx, *Cic.* Falx fœnaria, *Var.* Falx lunata à tergo acuta, (*quales pellionum, &c.*) *Pallad.*

Seculum, vid. *Ævum.*

Secundarius] Secundarum partium, *Cic.* Secundæ notæ mel, *Col.* Optimis proximus, *Cic.* ſecundi meriti ager, *Pallad.* Secundæ ſententiæ ſenator, *Spartian.* Beta, *Mart.* Non ineptiſſimus. Non inepti homines. Minimè aſpernandus. Non contemnendus. Minimè vulgaris. Tolerabilis orator. Melius in peſſimis nihil fuit, *Cic.* Haud pœnitendus magiſter, *Liv.*

Secundo] Deinceps. Iterum, *Cic.* Iteratò, *Vlp.*

Secundùm, vid. *Iuxta.*

Secundus] Secundus à Rege, *Hirt.* Secundus alicui, *Ovid. Sil.* Alter; quod eſt è tribus officiis oratoris alterum, *Cic.* Alter ab undecimo, *Virg.*

Securè] Tutò, tutè, tutiſſimè, fidenter, liberè, *Cic.* Otioſè, *Ter.* Fidiſſimè, *Cic.*

Securitas inducit mala] Securitas calamitatis indicium, *Val. Max.*

Securus] Securi animi homo, *Cic.* Otioſus animus, *Ter.* vid. *Tutus.*

Securum eſſe] Securus ſum alicujus rei, *Tac.* Componere ſe in ſecuritatem, *Id.* Sedere. In tuto, in tranquillo eſſe. In vado res eſt. In portu navigare, *Cic. Ter.* In portu dormire. Utroque oculo, in utramque aurem dormire. Extra lutum habere pedes. Extra telorum jactum. Anchorâ non vulgari nititur. Portum tangere.

Securum reddere] Securum reddere à vel ab. Securitatem alicui præſtare, *Cic.* facere, *Liv.*

Securus eſto] Quietus eſto de hoc. Quieſce iſtam rem.

Digitized by Google

Quieſce cætera: aliud cura. Animo liquido & tranquillo es: Tace, *Plaut.* Per hanc curam quieto tibi eſſe licet. Nec cu aliis, *Id.* Bono es animo, *Cic.* Non eſt quod metuas, *Mart.* Fac apud te ſis. Nec tu aram tibi, nec tu precatorem pararis.

Secus] Alioqui, *Cic.* Alio pacto, *Plin.* Diverſe, *Gell.* vid. *Aliter.*

Sed] At, aſt, verùm, nunc, verò. Verùmenimvero, Verumtamen, Atqui. *Cic.* Attamen, *Ter.* Quin tamen, *Lucr.* At tandem tandem, *Plaut.* Cæterùm, *Saluſt.* *Nam*, pro Sed, *Plaut.* *Virg.* *Niſi*, pro Sed, apud *Cic.* *Sal.* *Ter.* *rara uſurpatio.*

Sedare. v. *Compeſcere.* Sedatè, Sedatus, v. *Modeſtè*, &c.

Sedatio] Mitigatio motuum animi. Obturbare alicujus *ſolitudinem*, *Cic.* Quies, *Propert.*

Sedentarius] Sellariolus, *Mart.*

Sedere] Conſidere in ſedibus, *Cic.* Inſidere in ſellâ, *Plin.* Superſedere anſam, *Apul.* Sedere poſt aliquem, *Hor.* Obſidere domi, *Ter.*

Sedes] Sedes inter deos, *Plin. jun.* Sedes deûm, *Lucr.* Sedes honoris. Sella Prætoris: ſella aurea Cæſaris. Hemicyclus auguris, *Cic.* Solium regale, *Ovid.* aureum, *Virg.* Semirotundus ſuggeſtus, *Apul.* Hemicycli ſchematis tribunal, *Vitr.* Thronus, *Sipont.* Sedile, *unum capit*, *Var.* Conſellæ (*duæ ſellæ*) *Catul.* Exedra, vel Exhedra, *Cic.* Cathedra, *Mart.*

Seditio] Diſſenſio. Seditioſorum manus. Turbarum concitatio. Tempeſtas ſeditionum, Tempeſtas popularis, *Cic.* Conſternatio, *Saluſt.* *Curt.* *Val. Max.* Factio, *Saluſt.* Coitio, *Cic.* Rebellio, *Cæſ.*

Seditionem movere] Agitare plebem ſeditionibus, *Plin.* Excitare tumultum, *Cic.*

Seditioſe] Seditioſiſſimè dicere, *Cic.*

Seditioſus] Factioſus, *Plaut.* Turbator, *Liv.* Fax patriæ Catilina, vid. *Factioſus.*

Seducere aliquem] Seducere ſolum, *Cic.* Sevocare, *Plaut.* vid. *Secedere, Decipere.*

Sedulè, Sedulus, vid. *Diligens, diligenter.* Seges, vid. *Fruges.*

Digitized by Google

gas. Segmen, vid. *Reſegmen.* Segnis, vid. *Piger.* Segniter, vid. *Ignavè.* Segregare, vid. *Separare.* Selectus, vid. *Electus, Eximius.*

Semel] Semel anno, *Plaut.* Semel per annum, *Cic.*

Semen] Sementis. *Col.* Satus, *Cic.*

Semidoctus] Non illiteratus. Attigit literas. Tinctus literis. Primoribus labris ſtrictim libros attigit. Leviter doctus. Leviter ſcit aliquid, *Cic.* Vir parcæ ſapientiæ, *Sen.* Moderatè eloquens, *Sext. Aurel. Vict.* Literator, *Plin.* Eruditulus, *Catul.*

Seminare] Serere fruges, *Ter.* Sementes facere, *Celſ.* ſementim facere, *Col.* Sementem facere. Spargere ſemen, *Cic.* Mandare ſemina terræ, *Col.* ſulcis, *Virg.* Committere ſemina ſulcis, *Id.* Ingerere ſemina ſolo. Interſerere, *Col.* Proſerere ſegetem, *Lucan.* Differere, *Var.* Inſere frumentum arboribus (*id eſt, inter arbores,*) *Col.* Serere nuces, *Plin.*

Seminarium] Hortus ſeminarius. vid. *Schola.*

Seminatio] Conſitio. Satio. Satus. Sementis, *Cic.*

Seminator] Sator, *Cic.* Seminaria (*à ſeminarius Adj. Subſtantivè Flor. ut:* Hiſpania ſeminaria exercitûs &c.

Semiſomnis] Semiſomnus, *Cic.* Semiſopitus, *Liv.* Intervigilat, *Sen.* Dormitio noſtri pectoris vigilabilis, *Var.* Corybantiare, *Plin.*

Semita] Callis, Trames, *Cic.* Diverticulum, *Liv.* Via compendioſa, *Steph. Henric.* In hortis *Interordinia*, *Col.* Paginæ, *Plin.* Scamna, *Col.* Spatia cruda inter ſulcos vineti. Via pedum eſt viſa.

Semovere, vid. *Removere, Seponere.*

Semper] Omni memoriâ, *Cic.* Per omnes dies, *Plin.* Ætatem. Præſens, *Ter.* vid. *Aſſiduè. Æternùm.*

Semper ita fuit] Poſt hominum memoriam. Poſt homines natos. Poſt genus humanum natum. Omni (vel in omni) memoriâ fuit uſurpatum. Memoriâ majorum non ſecùs fuit. Ex omni memoria ætatum nemo aliter dicet. Nemo ſuperiore memoria ſecùs ſenſit. Ad hanc uſque memoriam. Uſque ad noſtram memoriam, *Cic.*

Senator] Vir conſularis. Columen Reip. Conſilii publici auctor, princeps. Conſilio princeps. Patritius, *Cic.* Curator Reip. *Saluſt.* Præſul regendæ Reip. *Spart.* In conſilio Imperatoris eſt, *Lampr.*

Senatus] Senatorius ordo. Ordo ampliſſimus, ſummus. Conſilium ſummum. Ampliſſimus magiſtratus. Patres conſcripti. Orbis terræ conſilium (*de Senatu Rom.*) Senatorius conventus. Conſilium, *Abſ.* advocare, dimittere conſilium dicere, *Cicero.* Concilium, *Virgilius.* Sanctius interiuſque conſilium, *Bud.* Prætorium. Seniores, *Liv.*

Senatus conſultum] Senatûs decretum, *Feſt.* Decretum ſenatûs, *Cic.* Conſulta patrum, *Hor.*

Senectus] Senecta, *Virg.* Senium. Ætas acta, exacta, decurſa, affecta, ingraveſcens, grandior, *Cic.* Progreſſa, *Suet.* Declinata, *Quint.* defecta, *Ulp.* Anilitas cana, *Catul.* Tempus ultimum ætatis. Præcipitata ætas. Extremi cardinis anni, *Lucan.* Anitas, *Saluſt.* Mala ætas, *Pacuv.* Pejor pars ætatis, *Lucr.* (*Anna Perenna*, Dea, annorum præſes, *Ovid.*) Declinata ætas, *Quint.* Progreſſa, *Sueton.* Seniles anni, *Ovid.* Grandævitas, *Pacuv.* Granditas ætatis, *Siſen.* Ætas decrepita, ſumma. Ætas ſenilis mala merx. Fatale tempus vitæ exactum. Veſtibulum mortis. Veſpera vitæ.

Senectus omnia debilitat] Ingenium quoque ſenectus deterit, ne-dum corporis vigor perpetuum duret, *Er.*

Senectus cuivis obrepit] Et tibi jam cani venient formoſe capilli.

Senectus vegeta] Aquilæ ſenecta.

Senectus debilis] Effœta ſenecta. Effœtæ vires.

Senectus moleſta] Senectus durum onus, ipſa morbus. Non ſola venit ſenectus. Aufert viriditatem ſenectus. Nec reviviſcere, nec repubeſcere poteſt ſenex.

Senectus indiſciplinabilis] Pſittacus ſenex ferulam negligit.

Seneſcens] In ſenium vergens.

Seneſcere] Quem veteraſcentem ad gloriam videas. Exolevit tua ætas ad ea patienda. Procedere ætate. Conſe

ſeneſcere mœrore, *Cic.* Senere, *Catul.* Attingere ſenectutem, *Col.* Vergere in ſenium, *Stat.* Accedit ætas viro, *Celſ.* corpus marcet annis, *Lucr.* Anere, *Scal.* vid. *Veteraſcere.*

Senex] Ætate provectus. Ætate prope acta, *Cic.* Defectus ætate, *Vlp.* Exacta ætate vir, *Ter.* Senectute confectus. Plenus annis, *Plin.* Plenus ætatis, *Plaut.* Annis vergens, *Tacit.* Obſitus annis, *Ter.* Obſitus ævo. Maturus ævi, *Virg.* Maturus ævo, *Ovid.* Veter Priamus, *Enn.* Senectus homo. Senecta ætas, *Plaut.* *Lucr.* Senectum corpus, *Saluſt.* Senectute confectus. Senecta ætate vir, *Plaut.* Gravis, *Livius.* ævo, *Iul. Capit.* Grandævus, *Virg.* Vetulus homo, equus, *Cicero.* Veteranus bos, *Var.* Caſcus, *Enn.*

Valdè ſenex] Decrepitus ſenex. Senectute confectus, propè jam deſipiens ſenectute. Summa ſenectute, *Cic.* Tripes homo, *Heſiod.* Depontanus ſenex. Senium. Silicernium, *Ter.* Perſenex, *Suet.* Capulo proximus. Capularis; Acheronticus ſenex. Mors, *Plaut.* Confectus ætate, ſenio, *Cic.* Sesquiſenex, *Var.* Triſeclíſenex, *Nev.* Pergin' capulare cadaver? *Lucil.* Senio ſenior ipſo. Alterum pedem in cymba Charontis habens, *Er.* Senes bis pueri. Cadaveroſa facies, *Ter.* Morticinum, *Plaut.*

Senex languidus] Annoſo leoni vel lepores inſultant. Senectus aufert viriditatem.

Senex cautus] Annoſa vulpes haud capitur laqueo.

Senex pius] Ætate major, virtutibus major.

Senex impius] Major ætate, major iniquitate.

Senes artifices meliores] Vetulus cantor canit memoria dignum.

Senex moroſus] Senex delirus, *Hor.* recoctus, *Catul.* odioſus, *Ovid.*

Senex garrulus] Senectus naturâ loquacior.

Senex inſipiens] Vetus puer. Præter ætatem ſtultus. Stultus es adverſus ætatem, & capitis canitudinem, *Plaut.* Stolo, *Auſ.* Inter pueros ſenex, inter ſenes puer, *Philoſtr.* Nullum argumentum habet, quo probet ſe diu vixiſſe, præter ætatem, *Sen.* Non diu vixit, ſed diu fuit, *Id.* Puer centum annorum, *Eſa.*

Digitized by Google

Senex avarus] Exactâ viâ, viaticum quærit.

Senes mori non eſt mirum] Bos ſenex non lugetur.

Senum actiones graviores] Bos laſſus fortiùs figit pedem.

Senſibilis res] Senſilis, *Lucr.* Quæ ſenſu percipitur, Cadit in ſenſum, *Cic.* Senſualis, *Apul.*

Senſim, vid. *Paulatim.*

Senſus] Interpretes ac nuncii rerum. Viæ quaſi quædam ad oculos, ad aures, à ſede animi perforatæ, *Cic.* Tyrannos & carnifices rationis appellat, *Mercur. Triſmegiſtus.*

Sententia] Senſus. Senſa mentis. Iudicium, Arbitratus, Arbitrium, Omen, *Cic.* Animus, *Plaut.* Placitum, *Plin.* In eam partem, rationem, *&c. Cic.* vid. *Modus.*

Sententia ſtetit, ita decretum fuit] Ea ſententia tenuit, *Plin. Iun.* Eo conſilio diſceſſum eſt, *Ter.* In eam ſententiam itum eſt, *Cic.* Orationis exitus is fuit, *Cæſ.*

Sententiam rogare] *Cic.* Perrogare ſententiam, *Liv. Plin. Iun.* Suffragium ferre jubere, *Cic.* Mittere in ſuffragia ſenatores. Inire ſuffragia jubere, *Liv.* Ire in ſuffragia tribus jubere, *Plin.*

Sententiam dicere, vid. *Suffragari.*

Sententia dubia] Utroque nutans ſententia.

Sententioſè] Sententialiter, *Macr.* Sententias loqui, *Terent.*

Sententioſus] Sententioſum genus dicendi, *Cic.*

Sentire] Sentire dolorem, *Ovid.* Perſentire. Perſentiſcere. Uſurpare aliquid ſenſibus, *Auct.* Percipere aliquid ſenſibus, *Cic.* Intelligere, *Col.*

Sentis, vid. *Spina.*

Separare] Sejungere, disjungere, ſejugare, ſegregare, ſecludere, diſcludere aliquid à vel ab. *Cic.* Sequeſtrare, *Macrob.*

Separatim] Separatim à reliquis. Seorſum à Collega. Singulatim gratias agere. Singillatim, *Cic.* Extra turbam. Per ſe utrumque, *Plaut.* Secretò ab aliis, *Plin.* In ſeceſſu, *Plin.* Viritim, Particulatim, *Sen.* Diverſi interrogabantur, *Tac.* Segregatim, *Diom.*

Se-

Digitized by Google

Separatio] Separatus, *Apul.* Disjunctio membrorum. Diſſolutio naturæ, verborum. Diſtinctio numerorum. Diſſidium conjugis, *Cic.* Diſſidium voluptatum, *Plaut.* Dijugatio animarum à corporib. *Arnob.* Secretio ac diremptus partium, *Cic.* Diſcriminatio, *Diom.* Diſſociatio, *Plin.*

Separatus] Disjugatus, *Arnob.* Segrex, *Sen.* Secretus, *Plaut.* Seclusus, ſeductus, *Plin.* Segrex equus, honor. Seorſus, *Virg.* Exceptitius: Exceptus, *Plin.* Privus, *Catul.*

Sepelire] Præſepelire, *Quint.* Sepulturæ tradere, *Apul.* Sepulchro tumulare, *Mart.* vid. *Humare.*

Sepes] Sepes viva, *Col.* Sepimentum naturale, virgeum, ſpineum, fabrile, agreſte. Septum, *Varr.* Sepes fructilis, hirta, *Col.* Crates texta, *Hor.* Lorica ex cratibus. Loricula viminea, *Caſ.*

Sepire] Præſepire aditus, *Caſ.* Sepimento vallare, *Cic.* Obſepire, *Liv.* Circumſepire, *Paul. I. C.* Prætendere ſepes, *Virg.* Conſeptus, à conſepire, *Cic.* Munire contra feras, *Plin.*

Seponere] Seponere ſibi tempus ad aliquid faciendum. Pecuniam in ædificationem. Omnia poſtpoſui, ut, &c. Semovere à, *Cic.* Removere pudorem, *Ovid.* metum, *Liv.*

Septemtrio] Vertex, aut polus, arcticus, aquilonaris, *Sipont.*

Septemtrionalis] Septemtrionarius, *Gell.* Aquilonaris, *Cic.* Aquilonius, *Plin.* Arctous, *Mart.* Arcticus, *Sipont.* Boreus, *Ovid.* Hyperboreus *Feſt.*

Septimana] Hebdomada, & Hebdomas, *Cic.*

Sepulcralis] Buſtuarius, *Cic.* Monumentarius, *Apul.* Capularis, *Plaut.*

Sepulchrum] Monumentum. Monumenta ſepulcrorum, *Cic.* Locus communis. Capulum, *Plaut.* Conditorium, *Plin.* Conditivum, *Sen.* Tumulus, *Virg.* Buſtum, *Ovid.* Sarcophagus, *Iuv.* Portus corporis, *Cic.*

Sepultura, vid. *Exſequiæ.*

Sepultus] Conditus, humatus. Quem humus injecta contegit, *Cic.* Situs: hic ſiti ſunt Acarnanes, *Liv.* Semiſepultus, *Ovid.*

Digitized by Google

Sequi] Subſequi aliquem, ſectari, conſectari, conſequi Pergere eâdem viâ: itineribus alicujus, *Cic.* Ire ſecundum, *Plaut.* Inſiſtere veſtigiis alicujus, *Quint.* Veſtigia, *Virgil.* in veſtigio, *Cic.* Ingredi patriis veſtigiis. Perſequi veſtigia, *Idem.* Veſtigiis alicujus inhærere, *Col.* Eadem veſtigia incedere, *Sen.*

Sera, vid. *Clauſtrum.*

Serenat] Diſſerenat. Conſerenat, *Liv.* Confectum ſidus (*tempeſtas*) eſt, *Plin.* Sudum eſt, *Cic.* Tempeſtas arridet, indulget, *Lucr.*

Serenitas] Serenum, *Liv.* Serena tempeſtas, *Suet.* Serena cœli, Pacati ſtatus aëris. Innubilus æther, *Lucr.* Sudum. Tempeſtas bona, egregia, ſerena. Temperatio cœli. Tranquillitas, *Cic.* Temperatura cœli, *Var.* Tempus temperatiſſimum, *Cato.* Apricitas, clementia diei, *Col.* Temperies cœli, *Plin. jun.* Tempeſtas liquidiſſima cœli, *Lucr.* ſecunda, *Tac.*

Serenô cœlô] Serenò, *Plin. Liv.* Tempeſtate ſerenâ, *Suet.* Perpurum, *Horat. Lævin.* Tranquillitate proficiſci, *Cicer.* Tranquillò, *Plin.*

Serenus] Placidus & ſerenus dies, *Plin. jun.* apricus, apriciſſimus, Inſolatus dies, *Col.* Vernans collum, *Plin.* Apricante cœlo profectus, *Amm.* Tempeſtivus, *Cic.* Sudum ver, *Virg.*

Serere, vid. *Seminare.*

Sericum] Bombycinum. Coum, *Cerd. ex Plin.* Metaxa, *Iun.* Lacinium ſilvarum, *Plin.*

Sericus] Holoſericus, *Lamp.* Bombycinus, *Plin.* Coa veſtis, *Id. Hor.*

Serica veſtis] *Bombyx* Coa, Aſſyria, *Plin.*

Series] Ordo, *Plin.* Verſus remorum, *Liv.* Striga prætorianorum, *Lipſ.* Claſſes civium, *Liv.* Tabulatum: tabulata ollarum in dolio, uvis condiendis poſitarum, *Col.*

Seriò] Extra jocum. Remotô jocô, *Cic.* Omiſſis jocis, *Plin. jun.* Non nugas ago, *Liv.*

Serio aliquid agere] Totus in hoc ſum. Totâ mente in curam aliquam incumbere, *Cic.* Hoc agere. Expandere utrumque velum, *vel*, omnia. Machinas admovere omnes.

Seria

Digitized by Google

Seria ſeriò agenda] In periculoſo negotio non eſt dormitandum.

Seria res] Seriæ res. Serium, *Cic.* Vertere ſeria ludo, *Virg.*

Sermo] Locutio, *Cic.* Loquela, *Catul.* Dictio. Oratio, *Cic.* Eloquium, *Plin.* Loquutus, *Apul.*

Sermo index animi] Avis è cantu dignoſcitur. Oratio vitæ ſpeculum. Sermo animi character. Ut quiſque eſt, ita loquitur.

Sermo brevis, vid. *Breviloquentia.* Sermo prolixus, vid. *Prolixus.*

Sermo jactabundus] Ampullæ & ſeſquipedalia verba, *Hor.* Bullatæ nugæ, *Perſ.* Nugæ canoræ. Jactatio, granditas verborum. Verba inflata, *Cic.* Dicta phalerata, *Ter.* Tumor magna flandi, *Quint.* Turgens ſpuma. Cava verba & in modum veſicarum tumentia, *Hieron.* Eloquentiæ tympanum, *Philoſtr.* Genus orationis pompæ quàm pugnæ aptius, *Cicero.* Omnia magna loquens, *Horatius.*

Sermo elegans] rotundus. Oratio teres. Cygnea hominis vox & oratio, *Cic.* Sermo rotatus, *Iuv.* Phalerata dicta, *Ter.* Compoſitæ lexes ut teſſerulæ, *Lucr.* Verba quæ bellè tangere poſſunt aures, & lepido fucata ſonore, *Lucr.* Muſeum lepor. Muſeum mel, *Id.* Atticus ſal, lepor. Verborum delectus elegantiæ radix.

Sermo barbarus] Oratio abhorrens à linguæ Romanæ caſtimoniâ, *Eraſ.*

Sermo magnificus] Magniloquentia. Ad dignitatem rerum exſurgit oratio, *Cic.* Cothurnus, *Virg.* Cothurnarius ſtylus, *Amm.*

Sermo obſcurus] Spinoſa oratio. Tecta verba. Involucra & integumenta diſſimulationis. Verſutiloquæ malitiæ. Flexiloqua & obſcura oracula, *Cicero.* Senticoſa verba, *Afran.* Intorta, confragoſa oratio, *Plautus.* Confragoſa argumenta. Strophæ verboſæ. Ceratinæ & Crocodilinæ (*argumentationes.*) *Quintilianus.* Contorta Sophiſmata. Tortuoſa diſputatio, *Cicero.* Sententia involuta, arguta, ut Pythagoræ dicta, *Idem.*

Digitized by Google

Ambages allegoricæ, *Arnob.* Scotina ſcripta, *Bud.* Perplexabile verbum, *Plaut.*

Sermo dubius] Ambigua verba. Ex ambiguo dicta. Genus quoddam ambigui in oratione. Ambiguitas orationis. Verborum amphibologia. Amphiſogia, & Amphibolia. Anceps & multiplex verborum poteſtas in ambiguis, *Cic.* Amphibolon, *Quint.* Dilogia, *Auſon.*

Sermo vanus] Verboſa ſine profundo ſenſu oratio.

Sermo benevolus] Quod bonum, felix, fauſtumque ſit, *Cic.* Benè me, benè te: mihi, tibi, vobis omnibus, Benè dicatis inter vos, *Plaut.* Te Jupiter benè amet, *Id.* Benè vivas. Bona verba, *Ter.* Bona ominatio. Faventia, *Feſt.* Benè ominata verba, *Horat.* Ora faventia, *Propert.* Omnibus fauſtis auguſtam adhibere faventiam, *Hor.*

Sermo obſcenus] Spurcidici verſus, *Plaut.* Prætextata verba, *Gell.* Impudica ac prætextata verba, *Macrob.* Nupta verba, *quæ virginem loqui non licebat.* *Feſt.* *Plaut.* Æſchrologia, *Diom.* Cacemphaton, Cacophaton, *Quintil.* Cacephaton, *Fig. Gram.*

Sermones de ſe habere] Benè, vel, malè audire, *Cic.* In ſermonem hominum incidere, venire. In ore omnium verſari. Sermonibus omnium vapulare. Subire ſermones, invidiam orationis imperitæ multitudinis. Incurrere in voculas malevolorum. In ſermone omnium eſſe, *Cic.* In ore eſt omni populo, *Terentius.* Sermo eſt omnibus, *Plautus.* Fabula nunc ille eſt, *Tibul.* In fabulis ejus cœna fuit, *Suetonius.* Omnibus in triviis vulgatur fabula paſſim, *Catul.*

Sermonis modus, vid. *Stylus.*

Serò] Serò poſt tempus, *Plaut.* Serum eſt quærere, *Mart.* Serà, *pro* ſerò, *Virg.* Seriùs, ſeriſſimè, *Plin.* Tardè, *Cic.* Tardiſſimè, *Plin.* Spiſſè, *Cic.*

Serò venire] Ad pugnam peractâ re venire. Depugnatô prælio venis, *Plautus.* Re confectâ, *Cic.* Poſt feſtum venire, *vulgò.* Nundinis diſſolutis, non eſt negotiationis commercium.

Serò ſapere] Poſt factum ſapere. Serò ſapiunt Phryges,

Sponſor] Fidejuſſor. Expromiſſor, *Vlp.* Adpromiſſor, *Feſt.* Auctor ſecurus. Interventor, *Vlp.* Manceps, *Plaut.* vid. *Vas.*

Sponſus] Spem ſuam *vocat ſponſa, apud Plaut.* Speratus, *Non.*

Spontaneus] Ultroneus, *Sen.* Voluntarius, Gratuitus, *Cic.* Affectata brevitas, *Macrob.* (Spontalis, *Apul.*)

Digitized by Google

Sponte] Sponte ſuâ, tuâ, meâ, *Cic.* Voluntario, *Liv.* Voluntariè, *Caeſ.* Voluntate impetrare, *Ter.* Suâ voluntate; nullâ vi coactus. Ultrò. Conſciſcere ſibi mortem voluntariam, *Cic.* Suâpte mobilitate aleſcit. Res ipſa per ſe vociferatur, *Lucr.* Ab ſe cantat, *Plaut.* Voluntarius adeſt, *Liv.*

Sponte miſer] Accerſitum malum.

Sponte naſcens] Voluntaria herba. Sponte naturæ proveniens, *Plinius.* Suæ ſpontis planta. Per ſe radicatus, *Col.* Ingenio arbuſta nata, *Naev.* id eſt, ſponte naturæ nata, *Non.* Ingenui fontes, *Auſon.* Nativus ſal, color, *Plin.* Nativa coma, *Ovid.* Inaffectatum capillitium. Ingenio flexi crines, *Apul.*

Sporta] Caniſtrum, *Virg.* (Caniſter, *Pallad.*) Corbis Cophinus, *Col.* Urna ſpartea. Scirpea, vel ſirpea, *Cato.* Qualus vimineus, *Virgil.* Qualus ad calcem ferendam, *Vlp.* Qualum, *Cat.* Fiſcina ex viminibus, *Varr.* è virgis, *Virg.* Ciſta viminea ſolidè & ſpiſſè contexta, *Col.* Panarium, *à pane.*

Sportula] Sportella, *Cic.* Caniſtellum, *Paul.* *Feſt.* Calathus, *Virg.* Călathiſcus, *Catul.*

Spuere] Spuere in frontem alicujus, *Sen.* Crebrò ſpuere. Sputare. Sputator ſum. Conſpuere, Conſputare aliquem, *Plaut.* Inſpuere alicui, & aliquem, *Plaut.* Adſpuitur à nutrice infans, *Plin.* Adſpergere ſputò; purgamentis oris aliquem. *Sen.* Edere ſputum, *Celſ.*

Spumare] Spumeſcere, *Ovid.* Adæſtuat amnis, *Stat.* Spumas agere, *Lucr.* Bullare, *Cat.* Exſpumare, *Celſ.* Deſpumare, *Sen.*

Spumatio] Spumatus, *ûs, Stat.*

Spumeus] Spumatus, *Cic.* Spumans. Spumoſus, *Virg.* Spumifer, *Stat.* Spumiger, *Ovid.*

Spurcare, *v.* *Contaminare, Inquinare.* Spurcè &c. vide *Obſcænè &c.*

Spurius] Nothus, *Quint.* Varius, *Lampr.* Incertus, *Virg.* Malè conceptus infans, *Ovid.* Fraterculus gigantis, *Iuv.* Inſititium animal, *ut mulus*, *Var.* E furto genitus, *Sili.* Ex patribus conventitiis infans, *Plaut.* Cœli & terræ filius, *Vact.* Illegitimus. *I C. R.* Filius vitio, *Scal.* Ex illu-

illuſtri familiâ originem, natione, non lege ducebat, *Lipſ.* Ne Patris quidem ſui nomen dicere poſſit. *Adag.*

Sputum] Sputiſma, *Vitr.* Oris excrementum, *Tac.* Oris purgamenta, *Sen.* Exſcreatio cruenta, *Plin.* Gravedo, *Plaut.*

Squalens] Squalidus, *Catul.* Arma ſqualent ſitu ac rubigine, *Quint.* Squaloris & pœdoris plenus, *Cic.* Squalore obſitus, *Liv.*

Squalere] Squalore obſitus ſum, ex *Liv.* Pœdore obſitus, *Sen.* Redolere ſitum, fœtorem

Squalor] Squales, *Varr.* Strigmentum, *Celſ.* Illuvies, *Ter.* Pœdor, *Lucr.* Subluvies, *Col.*

Squama] Squamula, *Celſ.*

Squameus] Squamoſus, *Cic.* Squamiger, *Plin.*

Stabilire] Duobus clavis figere. Trabali clavo figere. vide, *Firmare.*

Stabilis] Ratus. Conſtat ſibi, *Cic.* Solidus, *Plautus.* vid. *Conſtans, Firmus.*

Stabilitas] Stabilitas dentium, *Plin.* Robur herbæ, arboris, *Ovid.* corporis, *Livius.* Tenacitas unguium, *Cicero.*

Stabulum] Stabularium, *Col.* Catabulum, (*clauſura animalium*) *Meurſ.* Caula, *Virg.* Bubile, *Col.* Mandra, *Sipont.* Præſepes bubus æſtivas &c. *Cat.*

Stagnum] Lacus, *Iſid.* Velabrum, *Var.*

Stare] Hi ſtant ambo, non ſedent. Rectus aſſiſto, *Cic.* Inſiſtere veſtigiis, *Plin.*

Stare, id eſt, non moveri] Parietes urbis ſtant & manent, *Cic.* Stare in gradu, *Sen.* Tenere ſe loco. Tenet locum miles, *Liv.* Hærere, *Cic.* Quieſcunt æquora, *Virg.*

Statim] Confeſtim, continuò, illicò, actutum, repentè, derepentè, è veſtigio, abjectâ cunctatione. Simul cum aliquo. Pariter cum vitâ. Protinus, Subitò. Eôdem loci & temporis veſtigio. Sine mora, Sine ullâ mora. Nullam moram interpoſuiſti, quin quàm primum, &c. Jam inde à principio, *Cic.* Nunc jam, *Ter.* Jamjam faciam. Numerò, *Plaut.* Rectâ. Dictum & factum, *Ter.* Cum dicto, *Ap.*

 Ex

Digitized by Google

Ex continenti, *Juſtin.* In continenti, *Vlp.* Continenti, *Amm.* Nullâ morâ interpoſita. Mox. Repentè è veſtigio. Jam jamque eſſe moriendum, cogitandum eſt, *Cic.* Intra punctum temporis. Stans pede in uno dictabat verſus ducentos, *Hor.* Atque, *Plaut.* Exin. *Virg.*

Statim-quum] Statim ut legeram ſcripſi. Ut me ſalutavit, ſtatim, &c. Statim Catone abſoluto, *Cic.* Statim quam: atque, *Vlpian.* Subitò poſtquam; cùm. Simul ut, atque. Simul ac primùm poteſtas data eſt. Simul inflavit tibicen, *Cic.* Simul primùm, Simul in poteſtate veſtra erunt, *Livius.*

Statim poſt] Sub eas literas; ſub mentionem, *Cic.* Juxta hæc, *Plin.*

Statim dare] Manu brevi tradere.

Satio, locus] Stabulum, *Plaut.* Stabulatio, *Gell.* Stativa caſtra, *Cic.* Subſidium navigiis, *Tac.* Stativa, *Lamp.*

Statua] Signum è marmore, *Ovid.* Simulacrum, Cic. Opere ſtatuario effigies, vid. *Imago.*

Statuarius, vid. *Cælator.*

Statuere] Statuere modum rebus, locum, pœnam, *Cic.* Conſtituere, *Mart.* Cernere, ſancire, ſciſcere legem Deſtinare diem. Inſtituere heredem, *Cic.* vid. *Definire.*

Statura] Status ſtatuæ, *Cic.* Spatium hominis â veſtigio ad verticem, *Plin.* Corporatio & ſtatura bovis. Corporatura. Incrementum, *Col.* Proceritas tironum, *Veget.*

Status, vid. *Pactus.*

Status, ûs] Conditio vitæ. Ordo Senatorius, equeſter, mercatorum, oratorum. Locus in quo quiſque natus eſt. Fortuna in qua quiſque naſcendi initio conſtitutus eſt, inſtitutum vitæ capere, *Cic.* Sors, *Hor.* Faſtigium: civis ejuſdem faſtigii, *Liv.*

Statum mutare, vid. *Mutare.*

Statu bono res ſunt tuæ] In ſudo ſunt res tuæ. Res in vado, *Ter.* In portu navigare.

Stellæ] Cœli forma undique ſideribus ornata. Aſtra, Luces, *Ci.* Ignes, *Virg.*

Stellæ fixæ] Sidera innumerabilia cœlo inhærentia, cum ipſius motu congruere certis infixa ſedibus, quæ infixa ſunt cœlo.

Digitized by Google

cœlo. Chorus aſtrorum fixis inter ſe diſtantiis radiantium, æqualique motu terras circumvolitantium.

Stellatum cælum] Stellans cœlum, *Lucr.* Sidereus polus, *Val. Arg.* Aſtrifera ſphæra, *Mart.*

Stercorare agrum] *Cic.* Lætificare agrum, *Plin.* Lætare arbores, *Pallad.* id eſt, lætamine excitare, *Idem.* Lætamine ſaturare prata. Agrum ſtercore ſaturare, ſatiare. Ingerere ſtercus vitibus. Pabulari oleas fimo, *Col.* Pingui fimo ſaturare ſolum, *Virg.*

Stercoreus] Stercoraria porta, *Feſt.* (Stercus, vid. *Excrementum.*)

Sterileſcere] Exoleſcit ager. Nimiâ ubertate defatigari. Fatiſcit ſolum ſegetibus. Fit ſterilis, effœtum, *Col.* Effœtos agros, *Virg.* *habet (id eſt, continuâ fertilitate laſſos.)* Exinanitur ſeges, *Col.* Defrugatur, ex *Plin.* Emaceratur terra, ſatu millii. Evaleſcit arbor, *Plin.* Vaneſcit ſeges in herbam ſterilem, *Ovid.*

Sterilis] Ad ſterilitatem damnatus.

Sterilis ager] Exſuctæ ſegetes, *Var.* Malignus ager, *Non.* Colles maligni, *Virg.* Vegrande frumentum, *Feſt.* Meſſes quæ malæ creverunt, *Ovid.* Ager malus eſt, cum quo luctator Dominus. vid. *Infecundus.*

Sterilitas] Tenuitas frugum.

Steriliter] Infecundè, Infecundò, *Gell.*

Sternere] Sternere lectulum pellibus. Subſternunt aves nidos molliſſimè, *Cic.* Adſternere, *Ovid.* Conſternere cubilia, *Col.* Lectulus diſternebatur, *Apul.* Pulvinorum excitare impreſſiones (vel compreſſiones) *Arnob.*

Sternutare] Sternuere. Flatum è pectore exſurgentem cum capitis concuſſione emittere, *Plin.* Sternutamentis quati, *Gell.*

Sternutatio] Adhibere ea, per quæ *ſternutamenta* excitentur, *Celſ.* Sternutatus, *Iun.*

Sterquilinium] Sterculinium, & ſterculinum, *ſcribit Vlp.* Fimetum, *Plin.*

Stertens] Rhonchiſonus, Pararrhencho, *onis, vel* Pararrhynthon, *ontis*, *Feſt.* Pararrhinchus, *Alcit.* Qui naſo ſtertit.

Stertere] Stertere naſo, *Perſ.* Rhonchiſſare, *Plaut.* Proflare ſomnum pectore, *Virg.*

Stertor, propr.] Rhonchus, *Mart.* Gutturis ſtridor, *Amm.*

Stigma] Inſcriptio frontis, *Sen.* Victurum in capite punctum, *Veget.* Nota publica. *Cod.*

Stigma alicui imponere] Stigma alicui inſcribere, *Sen.* Inſcribere aliquid in fronte, *Cic.* Ferrô genas altiùs ſulcare, *Amm.*

Stigmaticus] Stigmatias, æ, *Cic.* Stigmoſus, *Plin.* Literatus, *Plaut.* Literatus frontem, *Apul.* Samii literati, *Ariſtoph.* Deformatus ſtigmatum notis, *Suet.* Threjiciis compunctus notis, *Cic.* Subverbuſtus, *Plaut.* *vel* Subvervuſtus, *Taubm.* Inuſtus, *Bud.* Inſcriptus, *Lipſ.* *Inſcripti* vultus.

Stillare] Stillat arbor guttis, *vel* guttas. De*ſtillant* aquæ, *Tibull.* Inſtillare oleum lumini, *Cic.* Stillam demittere. Guttam inſtillare. Guttatim fundere. Impluere in aliquem locum, *Plin.* Malum cùm impluit cæteros, non impluat mihi, *Plaut.* Stillæ decidunt in, *Vitr.* Caſitant ſtillicidia, *Paul. I. C.*

Stillatio] Stillatus, *us*, *Ovid.* Stillicidium, Deſtillatio, *Plin.* Stiricidium, *cum ſtillæ concretæ cadunt*, *Feſt.*

Stillatitius] Stillatus, *Ovid.* Stillatis guttaris, *Plin.*

Stimulare] Subjectis ſtimulis laſſare, *Hor.* Fodicare, *vel* fodere latus alicujus, *Id.* Stimulis aliquem fodere, *Cic.* Stimulos adigere mancipio, *Sen.* Umbone pellere aliquem, *Mart.* Subditare ſtimulum, *Lucr.* Stimulos adhibere, adjicere, admovere, ſubdere, *Ovid.* *Cic.*

Stimulatio] Stimulatus, *Plin.*

Stimulator, vide. *Incitator.*

Stipare] Anguſtare, *Sen.* vid. *Anguſtare.*

Stipendiarius] Tributarius alicujus, *Iuſtin.* Vectigalis homo, *Cic.* Stipendioſus miles, *Veget.*

Stipendium] Vectigal, & Stipendiarium vectigal, *Cic.* Penſitatio ſtipendii, *I. C.*

Stipendium militare] Stipendium caſtrenſe, *Plin. Jun.* Martiaticum, *Priſcian.* Manupretium caſtrenſium laborum, *Sen.* Æs militare, *Var.* Attributum : pecunia militibus aſſignata

gnata nondum data. Pecunia attributa, *Var.* Caſtrenſe :ulium, *Pompon. I. C.* Annona militaris, quæ ſtipendii :o datur, *Veget.*

Stipulari] Stipulor te, & ſtipulor à te, *Suet.* Rogare aliem, *Plaut.* vid. *Paciſci.*

Stipulatio] Stipulatus, *Quint.* Stipulatiuncula, *Cic.*

Stirpeſcere] Herbaſcere, *Plin.* Herbeſcere, *Sipont.* Obrbeſcere: herbam increſcere, *Feſt.* Silveſcit vitis ſarmen-, *Cic.* Obducit natura ſentibus arva, *Lucr.* Stat ſentibus er, *Lucr.* Vaſteſcit terra ſtirpium aſperitate, *Cic.* Vaſteınt agri, *Acc.*

Stirpitùs, vid. *Radicitùs.*

Stirps] Animal loco affixum.

Stiva] Capulum aratri, quod manibus tenet arator, *enric. Steph.* Aures aratri, *Virg.*

Stolidè] Fatuè, *Quint.* Stultè, *Plaut.* Inſipienter, inſulſè, :allidè, *Cic.* Quid dici poteſt obtuſiùs? *Id.*

Stoliditas] Stultitia, fatuitas, inſcitia, inſulſitas, infantia, por, *Cicer.* Deſipientia, *Lucret.* Inſipientia, ſocordia, *utus.*

Stolidus] Stipes, aſinus, *Ter.* Truncus, vero ex *Apul.* :rveceum caput, *Plaut.* Stolo, *Auſon.* Ovis aurea, *Suet.* ietina mens. Vacerra, *Feſt.* Cucullus, *Plaut.* Sannas, *l. Rhod.* Delirus, fatuus, ſtultus, excors, vecors, *Cicer.* frunitus, *Sen.* Captus corde, *Plaut.* Perfatuus, jocus, *ul.* Corpus ſine pectore. Corœbo ſtultior. Adeò nuln habet judicium, ut careat etiam ſenſu communi, *Eraſ. ıra.* vid. *Stupidus.*

Stolidi nihil curant] In nihil ſapiendo jucundiſſima vita.

Stolidum eſſe] Abeſt à bonâ mente, *Sen.* Cor illi abeſt, *rt.* Nihil planè ſapere, *Cic.* Quæ dicta ſunt in ſtultum, dex, ſtipes, aſinus, plumbeus, in illum nihil poteſt (*ſ. conıire*), nam ſuperat ejus ſtultitia hæc omnia, *Ter.* Quique ſunt, fuêre, futurique ſunt poſthac ſtulti, ſtolidi, ıi, fungi, bardi; ſolus ego omnes longè anteeo ſtultitiâ, *ut.* Si quando fatuô delectari volo, non longè mihi :rendus eſt, me video, *Sen.* Navigat Anticyras.

Stomachus, vid. *Ventriculus.*

Digitized by Google

Storea] Teges canea, *Col.* Teges è ſcirpo, junco, palma, ſegetibus. Tegeticula. Segeſtre, & Segeſtria, *pl. Var.* Segeſtrum, *Scal.* Matta ſcirpea, *Ovid.*

Strages, vid. *Clades.*

Stragulum] Stragula veſtis. Stragulum textile in horto, *Cic.* Stragulum tori, *Mart.* Stragula, æ, *Donat.* Inſtratum, *Vlp.* Stratoria veſtis, *Paul.* Pallium lecticulæ. Lodix, *Juv.* Accubitale, *Vopiſc.* Cadurcum, *Juv.* Toral, Torale, & Toralium, *Var. Non.* Opertorium, *Sen.*

Stramen] Stramentum, *Plaut.* Culmus, *Virg.*

Stramineus] Stramentitius, *Var.* (Stramentarius, *ad ſtramen pertinens, Tac.*)

Strangulare] Suffocare, *Lucr.* Præfocare, *Ovid.* Effocare. Vi præcluſis faucibus ſpiritum eliſit, *Sen.* *Premere* fauces alicujus, faucibus aliquem, *Cic.* Interprimere, *interſtringere*, fauces alicui, *Plaut.* Interſtinguere aliquem *obliſis* faucibus. Oblidere fauces, *Apul.* Elidere fauces, *Ovid.* Offocare, *Flor.* Strangulat ſegetes nimia terræ lætitia, *Quint.* Strangulare ſemina, *Col.* Intercludere animam, *Tac.* Reſpiramen iterque animæ eripere, *Ovid.* Spiritum, *vel* animam elidere intercluſis ſpiraculis, ſpiramentis obturatis, *ex Celſ. Ovid.*

Strangulatio] Strangulatus. Suffocatio, *Plin.* Præfocatio, *Scribon.*

Stratum] Stratum lecti molle, *Lucr.* Stratus, ûs, *Gell.* Subſtratus, *Plin.* Subſtrameu, *Var.* Torus plumeus, *Ovid.* Comminxit *lectum* potus, *Mart.* vid. *Stragulum.*

Strenuè] Arma capere ſtrenuè. Actuosè agere. Calet res, *Cic.* Alacriter defendere, *Plin.* Gnaviter pugnatum, *Liv.* Naviter, *Ter.* Impigrè, *Liv.* vid. *Alacris.*

Strenuitas, vid. *Alacritas.* *Strenuus*, vid. *Alacer.*

Strepere] Strepitare. Interſtrepere, *Virg.* Edere ſtrepitum, *Col.* Circumſtrepere aliquem, *Sen.*

Strepitus] Strepitus & admurmuratio concionis, *Cic.* Crepitus teſtarum, *Juv.* Commurmuratio, *Gell.* Mugitus nemorum, *Plin.* amnium, *Virg.* Suſurrus, *Id.* Stridor aquilonis, *Cic.* Inconditus clamor, *Plin. Pan.* Murmur, *Ovid.* Fremor per ora cucurrit, *Virg.*

Digitized by Google

Striare] Imbricatim undatæ conchæ, *Plin.*
Strictus] Canaliculatus, *Plin.* Imbricatus, *Vitr.*
Strictim, vid. *Breviter. Arctè.*
Stridere] Valido ſtridore impulit fores, *Val. Arg.* Flatium magnum fecêre fores, *Plaut.* Frendere dentibus, *Idem.*
Stridor] Argutatio lecti, *Catul.* Strepitus januæ, *Hor.* Strepitus forium, *Plaut.* Sonus raucus cardinis, *Propert.* Querela forium, *Ovid.* Dentium inter ſe arietatorum ſonitus.
Stridulus] Stridulum plauſtrum, *Ovid.* Stridens ſerra, *Lucr.* Crepax mola, *Sen.*
Strigare, vid. *Requiem dare.*
Strigoſus] Strigoſiſſimi corporis capra, *Col.* Junceus, *Ter.* Uvis aridior. Exſuctus, *Scal.* Paſſos ſenes, *vocat Lucil.* Apricos, *Perſ.* Corpora ſicciora cornu habetis, *Catul.* Lignea conjux, *Id.* i. Gracilis & exſucci corporis, *Sen.*
Stringere, vid. *Comprimere.* Strophiolum, vid. *Muccinium.*
Structor, qui fercula diſponit] Fercula ſtruens, *Col.* Inſtructor convivii, *Cic.* Tricliniarcha, *Fulv.* Analectes, *Sen.* Diætarius, *Ulp.* vid. *aliter Ædificator.*
Struere, &c. vid. *Ædificare.*
Strues] Struix malorum, *Næv.*
Struma] Tumor gutturis, *Celſ.* Intumeſcit guttur aquarum certarum vitio, *Plin.* Gutturis propendula ſtruma, *Philand.*
Strumoſus] Strumaticus, *Firm.* Gutturoſus, *Ulp.* Gutture turgido, *Vitruv.* Glanduloſa cervix ſuis, *Col.* Glanduloſus ſus, *Gar.*
Struthiocamelus] Struthocamelus, *Plin.* Struthio, *abſ. Hieron. Iſidor. jun.* Paſſer marinus. Pœna (*punica*) avis, *Plin.* Afra avis, *Acron.* Avis non avis, *Aldromand.*
Studere] Studere literas, & literis. Dare operam ſtudio juris. Verſari in artibus ingenuis: in ſtudio literarum. Addiſcere aliquid. Incumbere in, ad ſtudia. Referre ſe ad ſtudia, *Cic.* Diſcere aliquid apud aliquem: de aliquo: Diſcere fidibus, *Id.* Litare Muſis. Dare ſe literis, *vel* ad literas.
Dare

Digitized by Google

Dare operam Præceptori. Irrigari ſapientiæ rore. Quære Demoſthenis arma. *Petron. p.* vid. Diſcere.

Studia literarum] Manſuetiores Muſæ, &c. literæ, *Cic.* Studia literalia, *Tac.* vid. *Artes liberales.*

Studia debilitant] Fecit amor macrum.

Studia neglecta] Exoleſcentes literæ.

Studia relinquere Repudium mittere ſtudiis.

Studia odiſſe] A potiori elegantiâ abhorrere, vid. *Illiteratus.*

Studiò, vid. *Conſultò.*

Studioſus] Studioſus literarum, doctrinarum, philoſophiæ, pilæ, nobilitatis, *Cic.* Muſarum alumnus. Addictus literis, *Eras.*

Studioſus grandævus] Serus ſtudiorum, *Hor.*

Studioſos decet candor] Apertæ Muſarum januæ.

Stultè agere] Clave findere lignum, & ſecuri fores aperire. *Eras.*

Stultitia ſe ipſam prodit] Stultitiam celare difficile eſt.

Stultitia, vulgare malum] Nihil eſt tam vulgare malum, quàm nihil ſapere.

Stultus, vid. *Stolidus.*

Egóne ſtultus?] Sumne ego nihili?

Stultorum plena ſunt omnia] Stultorum infinitus numerus.

Stupefacere] Obſtupefecit illum pudor, *Ter.* Detinere aliquem ſtupidum, *Cic.* Dementare, *Apul.*

Stupefactus] Omnes *ſtupidi* timore, obmutuerunt, *ad Heren.* Intermortuus, *Suet*, vid. *Attonitus. Rigens.*

Stupere] Stupeſcere: Stupefieri. Obſtupui & viſus mihi ſum captus eſſe, *Cic.* Adſtupere divitiis, *Sen.* Obſtupefieri: homines ad miratione obſtupefacti. Obſtupeſcere aliquâ re, & aliquam rem, *Cic.* Tacita mœſtitia *defixit* animos omnium. Pavor, ſtupor admiratione rei tam atrocis *defixit. Liv.* (*cum admiratione* defixit, *Id.*)

Stupiditas, privatio ſenſûs] Stupor mentis, *Cic.*

Stupidus, privatus ſenſu] Brutus, *Hor.* Obſtupidus. Exſenſus, *Gell.* Senſu & vitâ carens. A ſenſu mentis abſtractus, *Cic.* Res ſurdæ & ſenſu carentes, *Plin.*

Stupi-

Digitized by Google

Stupidus, trop.] Bardus, *Cic.* Plumbeus, *Ter.* Inſcitus, lennus, Fungus. Album colorem ab atro non diſtinguit, *laut.* Truncus, *Cic.* Obeſæ naris, *Hor.* Cerebrum in alcaneo habet. Caput vacuum cerebro. Cerebrum nutat. lauco ſtupidior, *Eras.* Grylla ſtultior. Non pro ſano lo-uitur. Titubat mente.

Stupor] Torpor, *Cic.* Rigior nervorum, *Celſ.* Torpedo, *Sal.*

Stuprare] Stuprata per vim Lucretia à Regis filio. Stu-rum virgini inferre, afferre. Expugnare puellæ pudicitiam. fferre, inferre vim matribusfamilias. Peccare in virgine, n muliere, *Cic.* In matrona, *Hor.* Eripere, Spoliare pu-licitiam alienam. Mittere vim adhibitam ingenuis. Vio-are virginitatem alicujus, *Cic.* Conſtuprare. Expugnare lecus muliebre. Vim facere corpori alicujus, *Liv.* Vitiare iliam. Vitium addere pudicitiæ. Imminuere pudorem, pudicitiam. Facere ſtuprum cum aliqua. Inceſtare puel-lam, Pudicitiam alicui pellere, *Plaut.* Vitium offerre virgi-ni, *Ter.* Ludificatus eſt virginem, *Id.* Corrumpere virgi-nem. Violare cubile alicujus, *Catul.* Puellam. *Tibul.* Il-ludere mulieri, *Tac.* Devirginare puellam, *Petron.* Immi-nuere virginem, *Apul.* Nomen virginis deintegrare, *Cæcil.* Virgineum nomen adimere puellæ, *Ovid.* Comprimere puellam, *Liv.* Depravare pudorem fœminæ, *Capitol.* De-linquere in ancillam, *Ovid.*

Stuprator] Expugnator alienæ pudicitiæ, *Cic.* Conſtu-prator, *Liv.* Stuproſus, *Val. Max.* Compreſſor, *Plaut.* Vitiator, *Sen.* Corruptor juvenis, *Propert.* Prædator cor-poris, *Petron.*

Stupratus] Proſtratâ pudicitiâ, *Suet.* Corrupta virgo. Paſſa nefas corpore, *Ovid.* Præflorata mulier, *Apul.* Im-pudicatus. Impudicus factus, *Feſt.*

Stuprum, in genere] Libido. Flagitium: noctis longi-tudo ſtupris & flagitiis conterebatur, *Cic.* Libitum: Abri-ſii conjuges ad libita Cæſarum, *Tac.* Nequitia, *Propert.* Nequam, *Subſt. Plaut.* Probrum, *Feſt.*

Stuprum in ſpecie] Stuprum per vim oblatum, volunta-ria morte luit Lucretia vis; afferre vim, *Cic.*

Stylus dicendi modus] Phraſis. Textum orationis tenue,

tenue, *Quint.* Character. Genus dicendi, *Cic.* Contextus & ſtructura orationis oratoriæ, *Bud.*

Stylum exercere] *Cic.* Operam dare ſtylo, *Suet.* Stylo limare & ornare orationem. Exercitatione & ſtylo formanda eſt oratio, *Cic.*

Sua vitia corrigere] Admordere proprium naſum.

Suadere] Suadere, orare uſque adeò, donec perpulit, *Ter.* Perſuadere aliquid alicui velle. Solicitare aliquem ſpe, pretio, ad aliquid faciendum. Inducere aliquem ut, &c. *Cic.* Suaſor ſum alicui, & auctor deditionis. Magnopere *cenſeo* deſiſtas. Ducere aliquem in aliquam ſententiam, *Cic.* Conſuadere alicui aliquid, *Plaut.* Conſiliari alicui, *Hor.* vid. *Perſuadere, Conſulere.*

Suaſio] Suaſus, *Vlp.* Suadela, *Plaut.* Suada, *Cic.* Perſuaſio. Inductus, *Id.* Illectatio ſermonum, *Gell.*

Suaſor] Suaſionis opifex, *Amm.* Suada, *Bud.* Perſuaſor, *Sipont.* Perſuaſtrix, *Plaut.* Solicitator, *Vlp.* Impulſor. Flexanima oratio, *Cic.*

Suaſorius] Perſuaſoria aſſertatio, *Suet.* Delenifica & ſuada facundia, *Symm.* Flexanimus, *Cic.*

Suaſu tuo feci] Tu auctor es mihi. Te auctore ſuſcepi negotium. Tuo impulſu feci. Te impulſore feci. Tuo inductu, *Cic.* Te conſultore, Tuô conſiliô, Abs te perſuaſus id feci. Tuo inſtinctu, Te flagitatore ſuſcepi negotium, *Eras.*

Suaviari, &c. vid. *Oſculari, &c.*

Suavis] Mellitus: melliti oculi, *Catul.* Melicus ſonor, *Lucr.* Iucundè tangit ſenſus. Bellè tangunt aures verba. Diſtinctus vario lepore, *Id.* Jucundum auditu. Jucunda ad audiendum verba. Perjucundæ literæ. Dulciſſima epiſtola, *Cic.* *Volentia* plebi facere, *Saluſt.* Voluptabilis adventus, *Plaut.* Nectareus. Nectar ſpirat. Nectaris flos.

Suavitas] Gratia, Lepòr, Lepos dicendi, Illecebra, Venuſtas, *Cic.* Venus, *Quint.* Amabilitas, Suavitudo, *Plaut.* Amantia, *Id.* Lubentia & gratia conviviorum, *Gell.*

Suaviter] Suavè olens, ſuavè rubens, *Virg.* Gratè olens, *Apul.* Amabiliter ludit, *Hor.*

Sub]

Digitized by Google

Sub] Subter teſtudine: ſubter radices, *Virg.* Infra, *Ter.*
Sub cœlo] Sub cœli tegmine. Sud dio, ſub divo, *Lucr.* Sub Jove frigido, *Hor.* Extra oſtium, *Ter.* Exterior, *Plaut.* In propatulo, *Col.* Subdialis inambulatio, *Plin.* ...pæthræ ambulationes, *Vitr.* Hypæthrum, *Subſt. Id.* ...erta promptáque cœli, *Lucr.* Loca retecta, *Plin.* Xy-...m, *Vitr.*
Sub cuſtodiâ meâ] In meis caſtris, præſidiis.
Subauſcultare] Subauſcultare pariete poſito. Subauſcul-...ido excipere voces; & quid narrent attendere. Operam ...e ſermoni aliquorum. Aucupium facere auribus. Gu-...re alicujus ſermonem, *Plaut.* (Sermonem alicujus ex ...ulto clepere, *Pacuv.*) Auſcultare ad fores: ab oſtio. ...am ſublegere ſermonem alicujus, *Plaut.* Admovere au-...n, *Ter.*
Subdere ſe alicui] Subjicere ſe, Submittere faſces. Suc-...nbere, *Cic.* Subire deditionem, *Cæſ.* Sub jugum abire, ...v. Ire, *Lucan.* Jugum ſubire, *Plin.* Dedere ſe hoſti, ...ſ. Dedere ſe in deditionem, *Plaut.* Jugum accipere, *Liv.* ...dere ſe in poteſtatem alterius, *Cæſ.* in fidem ditionem-...e, *Liv.* vid. Dedere ſe.
Subdialis, vid. *Sub cælo.*
Subditus] Subjectus ſervitio, *Liv.* Obnoxius alicui, Patiens, *Sen.* Mancipatus. Supplex veſter eſt judices, Obnoxioſus, *Plaut.* Qui in ditione, imperio, poteſta-...terius eſt, *Cic.*
...ubditi non nimis angariandi] Forpicibus binis tonderi.
...bdulcis, vid. *Dulciculus.*
...ubeſſe alicui] Non defugere auctoritatem.
...ubeſſe aliquid oportet] Fama non temerè ſpargitur. ...n temerè naſci fama ſolet, *Cic.* Non de nihilo eſt, quod ... Non temerarium eſt, *Plaut.* Non ex vano eſt. Non ...quicquam ita appellant, *Liv.*
...ubfrigidus] Frigidulus, *Catul.* Frigidiuſculus, *Gell.*
...ubjicere] Subterjácere, *Pallad.* Subjectare, *Ovid.* Sub-...e ſub regem, *Var.* Subjicere, ſecuri cervices, *Liv.* Sub-... ignem, *Cato.* Supponere, ſubjicere ova gallinis, *Cic.* ... Subditare, *Lucr.*

Subire]

Digitized by Google

Subire] Subire ſub mœnia. Succedere ad muros, *Li* Subire muro, *Virg.* Suggredi, *Tac.* Sub jactum telorum venire. Subeo rectus, *Liv.* Subtus ambulare, *Cat.*

Subitaneus] Subitus, Repentinus, Repens adventus hoſtium, *Cic.* Repens fama allata, *Liv.* Subitaria res eſt, *Ge* Tumultuarius delectus, *Liv.* Extemporalis, *Quint.* Præceps. Præcipiti genere valetudinis abreptus, *Sen.*

Subitaneus terror] Panicus terror, caſus, *Sen.*

Subitâ occaſione uti] Ere nata conſilium capere.

Subitò] Deſubitó, Subitum eſt nimis. Repentinò, *Plau.* Repente, Derepente, Ex tempore, *Cic.* Abruptè incipere, *Quint.*

Subitò nihil fit] Nemo primo quoquo die *fit doctus.*

Subitò exaltatus] Homo novus, *Saluſt.* de *Cic.* *Terræ* filius. *Caſaub.* Lumbricus, *Plaut.* Ab aliquo natus. *A vobis* natus ſum Conſularis. Repentinus homo. Nitedula *ex vepreculis*, *Cic.*

Subjugare] Sub jugum mittere, *Sen.* Subjungere ſub imperium armis. Subigere armis. Redigere in deditionem ac poteſtatem ſuam. Subjicere ſibi populos, *Cic.* Accipere ad deditionem. Facere hoſtes ſtipendiarios, vectigales, *Cæſ.* Redigere ſub imperium, *Id.*

Sublevare, vid. *Attollere.*

Subligaculum] Subligar, *Mart.* Suffibulum, *Var.* Perizoma, *Iſid.* Campeſtre, *Hor.*

Sublimitas, vid. *Altitudo*:

Subluere, fluendo ripas attenuare] Subedit unda ſcopulum, *Ovid.* Torrens *ſubterfluens*, *Plin.* Lambit littora fluvius, *Hor.* Stringit ripas, *Virg.*

Submergere] Mergere cymbam, *Plin.* Supprimere navem, *Iuſtin.* Obruere puppes ponto ſubmerſas, *Virg.* Submerſum facere, *Paſſerat.* vid. *Mergere.*

Submergi dignus] In mari balneandus.

Subminiſtrare] Subminiſtrare frumentum, vires, *Cæſ. Col.* pecuniam, *Cic.* Præbere ſumptum, Suppeditare ſumptus, *Ter.* Omnium rerum abundantiam, Suggerere copiam argumentorum, *Cic.* Submittit ſol lumina rebus, *Lucretius.* Miniſtrare arma, vires. Sufficit tellus humorem: Vires Jupi-

Jupiter: ſalices ſufficiunt umbram, *Virg.* Subjicere aliquid alicui, *Propert.*

Subornare aliquem] Subornare falſum teſtem: pecuniâ, *Cic.* Subornare ad ſolicitandum, *Plaut.* Submittere aliquem, ad aliquem, *Cic.* Immittere, *Saluſt.* Inſtruere aliquem dolis, *Virg.* Mandatis, ad aliquid, *Liv.* Struere, *Tac.* Præſtruere, *Suet.* Apponere alicui calumniatorem, accuſatorem, &c. *Cic.*

Subſcribere] Subſignare aliquid apud aliquem, *Cic.* Subnotare libellos, (*ſcil. ſupplices*) *Plin. Jun.*

Subſcriptio] Subſignatio, *Paul IC.*

Subſidiari] Subſidio alicui venire, currere. Supplementum ſcribere legionibus. Mittere auxilia Impp. *Cic.* Submittere ſubſidia. Suppetias ire, mittere, venire, alicui, *Cæſ.* Submittere alicui auxilia, *Sil.* Mittere globum ſubſidio, *Id.* Conſtabilire ſubſidiis legiones, *Lucr.* Decurrere ſuppetias (*pro ad ſuppetias*) ſuis fugientibus, *Hirt.*

Subſidium militare] Supplementum, *Cæſ.* Auxiliaris miles. Auxiliariæ cohortes, *Cic.* Auxiliaria manus, *Vulcat.* Adminiculum, adjumentum militare. Subſidialis manus, acies, *Amm.* Auxilia, *pl. Tacit.* Suppetiæ, *Cæſ.* Subſidiarius miles, *Liv.* Subitarii milites, *Id.* Ferentarius, *Varr.* (qui auxilium fert, *Turneb.*) Adcenſi, *Plaut.* (ad cenſum legionum additi, *Turneb.*) Adſcriptitii, *Varr.*

Subſtituere in locum] Subſtituere in vicem aliquid: deficientibus & demortuis, *Col.* Subſtituere aliquid pro aliquo. Supponere vicarium: Subſtituere & ſupponere aliquem. Supplere legiones, exercitum. Subſortiri judicem. Surrogare, ſ. ſubrogare, *Cic.* Submittere ſarmentum, prolem pecudi, &c. Novâ progenie repleatur numerus. In ſupplementum gregis reſervare, *Col.* Succenturiare, *Feſt.* Suggere aliquem alicui, *Liv.* Sufficere aliam ex alia prolem. Reficere ſobolem, *Virg.*

Subterraneus] Subterreus, *Arnob.* Subſolaneus, *Feſt.* Crypticus, *Sidon.*

Subtilis] Perſubtilis, Tenera, attenuata oratio, Tenuis aër, Acutus homo, Acutulæ concluſiones. Preſſus ora-

 tor,

Digitized by Google

tor, *Cic.* Nebuloſum ſyrma, *Fulgent.* Conſulatus Caninii Argutus in ſententiis, *Cic.* Non inarguta ſententia, *Vlp.* Deducta vox, *Pompon. Macrob.* Naſum deductiorem habuit, *Robert. Conſtant.* Petulus, vel Petilus; petilis cruribus, *Plaut.* *Scrupuloſa* multa in voluminibus, *Plin. Iun.* Ænigmata Sphingis diſſolvit.

Subtile quid, ſed inutile agere] Milium terebrare. Milium torno ſculpere.

Subtilitas] Tenuitas animi. Exilitas in dicendo. Acumen. Argutiæ, *Cicer.* Argutiolæ, *Gell.* Scrupuloſitas & nimia ſubtilitas juris, *Vlp.* Parvitas vinculorum, *Cic.*

Subtiliter] Tenuiter, tenuiùs diſſerere: attenuatè, preſsè, preſſiùs dicere. Acutè reſpondere, peracutè, argutè, argutiſſimè, *Cic.* Tenerrimè, *Plin.* Scrupuloſè, *Col.* Minutiùs & ſcrupuloſiùs, *Quint.*

Subtus] Omnia quæ ſupra & *ſubter* ſunt, *Cic.*

Subulcus] Suarius, *Plin.* Porcarius, *Firm.* Porculator, *Col.* Scrofipaſcus, *Plaut.*

Subvolare] Subvolare in cœleſtem locum, *Cicer.* Pennis efferri. A pennis petere auxiliatum, *Lucr.* Ex humili ſede ſublima evolat, *Acc.* Sublime abire, *Liv.* Vid. *Surſum.*

Suburbium] Suburbanum, *Subſt. Vlp.* Suburbanitas, *Cic.* Continentia (*pl.*) urbis, *Volcat.*

Succedere, in alterius locum ſurrogari] Succedo vicarius alicujus muneri. Succedere alicui, & in locum alicujus, *Cic.* Succedere in alicujus vicem, *Plin.* Succedere in paternas opes, *Liv.* Subire in locum alicujus, in partes, *Ovid.* Conſequi in Præturâ aliquem, *Plin. Iun.*

Succedit benè] It res: It benè res, *Cicer.* Provenit rectè, *Plaut.* Cedit res voto, *Ovid.* Cedit victoria alicui, *Virg.* Benè tibi habent principia, *Terent.* Vid. *Cedit benè.*

Non benè ſuccedit] Cedit malè, *Ovid.* Malè proceſſit, *Ter.* Malè cadit, *Caſ.* Malè vertit res. Nimis proventum eſt nequiter, *Plaut.* Equidem proveni nequiter multis modis, *Id.* Offendere: Offenſum eſſet aliquid, *Cic.* Hunccine

ſolem

Digitized by Google

ſolem tam nigrum ſurrexère mihi ! *Hor.* Adverſâ fortunâ uti. Vid. *Evenit malè.*

Succeſſio] Succeſſio in locum alicujus. Conſequentia. Conſecutio voluptatis, *Cic.* Sequela morborum mors, *Lact.* Conſequium, *Apul.*

Succeſſivus] Succidaneus, *i. ſuccedaneus*, *Gell.* Succeſſorius, *Ulp.* Conſectarius, *Cic.* Vid. *Conſequens.*

Succeſſus bonus aut malus] Succeſſum , *Ovid.* Queruntur ſemper de proceſſibus ſuis , *Sen.* Fortuna ſecunda, proſpera, florens , adverſa. Felicitas, Proſperitas. Sors atrox, tr. jucunda. Eventus. Eventum. Caſus. Incerti exitus pugnarum , Marſque communis, *Cic.* Mars varius , *Quint.* Proventus felicitatis, *Val. Maxim.* Sors peſſima rerum, *Ovid.*

Succiſivus] Subſecivus : Subſeciva quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior, *Cic.* Subſeciva temporum, *Quint.* Subſecundaria & ſubſeciva tempora, *Gell.* Surreptitius, *Plaut.*

Succreſcere] Increſcit hulcus, &c. Subnaſcuntur plumæ, *Plaut.* Supercreſcit aliquid, *Quint.* Grandeſcere, *Plin.*

Succumbere] Succumbere oneri. Concidere ſub onere, *Liv.* Opprimi onere, *Cic.* Concidere, procumbere pondere, *Virg.* Cedere ponderi , *Quint.* Dare manus. Porrigere herbam. Lampada tradere. Vid. *Dedere, ſubdere ſe.*

Succus, vid. *Liquor.*

Sudare] Sudore manare , *Cic.* Fluit, manat ſudor è , de corpore , *Lucr. Ovid.* Emittere ſudorem , *Plin.* Elicere, evocare. Sudor oritur, effuditur, *Celſ.* Exſudare, *Col.* Deſudare, *Stat.* Deſudaſcere, *Plaut.* Aſſudeſcere , *Varr.* Circumſudare, *Plin.* Conſudare, conſudaſcere , *Col.* Præſudare, *Stat.*

Sudatorium] Aſſa, *pl.* Laconicum, *Cic.* Sudatio, *abſ. Vitr.* Sudatio aſſa , *Celſ.* Caldarium , *Vitr.* Caldaria cella, *Plin.* Sudatoria cella , *Sen.* Tepidaria , & Frigidaria , *Vouver.* Balnearia, (*pl. locus*) *Cic.*

Sudes, vid. *Palus.*

Sudum, vid. *Serenitas.*

Digitized by Google

Sufficere] Sufficiunt vires. *Liv.* Suſtinere onus poſſum, *Cicer.* Sum ferendo oneri, *Liv.* Sum validus ſuſtinere pondus, *Plin.* Suppeditare labori, *Plaut.* Supereſſe labori, *ex Col.*

Sufficiens] Satis vehemens ad, *Ter.* Vinum affatim habemus, (*Adverb. pro Nom.*) *Apul.* Si ſatis conſilium quadam de re haberem, *Cic.* Satis tempus ad quæſtum faciendum, *Caj.*

Sufficienter] Affatim edi, bibi, *Liv.* Affatim diximus, *Plin.* Plenâ manu laudes noſtras ad *aſtra ſuſtulit.* Luculenter Græcè ſcio. Plenè laudare, ſcribere, *Cic.* *Pleniſſimè* facere, *Plin. Jun.* Solidè ſcio, *Plaut.*

Sufficit] Suppetunt verba ; omnia : ſuppetit *mihi ſatis*, *Cic.* Suppetit mihi cibus, *Plaut.* Conſilium, *Liv.* *Non* ſuppeditant mihi chartæ ; omiſſis omnibus quibus nos ſuppeditamur, *Cic.* Nihil deſit, *Plaut.* Non deſit mihi lac, *Virg.*

Suffigere] Suppingere, *Plaut.* Subcuneare poſtes trabibus, *Vitr.* Subcudere clavis æneis, *Lucil.*

Suffimentum] Suffimen, *Ovid.* Suffitus, ſuffitio, *Plin.* Incenſi odores, *Cic.* Thymiama, *Id.*

Suffire] Suffire cellam bonis odoribus, *Col.* Thus : odores incendere, *Cicer.* Thus adolere. Vaporare templum thure, *Virg.* Fumificare, *Lamb.* Suffumigare ſulphure, *Ceſ.* Suffumigare apes, *Col.* Suffocate domum ſulphure, *Scal. ex Propert.* (*à focus, non à faux deriv.*)

Sufflaminare] Suſtinet currum agitator, *Cic.*

Suffocare, vid. *Strangulare.*

Suffodere] Agere cuniculos, *Cic.* Specus agere, *Vitruv.* Subruere mœnia cuniculis, *Liv.*

Suffoſſio, vid. *Cuniculus.*

Suffragari alicui, ſuffragio ſuo declarare] Suffragari ad Conſulatum. Ornare ſuffragio aliquem. Ferre ſuffragium de ſalute alicujus. Sententiam dicere : ferre ſententiam de aliquo per tabellam, *Cicer.* Dicere pro ſententia, *Liv.* Rogatione ſuâ honorem & imperium ad illum defert. Pedibus ire, *Cicer.* Calculum album adjicere errori alicujus, *Plin. Jun.* Manum porrigere, *Cic.*

Suffra-

Digitized by Google

Suffragatio] Sententiæ dictio, *Cic.*

Suffragium] Sententia, Punctum, *Cic.* Omne tulit punctum, *Hor.* Calculus, *Plin. Iun.*

Suggerere] Si meminiſti, ſubjice, *Ter.* Vid. *Memorare, ſubminiſtrare.*

Suggeſtus, vid. *Cathedra.*

Sugere] Trahunt agni maternum alimentum, *Col.* Bibere ſuctu, *Plin.* Exſugere mammas, *Arnob.* Fellare lac, *Varr.* Fellitare, *Solin.*

Sui juris] Sui juris & municipii. Dominus juris ſui retinendi, vel dimittendi. Dominus rerum ſuarum. Nemini mancipatus, *Cic.*

Suis viribus] Sine adminiculo progredi, *Quint.* Per me nixus adſcendi, *Cic.* Suâ ſponte pedibus ambulare, *Plaut.*

Sulcare, vid. *Lirare.*

Sulcus] Sulcamen, *Apul.* Qua aratrum vomere lacunam triam fecit, ſulcus vocatur, *Varr.*

Sulfur] Sulfur vivum & foſſile, *Iun.*

Sulfuratum] Sulfurata, *pl. Plin.* Sulfuratum ramentum, *Mart.* Inducta tæda ſulfure, *Ovid.*

Sumen] Ruma, *Cat.* Rumen, *Plin.* Rumis & Rumus, *Varr.* (Suminata caro, *Arnob. quæ eſt ſuminis.*)

Summa rei] Summa ſummarum hæc eſt, *Sen.* Summa rerum faſtigia ſequi, (*ſummatim dicere*) *Cic.* Summa orationis, cauſæ, *Id.* Operis, *Hor.* Periocha. Caput literarum. Argumentum epiſtolæ. Scena totius rei hæc eſt, *Cic.* Subſtantia orationis, *Quint.* Lemma, *Mart.* Vid. *Compendium.*

Summam rei petere] Invadere in arcem cauſæ.

Summare, barb.] Summam facere, conficere, ſubducere, colligere omnia. Summatim narrare, deſcribere, exponere, *Cicer.* Summatim attingere, *Lucr.* Decurtare per capita, *Quint.* Deflorare auctores, *Caſſiod.* Recapitulare, *Tipont.*

Summum alicujus rei] Summa navium tabulatis augent, *Tacit.* Vertex arcis, *Lucr.* Arboris, *Plin.* Montis, cœli, *Virg.* Vertex, *Abſ.* Ab imis unguibus ad verticem. Faſtigium

 operis,

operis, *Cic.* Tecti, ædificii, *Vitr. Caeſ.* Culmen rerum, *Plin.* Hominis, *Liv.* Caput, arboris, *Sen.* Vid. *Cacumen.*

Sumere, vid. *Accipere.*

Sumptus, vid. *Impenſa.*

Sumptus facere in rem incertam] Ollam exornas.

Sumptus ſupra proventum] Vomere argenteo aratur. Aureo hamo piſcari.

Sumptus faciat, qui quærit lucrum] Hoſtimentum eſt opera pro pecuniâ, *Plaut.* Lucernâ qui indiget, oleum affundat. Lucernas oleo ne defrauda.

Supellex] Supellectilis, *in Rect. Serv.* Utenſilia, *Col.* Armamenta. Arma ruſtica, *Plaut.* Impedimenta bellica, *Caeſ.* Apparatus, *Cic.* Paratus, *Tac.*

Super] Supra hominem, *Cic.* Supera caput, *Lucr.*

Superare, vid. *Antecellere. Vincere.*

Superat, vid. *Supereſt.*

Superbè] Sublatè, inſolenter, intoleranter, arroganter. Elatè dicere, *Cic.* Inflatiùs perſcribere aliquid, *Caeſ.*

Superbia] Arrogantia, Inſolentia, Spiritus, Animi, Supercilium Campanum. Contumacia reſponſi. Tumor, ſublatio animi, *Cic.* Jactantia, *Quint.* Faſtus, *Plin.* Flatus, *Virg.* Torrens ambitionis. Typhus, *Arnob.* Typhus philautiæ.

Superbia noxia] Paries tumeſcens ruinam minatur.

Superbire] Superbire formâ, gloriâ, &c. *Claud. Plin.* Sumere ſibi ſpiritus & arrogantiam, *Caeſ.* Sufflari faſtu, *Amm.* Inflari & efferri. Efferre ſe inſolentiùs. Inſolentiâ dominatûs animos efferre, extollere. Turgeſcere, *Cic.* Intumeſcere, *Quint.* Tumere ſucceſſu, *Plin.* Sufflatus adeptâ repentina poteſtate, *Amm.* Tollere animos, *Saluſt.* Suſtolli, *Caeſ.* Ejus artis fiduciâ ſubnixus ambulat. Inflabat animos rumor, *Cic.* Inflatos eſſe vanâ ſpe, *Liv.* Attollere ſupercilium. Suſtulit ſupercilium, *Petron.* Ferox ſum formâ, *Plaut.* Comam erigere. Subnixus alis me infero. Tollere criſtas, cornua.

Superbire ultra conditionem] Nido majores extendere pennas, *Hor.*

Digitized by Google

Superbire deſinere] Remittere ſpiritus. Comprimere animos. Sedare arrogantiam, *Cic.* Exuere arrogantiam, *Tacit.* Faſtum, *Ovid.*

Superbus] Arrogans, Inſolens, Arrogantiæ plenus. Inflatus animus. Elatus animo, *Cic.* Nimius animi, *Liv.* Tumidus homo, *Hor.* Superbificus, *Sen.* Sublatus, *Cæſ.* Tumefactus vano nomine, *Mart.* Sufflatus ſcientiâ, genere, *Varr.* Faſtoſus, *Mart.* Faſtuoſus. Inflatus opinione, *Cic.* Ferox fortunis, *Acc.* Infrunitus, *Sen.* Circumſpectans ſe tanquam pavo. Pavo pulchritudine ſe oblectat. In cœlum exſpuit, *Adag.*

Superbus alienis plumis] Graculus Æſopicus.

Superenatare, vid. *Emergere*.

Supereſt] Superat aliquid alicui. Redundat aliquid de, ex aliquo. *Cic.* Superabundant aliqua, *Vlp.* Superſit, *Col.* Superfluit. Supervacat. Supra modum neceſſarium eſt aliquid, *Gell.*

Superficialis] Superficiarius, *Bud.* Perſonata felicitas, *Sen.* Bracteata, *Id.* Extraria lux, *Lucr.* Inumbratus, *Celſ. IC.*

Superficialiter] Primoribus labris deguſtare. Extremis digitis attingere aliquid. Summis labris invitare, *Hieron.* A limine ſalutare. Guſtare ut canis de Nilo. De plano cognoſcere, *IC.* Vid. *Negligenter.*

Superficies] Tergum terræ, *Lucr.*

Superfluere] Supervacare, *Gell.* Superficere. Superabundare, *Vlp.* Pro ſupervacaneo ac inutili haberi, *Liv.* Inanem, ſupervacaneum eſſe. Supervacaneum eſt quicquid uſum non habet, *Cic.* Vid. *Supereſt.*

Superfluus] Superfluens, *Sen.* Nimius, ſupervacaneus, *Cic.* Supervacuus, *Plin.* Exſuperatorius menſis, *Lamp.* Superficiens aqua, *Vlp.* Vid. *Abundans.*

Superflua reſecare, utilibus retentis] Inane abſcindere ſoldo (*Hor. jubet.*)

Superflua agere] Currentem incitare. Ignes hortari ut caleant. Doctum docere. Memorem monere. Muſas hortari ut canant. Crœſi pecuniæ teruncium addere. In mare aquam deferre. Noctuas Athenas. In Ægyptum

 fruges.

Digitized by Google

fruges. Alcinoo poma dare. Arboribus folia. Cœlo ſidera addere. Lumen ſoli mutuare. Juxta fluvium puteum fodere. Mari aquas addere. Maria hortari ut effluant.

Superior] Superior loco, *Cicer.* Altior, *Saturn.* Vid. *Altus.*

Superior, vid. *Majores.*

Supernè, vid. *Deſuper.*

Superponere] Superimponere aliquid alicui rei, *Plin.* Inſuperponere. Supergerere. Superjicere aliquid, *Col.*

Superſtes, vid. *Reliquus. Vivus.*

Superſtitio] Ficta religio, *Cicer.* Scrupea religio, *Varr.* Pravè detorta opinio ruſticorum, *Col.* Metus, *Valer. Flac. Virg.* Superſtitioſa ſolicitudo, *Cic.*

Superſtitionibus fidem dare] Superſtitione anili obligari, conflictari, imbui, *Cicer.* Operari ſuperſtitionibus, *Liv.* Superſtitio mentes omnium occupavit, oppreſſit, *Cicer.*

Superſtitioſus] Plenum ſuperſtitionis & anile aliquid. Superſtitione imbutus. Superſtitio mentem ejus occupavit, *Cic.* Religioſus, *Ter.* Stultæ & miſerè ſumus omnes religioſæ. Scrupeus. Vid. *Cod.*

Supervacuus, vid. *Superfluus.*

Supervenire] Intervenire, *Cic.*

Supinus] Supinatus, *Quint.* Supus, *Lucil. Feſt. Scal.* Reſupinus, *Plin.* Reſupinatus, *Vopiſc.*

Suppeditare, vid. *Subminiſtrare.*

Suppetiæ, vid. *Auxilium.*

Supplicare Deo] Adorare ſuperos prece, *Ovid.* Vid. *Orare Deum.*

Supplicare homini, ſupplicem fieri] Orare multis & ſupplicibus verbis. Vobis ſupplex manus tendit patria. Veſter eſt ſupplex judices, *Cic.* Suppliciter orare, poſtulare, *Liv.* Vid. *Procidere ad genua. Obſecrare.*

Supplicatio] Libellus ſupplex, *Mart.* Libellus, *Iuv.*

Supplicium mortis] Ultima pœna, *Liv.* Cruenta mors, *Ovid.* Noviſſima exempla meritus, *Tacit.*

Supplodere pedem, Cic.] Tundere pede terram. Pulſare humum

Digitized by Google

humum pedibus, *Hor.* Pede terram crebra ferit, *Virg.* Calcaneis ſtrepitum movere, *Scal.* Pedes allidere ad terram, *Hieron.* Crepitum ſuſcitare pede, *Propert.*

Supploſio pedum] Pulſus pedum, *Virg.*

Supponere aliud quidpiam] Supponere puerum, *Terent.* Subdere partum, *Paul. IC.* Subjicere falſum teſtimonium, *Cic.* Nomen alicujus, *Vlp.* Gallinis pullos adulterinos, *Plin.* Subſtituere alia pro aliis, *Id.*

Suppoſitio] Subjectio teſtamentorum, *Liv.* Subjectus, *Plin.* Suffectio, *Arnob.*

Suppoſitititus] Suppoſitus, *Cic.* Subdititius liber, *Quint.* Subditivus ſervus, *Plaut.* Subditus partus, judex, teſtamentum, *IC.*

Supprimere, vid. *Opprimere.*

Suppurare] Ulcerare, *Cicer.* Abſcedere. Pus erumpit, fluit. Suppuratio oritur, *Celſ.* Caput fecit apoſtema, vel abſceſſus, *Plin.*

Suppuratio] Hulceratio, *Celſ.* Exulceratio interaneorum, *Plin.*

Suprà] Supera paulò antè dixi, *Lucr.* Superiùs, *Sipont.*

Supradictus, vid. *Præfatus.*

Supremum tempus] Suprema, *pl. Amm.* Extremus ſpiritus, *Cic.* Exodium vitæ, *Varr.*

Surculus, vid. *Planta. Talea.*

Surdeſcere] Surdum fieri, *Ter.*

Surdus] Surdus veritatis, *Col.* Captus auribus. Senſu audiendi carens, *Cicer.* Auditu carens. Auditus illi negatus, *Plin.* Exſurdatus, *Sen.* Cervo demiſſis auribus ſurdior. Surdior turdo, *Eraſ.*

Surgere] Exſurgere à genibus, *Plaut.* Erigere ſe, *Cicer.* Conſurgere. Aſſurgere, *Id.* Tollere ſe ſolio, *Virg.*

Surrogare. vid. *Subſtituere.*

Surſum ferri] Sublime ferri, *Cic.* In ſublime tendere, ferri, *Plin.* Sublime raptus, *Tac.* Sublimem abire, *Liv.* Sublimem rapere aliquem, *Ter.* Petere ſublime, *Plin.* Supernè tendit non in terram, *Id.* Ad ſupera ferri. Surſum

 verſus,

Digitized by Google

verſus, *Cic*. Altum petere, *Ovid*. Surſum curſitare, *Cic*. In ſummum aliquid trahere, *Col*. Peteſſere auras, *Lucr*.

Suc] Porca, *Cat*. Porcetra, *Gell*. Porcus fœmina, *Cic*.

Suſcipere negotium] Suſcipere provinciam. Suſtinere curam, cauſam alicujus. Recipere onus. Depoſcere ſibi partes, *Cic*. Sumere partes aliquas, *Quint*. Subire defenſionem, *Plin. Iun*. Ire in opus alienum & operam polliceri. Condicere operam; *Plaut. i. e.* Suſcipere opus, *Bud*. Supponere collum oneri, *Ovid*.

Suſcitare, Vid. *Excitare*.

Suſpectus] Suſpectiſſimus, *Vlp*. Suſpicioſus: ſuſpicioſum aliquid facere. Affinis ſuſpicionis. Cadit, convenit in eum, pertinet ad eum ſuſpicio. Reſidet in eo ſuſpicio. Venit, incidit in ſuſpicionem. Cadens in ſuſpicionem. *Suſpectus* nomine negligentiæ. Suſpectior, *Cic*. Invidioſum judicium, *Id*.

Suſpendere aliquem] Suſpendere infelici arbore, *Cic*. In furcas, *Vlp*. Suffigere cruci, *Val. Max*. Interſtringere gulam, *Plaut*. Furca figere aliquem, *Calliſtrat*. Mandare alicui laqueum.

Suſpendere ſe] Suſpendio vitam finire, *Suet*. Injuriæ remedium ſuſpendio quærere, *Cic*. Penſilem ſe facere. Literam longam ex ſe facere, *Plaut*. Laqueo nodatus à trabe ſublimi triſte pependit onus, *Ovid*. Ad reſtim illi res rediit, *Ter*. *In laqueum collum inſerenti* ſubvenire, *Cic*.

Suſpicari] Suſpicari aliquid de aliquo. Habere ſuſpicionem alicujus rei. Suſpectus mihi eſt. Perculſus ſum hac ſuſpicione, *Cic*. Suſpicere aliquem, *Saluſt*. Suſpectare, *Ter*.

Suſpicere cælum] Suſpicere in cœlum, *Cic*. Suſpectare ſidera, *Mart*. Intendere oculos in cœlum, *Non*.

Suſpicio] Suſpectio, *Ter*. Opinio. *Varr*. *Cic*.

Suſpicioſus] Suſpicioſus in ſuos, *Cic*. Suſpicax, *Tac*. Suſpicatrix, *Varr*.

Suſpirare, vid. *Ingemiſcere*.

Suſtentare ſe] *Cic*. Suſtentari aliquo cibo, *Col*. Colere vitam inopem, *Ter*. Trahere vitam quoquo modo, *Plin*. Tolerare vitam, *Cic*. Se, *Caſ*. Suo vivitare, *in* 12. *Tab*.

Vix

Digitized by Google

Vix agitat, *Ter. Saluſt.* Suſtentare ſe ſcholâ, *Suet.* Facere piraticam, *Cic.* Scrutariam, *Apul.* Scriptum, *Gell.* Alimenta arcu expedire, *Tac.* Tolerare vitam colo, *Virg.* Lacte, *Col.* Uti alicunde, *Ter.* Vivere pane, *Plin.* De lucro, *Cic.* Ex rapto, *Ovid.* Victitare ſorbilo, *Plaut.*

Suſtentare aliquem] Suſtentare tenuitatem alicujus, *Cic.* Famem alicujus, *Cæſ.* Tueri aliquo legiones, *Cic.* Tolerare aliquem ſua pecunia, *Plin.* Tolerare equitatum, *Cæſ.* Vid. *Alere. Fulcire.*

Suſtentatur qualibet res ſuis] Ignis cineribus alitur ſuis.

Suſtentatio] Nutricatio plantarum: nutricatus herbarum. Alimonium, *Varr.*

Suſtentator] Columna familiæ.

Suſtentaculum ſit firmum] Fulcrum trabe debilius ne ſit.

Suſtinere aliquid] Suſtinere Remp. cervicibus ſuis: Humeris Remp. negotium humeris, *Cic.* Suſtinere pugnam, *Liv.* Suſtentare aciem, *Tac.*

Suſurrare] Muſſare, *Plaut.* Muſſitare, *Liv.* Garrire in aurem, *Perſ.* Sufflare in aurem alicui aliquid, *Plaut.* Stillare in aurem. *Iuv.* Tenui murmure dicere, *Ovid.* Inſuſurrare aliquid alicui: in aurem alicui, *Cic.*

Suſurrus] Suſurrum, *Ovid.* Suſurratio, *Cic.* Suſurrâmen, *Apul.* Inſuſurratio, *Iul. Capit.* Strepitus: non ſtrepitu ſed clamore &c. *Cic.* Admurmuratio, *Id.*

Sutor] Calceolarius. Solearius, *Plaut.* Diabathrarius, *Id.* Crepidarius, *Gell.* Sutates (*pl. i. ſutores*) *Plaut.* Dentibus antiquas ſolitus producere pelles, *Mart.* Calcearius, *Lav.*

Sutorius] Sutrinus, *Tac.* Crepidarius cultellus, *Gell.*

Sutrina] Sutrinæ tabernæ, *Tac.* Suterna, *Apul. Taubm.* (Sutrinum, *ars ipſa eſt, Sen.*)

Sutura] Compages, *Plin.* Commiſſura, *Iun.*

Suus cuique mos] Quot capita, homines, tot ſententiæ. Quiſque ſuo ſenſu abundat.

Symbolæ nihil adferre] Immonem venire.

Symbolam dare] Conferre in medium argenteos in aliquid,

Digitized by Google

quid, *Suet.* Conferre in commune. In partem impen venire. Contribuere pecuniam. Congerere, *Cic.* Intribuere, *Plin.*

Sympathia] Rerum diſtantium naturalis cognatio. Cognatio naturæ, & qſ. concentus ac conſenſus. Convenientia & conjunctio naturæ, *Cic.* Conſenſus rerum occultæ naturalis inter ſe: contagio, contages, *Cal. Rhod.*

Symphonia] Concordia vocum diſcors, *Ovid.* *Vid. Melodia.*

T.

T*Abellarius*] Tabellio. Grammatophorus, *Eraſ.* Perlator litterarum. Vid. *Curſor.*

Taberna] Inſtitoria taberna. Tabernula, *Suet.* Umbra tonſoris, *Hor.* *i. taberna, Lamb.*

Tabes] Tabitudo, *Plin.* Marcor. Phthiſis. Malus habitus corporis, *Celſ.* Conſumptio ſui, *Cic.* Mala nutritio, *Gar.*

Tabeſcere] Tabe laborare, conſumi. Lentâ tabe liquitur, *Ovid.* Extabeſcit macie corpus, *Cic.* Contabeſcere luctu. Exareſcere diuturnâ miſeriâ, *Cic.* Macerari lentis ignibus, *Hor.*

Tabidus] Ad tabitudinem redactus. Phthiſicus. Atrophus qui cibum non ſentit, *Plin.*

Tabula] Tabella, *Cic.*

Tacere] Obticere, *Ter.* Silere, *Cic.* Favere ore, *Virg.* Ne mutire quidem audent, *Soſip.* Neque mu facere audent. *En.* Muſſare, *Lambin.* Vid. *Silere.*

Tace] Quod ſcis, neſcias. Digito compeſce labellum, *Iuv.* Tacito opus eſt, *Plaut.* Quod bonum eſt, id tacitus tecum taceas, & gaudes, *Id.* Verbum cave faxis verbero. *Id.*

Tacebo] Ne ſol quidem ſciet.

Tacendum prius locuturo] Loqui ignorabit, qui tacere neſciet. Loqui neſcit, & tacere non poteſt.

Tacitè] Tacito. Silentio ferre plagas. Tacitus aſſentitur. Tacendo loqui videbantur, *Cic.* Per ſilentium, *Ter.* In aurem dicere. Vaſis non conclamatis abire, *Caeſ.* Silenter ...

Tacitè res geruntur optimè] Ante ferit, quam flamma mi-
cat. Altiſſima flumina tacito labuntur ſono.

Taciturnitas] Fide & taciturnitate opus eſt, *Ter.*

Taciturnitas utilis] Præſtat pede quam lingua labi.

Taciturnus] Taciturnulus, *Apul.* Taciturniſſimus, *Plaut.* Mutum forum, *Cic.* Elinguis curia, *Plin.* Lingua huic excidit, ut ego opinor, *Plaut.* Areopagita taciturnior. Harpocratem reddit. Statua taciturnior.

Taciturnus eſto] Alios quod ſilere voles, ipſe primum ſile.

Tacitus] Tacitus curſus fluminis tacita vox, *Ovid.* Silens dies à ventis. Dies ſpiritus ſilentis, *Col.* Silens cœlum, *Plin.* Mitis, placatus, *Virg.*

Tacitus aſſeſſor] Muta perſona.

Tactilis] Tractabilis. Sub tactum cadens, *Cic.*

Tactus] Contactus, *Col.* Contrectatio. Tactio, *Cic.* Tractatus, *Quint.* Attrectatus, *Cic.* Attactus, *Virg.*

Tæda, vid. *Fax.*

Tædet me] Tædet nos vitæ, *Cic.* Tædeſcit me, *Min. Fel.* Capit me tædium belli, *Liv.* Pertæſum eſt me, vel illum, alicujus rei, *Cic.* Pertæſus ignaviam ſuam, *Suet.* Pertædebat matrimonii, *Gell.* Pertædeſcit, *Cat.* Diſtædet aliquem domi, *Plaut.* Diſtædet cum hoc loqui, *Ter.* Percipit me odium agri &c. Odium me cepit alicujus rei, *Id.*

Tædioſus] Tædulus, *Feſt.* Faſtidioſus, *Cic.*

Tædium] Faſtidium alicujus rei, *Cic.* Odium, *Ter.*

Cum tædio] Faſtidioſe aliquid exſpectare, *Cic.* Moroſe, *Id.*

Talea] Taleola. Malleolus, *Col.* Virga malleolaris, *Id.* Surculus utrinque capitatus, *Plin.* Clava Palladius. Clavola. Præſegmen, *Varr.* Plantarium. Semen, *Virg.* Viviradix, *Col.* Planta quæ cum radice terræ inſeritur, *Plin.*

Talio] Vices, *Hor.* Vicem reddere, *Mart.* Æquilibritas, *Gell.*

Talionis pœna] Ab alio exſpectes, alteri quod feceris. Non eſt lex juſtior ulla, quàm necis artifices arte perire ſuâ, *Ovid.*

Talis] Ejuſmodi. Hujus generis. Id genus. Is. De eodem genere, *Cic.* Hujus notæ, *Col.* Ad eam faciem eſt, *Plaut.* Sic oculos, ſic ille manus, ſic ora ferebat, *Virg.*

Digitized by Google

Talia talibus conveniunt] Dignum patellâ operculum. Similes habent labra lactucas.

Taliter, vid. *Ita*.

Tam, vid. *Adeo*.

Tam quàm] Æquè quam. Item quaſi, *Plaut*. Item atque, *Varr*. Item ut, *Id*. Item quemadmodum. Item uti, *Cic*. Ita ut ſi, *Ter*. Taliter, qualiter, *Mart*. Sic quaſi. Pariter ſiem des, qualis es. Tam atque. Proinde ut, *Plaut*. Sic, quomodo. Ita quaſi. Quâ, quâ, *Cic*.

Tamdiu donec] Tantiſper quoad. Tamdiu quoad, *Pl*. Tàmdiu quàmdiu: tandiu dum. Tantiſper dum. Uſque eo dum, *Cic*. Uſque dum. Uſque adeo dum. Uſque adeo donec, *Ter*. Uſque eò donec. Ut adhuc locorum feci, *Plaut*. Hactenus. Adhuc. Eatenus, *Cic*. Ad id locorum (*de tempore*) *Liv*. Eouſque, *Col*. Eò ad, dum. *Apul*. Etiam dum, *Ter*. Iſtactenus, *Plaut*.

Tamen] Attamen. Nihilominus. Nihilominus tamen, *Cic*. Secius. Verumtamen. Sed tamen, *Id*.

Tandem] Aliquando. *Plaut*. Demum. Jam verò. Ultimò. Denique, *Cic*.

Tandem verum eſt factum] Hoc jam & vates ſciunt.

Tangere] Attingere aliquem. Contingere, *Cic*. Tractare, *Col*. Attrectare, *Cic*. Contrectare, *Col*. Perſtringere, *Col*.

Tanquam] Veluti, *Hor*. Quaſi. Quaſi ſi, *Plaut*. Quaſi verò, *Ter*. Inſtar Deorum, *Tac*. Ad inſtar, *ad Her*. Perinde ac ſi, quaſi. Ut ſi, *Cic*.

Tanti] Tantidem, *Ter*. Auro contra vendere, *Plaut*.

Tantum, tam multum] Ne pilo quidem minus.

Tantummodò] Tantummodo. *Plaut*. Tantum duntaxat. Duntaxat. Modò ut: ne: non modo, ſed etiam. Solum. Solos menſes novem, *Cic*. Triduum unum. Unos ſex dies, *Plaut*. Solis tribus ictibus, *Ter*. Tenus: Verbo tenus, *Cic*. Intra verba peccare, *Curt*. Omnino: Quinque omnino fuerunt qui &c. *Cic*. (*i. tantum, Bud.*)

Tardare] Poſterare, *Pallad*. Serus, vel ſeriſſimus omnium ſum, advenio, *Plin*. Serius venire, *Acc*. Serò allata epiſtola, *Cic*. Poſt venire, *Plin*.

Tardè

Digitized by Google

Tardè] Lente, *Plin.* Spiſſe, *Cic.* Pro ſpiſſo evenit, *Plaut.* *tardè*) Spiſſius naſcimur, quam morimur. *Var.* Moroſe, *Plin.* Moroſiſſime, *Suet.* Gravate, *Cic.* Myrmicè incedere, *Catul.* Elephanti citius pariunt. Pulmo citius venerit, *Plaut.* Incedere paſſu anili, deſide, inerti, tardo, ſuſpenſo gradu.

Tarditas] Cunctatio, *Cic.* Mora, Lentitudo, *Tac.*

Tardus] Tardus pes, *Ovid.* Lentus. Spiſſus, *Cic.* Moroſus, *Plin.* Tardior quam corbita in tranquillo mari. Cochleam tarditate vincit. Formicinum gradum movet. Teſtudineus gradus. Tandem ſi podagroſis eſſet pedibus, jam rediiſſe oportuit, *Plaut.* Pulmoneis pedibus eſt. Cum pedicis condidiciſti hoc graſſari gradu, *Id.* Teſtudine tardior, *Eraſ.* Aſello tardior, *Id.* Vid. *Impromptus.*

Tartarus, vid. *Infernus.*

Taurus] Maritus pecoris.

Tautologia] Bis eadem repetere ridiculum. Occidit miſeros crambe repetita magiſtros, *Iuv.*

Taxare] Facere pretium rei, *Plin.* Statuere quanti ſit aliquid, *Cic.* Cenſere bona, prædia, *Id.* Æſtimationem facere, *Cæſ.* Parvi pretii deputare operam alicujus, *Ter.* Habere æſtimationem, *Cic.* Vid. *Æſtimare, Obloqui.*

Quæ in aliis taxas, ipſe fugias] Omnia quæ vindicas in alio, tibi ipſi vehementer fugienda ſunt. Quod aliis vitio vertis, id tibi non ducas laudi.

Taxatio] Æſtimatio, *Cic.* Cenſio, *Feſt.*

Taxator] Æſtimator. Cenſor, *Cic.*

Teckna, vid. *Fraus.*

Tectorium opus] Tectorium, *Abſ. Plin.* Tectura parietis, *Pallad.* Albarium opus: album opus. Lorica ex calce & arena. Corium ex tectorio parietibus inducere. Cruſta. Nucleus ex teſta tuſa in pavimenta, *Vitruv.* Cruſtatio inducta, *Philand.*

Tegere] Tegere involucris aliquid, *Cic.* Contegere, *Plin.* Integere, *Stat.* Obtegere, *Cæc.* Protegere ab imbri, *Plin.* Occulere, *Cic.* Adoperire, *Col.* Operire. Convelare, *Plin.* Velare. Subtegere, *Ovid.*

Teges,

Digitized by Google

Teges, vid. *Storea*.

Tegumentum] Integumentum tecti. Tegmen, *Cic.* Tegmen, *Liv.* Tegillum, *Varr.* Operimentum, *Cat.* Opertorium, *Sen.* Opertura, *Amm.* Opertus, *Apul.* Coopermentum, *Gell.* Tegeticula, *Col.* Prætextum, *Plin.* Solia, *Varr.* Soliſternium, *Feſt.*

Tela, vid. *Linteum*.

Telum, vid. *Iaculum*.

Temerarius] Inconſideratus, *Cic.* Incogitatus, *Plin.* Oratio ejus in ore, non in pectore naſcitur, *Gell.* Præfidens, *Cic.* Confidens homo, *Ter.* Scatet verbis ſine ullo judicio. Incogitabilis, *Plaut.* Inconſulta amentia, *Quint.* Præceps conſiliis. Cœci conſules. Temerarius pluma eſt, vel palea, quam omnis ventus agit.

Temerarius provocat peritiorem] Dares Entellum provocat: Tiro Veteranum.

Temeraria credulitas] Glaciei unius noctis fidere.

Temere] Clauſis oculis agere. Nullo conſilio agere. Sine judicio & modo. Inconſulte, *Cic.* Incogitato animo, *Plaut.* Immeditate ſcribere aliquid, *Gell.* Ex tempore dicere: ſubito dicere, *Cic.* Temeriter, *Acc.* Quicquid in buccam venerit loqui. Jaculari ſine ſcopo. Impetu magis quam conſilio.

Temeritas] Temeritudo, *Pacuv.* Incogitantia, *Plaut.* Præcipitatio, *Sen.* Inconſideratiſſima temeritas, *Cic.*

Felix temeritas] Athenienſium inconſulta temeritas.

Temeritas noxia] Culex lychno ſe committens aduritur. Omnibus in rebus temeritas turpis.

Temperans] Temperatus, temperatiſſimus, moderatus: ſalubri & moderato victu. Siccus, frugi, continens, cibi minimi eſt, *Cic.*

Temperans eſto] Mature fias ſenex, ſi vis diu eſſe ſenex.

Temperanter] Caſtigatius vivere, *Amm.* Parvo vivere, *Hor.* Exiguo, *Claud.* Vid. *Frugaliter. Mediocriter.*

Temperantia] Temperantia in victu, in prætermittendis voluptatibus, *Cic.* In cibis, *Plin.* Sophroſyne, *Cic.* Vid. *Frugalitas. Mediocritas.*

Tempe-

Digitized by Google

Temperantia ſanitatis mater] Multa fercula, multi morbi.

Temperantia decet ſapientem] Anima ſicca, anima prudens.

Temperantia prodeſt] Cœna frugi non facit inſaniam. Mater ſanitatis indigentia. Multa fercula, multi morbi.

Tempeſtas] Conflata ventis tempeſtas & imbres, *Liv.* Fœda tempeſtas cum grandine, adverſa, *Cicer.* Sæva, turbida, *Lucr.* Turbidum tempus. Perturbatio cœli, *Cicer.* Intemperantia cœli, *Col.* Intemperies, intempeſtas cœli. Immite & turbidum cœlum, *Plin.* Malitia cœli, *Varr.* Tempus anni adverſum, *Cic.* Imber effuſus nubibus, *Virg.* Conficitur ſidus, *vel* ſignum, *cùm tempeſtas ſævit*, *Turneb. ex Plin.* Vehemens ventus, & immoderata tempeſtas, *Cic.*

Tempeſtivè] De tempore cœnant, *Hirt.* Satis tempore venire. Maturè venire, *Cicer.* Per tempus legatur ſalix, *Cato.*

Tempeſtivus, vid. *Præcox. Opportunus.*

Tempeſtuoſus] Turbidum, turbulentum tempus: calamitoſum cœlum, *Cic.* Procelloſum mare, *Sen.* Cœlum, *Col.* Totus annus hiemavit, *Sen.* Intempeſta nox, *Virg.* Inſerenus, *Stat.*

Templum] Ædes ſacra, *Varr.* Dominicum, *Hieron.* Sacrum, *Paul. IC.* Domus Dei, *Tertull.* Fanum, *Cic.* Sacrarium ritûs Chriſtiani, *Amm.* Monimentum, *Cic.*

Temporalis] Temporarius, *Plin.* Momentarius, *Lampr.* Secularis, *in SS.*

Tempore, vid. *Opportune.*

Tempus] Spatium temporis, *Cicer.* Ætas, ævum, *Plin.* Dies, *Sen.* Intervallum, otium, *Cic.* Explorator omnium. Pater omnium. Omnium ſapientiſſimum. Omnia revelans. Edax rerum, *Ovid.* Uſura temporis, *Cic.*

Tempus eſt] Commodum eſt, *Ter.* Commodiſſimum eſt. Maturum eſt. Tempus optimum, opportunum. Tempus agit rem, *Cic.* Fert tempus, ætas, *Ter.* Res eſt in cardine, *Virg.*

Tempus non eſt] Alienum tempus eſt expoſtulandi. Tem-

Digitized by Google

pus importunum, difficile, *Cic.* Intempeſtivitas partus o[illegible] vi menſis, *Gell.*

Tempus ſummum] Maximum tempus eſt. Articulus te[illegible] poris, *Cic.* Maturitas temporis eſt, *Liv.*

Tempus habere, barb.] Cum plus otii nactus ero. tem[illegible] liberum. Libertas, Otiolum, *Cic.*

Tempus omnia profert] Annus producit, non ager.

Tempus exſpectandum] Exſpecta bos aliquando herbam.

Tempus oſtendet an verum] Fama loquetur anus. *Veri[illegible]* temporis filia. Omnium explorator tempus.

Omnia tempus habent] Non ſemper erit *æſtas. Non ſem-*per Saturnalia. Felici horâ nihil optatius. *In luctu Muſica* importuna.

Tempora mutantur] Poſt nubila Phœbus. Blandi *poſt nu-*bila ſoles, *Sen.* Nube ſolet pulsâ clarior ire dies, *Ovid.*

Temporis jactura maxima] Qui fallere quærit tempus, ſe-ipſum fallit.

Per tempus non poſſum] Tempore excludor. Tempus eſt importunum, alienum, *Cic.*

Tempus recludit omnia] Quicquid in occulto eſt, in apri-cum proferet ætas.

Tempus omnia conſumit] Vel lapidem vitiat tempus.

Tempore, vulgò] Sub tempus judicii, *Liv.* Sub horam pugnæ, *Suet.* Per ver, *Cato.* Super menſam, *Curt.* Sub dic, *Plin.*

Tempore miſero] Difficili Reip. tempore. Triſtiſſimo meo tempore. Graviſſimis temporibus civitatis. Duris, miſe-ris, aſperis, turbulentis, extremis, perditis temporibus *Cicer.*

Temporis progreſſu] Temporis proceſſu, *Firm.* Tempo-re procedente, *Plin. Iun.* Addito tempore, *Tac.* Progreſſu ævi, *Amm.*

Tempore perit dolor] Dies adimit ægritudinem homi-bus, *Ter.* Tempus procedens mitigat ægritudinem, *Cic.* Lenteſcunt tempore curæ.

Tempore proficimus] Alius de alio judicat dies, *Plin.* Dies diem docet. Diſcipulus eſt prioris poſterior dies.

Tem-

Digitized by Google

Temulenter inter pocula] Ad vinum diſertus, *Cicer*. Per vi-
im exortum diſſidium, *Plaut*. Inter vina, *Hor*.

Temulentia, &c. vid. *Ebrietas, &c.*

Tenacitas, vid. *Stabilitas*.

Tenax ſordidè] Lari ſacrificat. Aquam plorat cùm lavat. mptor difficilis haud edit bonum opſonium, Euclionis rdes. Vel unguium præſegmina colligeret. Ne allii ca- it dederit. Euclione tenacior. Vid. *Parcus*.

Tendere aliquò, vid. *Proficiſci*.

Tendicula, vid. *Laqueus*.

Tenebræ] Obſcuritas, *Cic*. Privatus aër lumine, *Lucr*. ux maligna, *Virg*. Oculorum præſtigiæ. Rerum ve- ator.

Tenebræ denſæ] Cimmeriæ, Ægyptiacæ tenebræ.

Tenebricoſus] Obſcurus, *Liv*. Tenebroſus locus, *Varr*. Caliginoſus, *Cicer*. Tenebricoſiſſimus. Tenebræ illi ſunt, offunduntur, *Id*. Obortæ tenebræ, *Ovid*. Cæcus, *Virg*. Illunis, *Apul*. Obatrum cornu lunæ. Obtuſa cornua lu- næ, *Plin*.

Tenebrio] Lucifuga, *Sen*. Lucifugus nebulo, *Lucil*. La- tebricola, *Plaut*.

Tener] Mollis, infimâ auriculâ mollior. Lentus ut cera, *Cic*. Cereus, *Hor*. Edurus, *Virg*.

Tenerum quid] Manum requirens modeſtiſſimam.

Tenere] Tenere dextrâ aliquid, *Ovid*. Manu in manu, *Cicer*. Attinere cultros, *Plaut*. Prætendere aliquid ma- nu, *Virg*.

Tene quod habes] Quod cuique obtigit, id habeat.

Tentare aliquem] Tentare aures alicujus verbo nefa- rio, *Cicer*. Pertentare, *Terent*. Oppugnare aliquem pecu- niâ, *Cic*.

Tentare aliquid] Attentare urbem, *Cic*. Moliri corrupte- lam judicii. Solicitare animos hominum pretio, *Cic*. Ad- pugnare claſſem, *Tac*. Omnes aleæ caſus experiri, *Amm*. Omnem aleam jacere. Omnem movere funem, lapidem. Omnes adhibere machinas.

Tentare impoſſibilia] Cancrum rectâ ingredi doces.

Digitized by Google

Tentatio] Tentamentum, *Ovid.* Vexatio virginum, *Ci*
Vexamen, *Lucr.* Inquietatio, *Liv.*

Tentator] Tentator novitatis, molitor rerum novarum, *Sueton.*

Tenuis] Pertenuis lamina. Pertenue filum, *Plin.* Sucrotilla vocula, *Titin.* *Afran.* i. tenuis & alta, *Feſt.*

Tepefacere, vid. *Calefacere.*

Tepidus] Pertepidus, *Vopiſc.* Tepens ſol, *Ovid.* Tepens aura, *Virg.* Lentus ignis tepor, *Plin.* Egelidum ver, *Ovid.* Egelidi tepores, *Catul.*

Terebrare] Perterebrare columnam, *Cic.* Forare, perforare vitem, *Col.* Inforare truncum in medio, *Plin.* Circumforatus, *Id.*

Terere] Diſterere caſeum in mortario, *Cat.* Subterere metam cum melle, *Col.* Vid. *Atterere.*

Tergere] Detergere, Extergere, *Cat.* Abſtergere labellum, *Plaut.* Defricare pumice, *Plin.* Circumfricare, *Cat.* Pertergere, *Hor.* Deſpumare, *Vitr.*

Terminare] Circumſcribere locum. Circumſcribere aliquid terminis, cancellis, *Cic.* Circumſignare, *Col.* Determinare, *Plin.* Præſcribere modum alicui, *Quint.* Proponere finem, *Ter.* Proponere lege. Definire locum, tempus, diem. Præfinem aliquid, & de aliquo. Finire modum ſepulchris. Statuere modum alicui. Præcîdere. Deſcribere. Terminare finibus gloriam, &c. *Cic.* Delineare, *Arnob.*

Terminatur aliquid] Terminatur ſtomachus palato. Deſinit. Finitur. Annuæ nobis operæ ad III. Calend. Sextiles *emerentur*, *Cic.* Deficit in mucronem aliquid. In angulos *exeunt* folia. Leni cuneo deſcendit faſtigiatio, *Plin.*

Terminus, vid. *Finis. Limes.*

Terra] Terra mater omnium. Terra altrix noſtra. Globus terræ. Orbis terrarum. Humus, Solum, *Cic.* Sola terræ, *Lucr.* Sola terrarum, *Enn.* Terrenum, *Col.* Tellus, *Virg.* Tergum terræ, *Lucr.* Nutrix & devoratrix omnium. Suſtentaculum ſolideſcentium corporum.

Terram roſtro fodicare] Roſtro terram ruere.

Terrenus] Terrena ſodalitas, *Cicer.* Terreſtre præſidium,

n, *Idem.* Iter, *Plin.* Terrigena: terrigenæ gigantes,
.
errere] Terrorem afferre, injicere, *Cic.* Incutere. Ter-
e minis, *Liv.* Terrores jacere, opponere, denuncia-
Metum objicere, incutere. Timore afficere. Propone-
iquid ad timorem, *Cic.* Conſtat cuſtodes umbris in-
tatos, *Suet.* Proterrere aliquem. Dare in timorem,
t. Conterrere, *Liv.* Intentare alicui formidinem, *Am.*
ucere. Conjicere in metum: metum inferre, *Liv.* In-
ere, *Tac.* In metum trahere, *Id.* Formidines oppone-
ic. Facere pavorem, *Liv.* Metum, *Tac.*
errent hic omnia] Omnia horriditati mihi erant maxi-
, *Nev.* Ipſa ſilentia terrent, *Virg.* Terret ſolitudo &
ntes loci, *Tac.* Aura ciet horrorem membris, *Lucr.* Pal-
ıtibus præcordiis vivitur.
erribilis] Terrificus. Terriloquus. Perterricrepus, *Lucr.*
riſonus, *Claud.* Larvalis forma, *Apul.* Trux claſſi-
, *Hor.* Horribilis. Immanis bellua. Metuendus, *Cic.*
endus, *Ovid.* Tremendus, *Virg.* Tetrum auribus, *Lucr.*
ret, *Tacit.* Horriditati eſt maximæ, *Nev.* Vid. *Horren-*
Horribile.
erricula nocturna, vid. *Lemures*
erriculamentum immane] Panicum, *Cic.* Fulgur ex pelvi.
nidatæ pennæ. Stramentitius homo.
erritus] Exanimis metu, & exanimatus, *Ter.* Conſcien-
eccati mutus, atque exanimatus, ac vix vivus, *Cic.* Ter-
animi. Conſternatus, *Liv.* Timefactus. Timore per-
ıs, *Lucr.* Exterrita ſomno, *Cicer.* Cœci trepidus ſub
timoris, *Lucan.* Lymphatus, *Curt.* Hydrophobus, *Plin.*
nitus, *Virg.*
error] Horror. Horribilis formido, *Cicer.* Terricu-
, *Liv.* Terricula, *Sen.* Lymphationes nocturnæ, *Plin.*
ſternatio, *Liv.* Exanimatio, *Cic.* Cataplexis, *Lucr.*
lrophobos, morbus, quo affecti aquam timent, *Celſ.*
ertiana, vid. *Febris.*
eſſera] Symbolum, *Veget.* Signum, *Sen.* Condictum
tare, *Spart.*

Digitized by Google

Teſta] Teſtum, *Petron.* Teſtu, *indecl.* ex *Varr.* *Co*
Cruſta marmorea, *Vitr.* Frivola, *pl. Feſt.*

Teſta ovi, vid. *Putamen.*

Teſta marina] Concha: conchas & umbilicos legere, *Ci.* Reduviæ concharum, *Solin.* Cruſta. Teſta limacis. Putamen teſtudinis, *Plin.* Conchula, *Col.*

Teſtaceus] Signinus, *Plin.* Signinum pavimentum, *Ci.* Cruſtata animalia: cruſtâ tecta durâ, molli, lævi, aſperâ, craſsâ, tenui, ut cochleæ, conchæ, oſtrea, &c. *Plin.*

Teſtamentum] Ceræ primæ, ultimæ, *ſecundæ, Suet.* Tabulæ ſupremæ, *Mart.* Teſtamenti tabulæ, *Quint.* Diathcca, *Bud.* Voluntas ultima, *Vlp.* Elogium ſupremum.

Sine teſtamento] Inteſtatus, Inteſtatò mortuus, *Cic.* Ab inteſtato, *Afran.* Inteſtabilis, *Vlp.*

Teſtamentum Vetus] Priſcæ legis inſtituta, monumenta.

Teſtamentum Novum] Novæ legis inſtitutum. Vitæ & doctrinæ Chriſti monumenta. Geſtorum & dogmatum Chriſti codex.

Teſtans] Teſtator, teſtatrix, *Vlp.* Legator, *Suet.*

Teſtari] Dare, dicere, tribuere teſtimonium, *Cic.* Perhibere, *Col.* Reddere, *Quint.* Dicere pro teſtimonio, *Cic.* Pertribuere teſtimonium alicui, *Plin. Iun.* Anteſtari, *Priſcian.* Atteſtari, *alii.* Vid. Teſtem *advocare.*

Teſtari, id eſt, teſtamentum facere] De re pupilli teſtari. Teſtamentum facere, conſcribere, *Cicer.* Teſtari ſuam voluntatem, *IC.* Cavere aliquid teſtamento, *IC.* Teſtatò decedere, *Vlp.* Condere voluntatem, *vel* voluntates. Ordinare poſtremam voluntatem, *Amm.* Teſtamento aliquid alicui commendare, *Cic.* Scribere heredem aliquem, *Quint.*

Teſtimonium] Teſtatio, *Quint.* Teſtificatio, *Cic.* Auctoritas, *Id.*

Teſtis] Superſtes, *Plaut.* Id eſt, *teſtis præſens, Feſt.*

Teſtis certus] Teſtis claſſicus, *Feſt.* Teſtis locuples, *Cic.* Teſtis aſſiduus, *Bud.* Teſtis omni exceptione major, *IC.* Teſtabilis, *Gell.* Teſtis oculatus, *Plaut.* Pluris eſt unus oculatus teſtis, quàm auriti decem.

Teſtem

Digitized by Google

Teſtem advocare] Teſtem aliquem facere, *Plaut. Ter.* Pro-
:rre teſtes. Planum facere teſtibus. Teſtari Deum, *Cic.*
'er ſuperos, *Plaut.* Anteſtari aliquem, *Id.* Teſticulari.
ovem teſtem laudo, *Id.* Conſcia ſunt numina, *Ovid.* Do
doneum & gravem teſtem in ſingulas res. Producere teſtes
ncorruptos. Excitare, adhibere teſtes, laudatores. Lauda-
tore & teſte aliquo uti. Teſtimonium veritatis ab aliquo
petere, ſumere. Habeo innocentiæ meæ teſtem. Teſtimo-
nium mihi ab aliquo datur, *Cic.* Vocare ad partes.

Tetricitas] Nubecula frontis, *Cic.* Vid. *Torvum videre.*

Tetricus] Triſti ſupercilio, *Lucr.* Adſtricta frons, *Mart.* Agelaſtus, *Cic.* Dejecto lumina vultu, *Virg.*

Texere] Contexere, *Cic.* Telam facere, *Ovid.* Pectine telam percurrere, *Virg.* Dentibus pectinis ferire tramam, *Varr.* Plauduntur veſtes, *Virg.*

Textor] Gerdius, *Lucil.*

Textum] Textile, *Liv.* Textura, *Sipont.*

Theatrum] Theatridium, *Varr.* Spectaculum, *Suet.* Scena, *Cic.* Proſcenium, *Liv.* Amphitheatrum, *Mart.* Cavea, *Plaut.* Gradus, *Lipſ.*

Theatricus] Theatralis conſeſſus, *Cic.*

Theologia] Sermo de Deo, aut rebus divinis.

Theologi] Atrienſes cœli. Duces animarum.

Therma] Thermulæ, *Mart.* Aquæ, *abſol. Cic.* Balneæ ſine balneatore. Medicinæ ſine Medico.

Theſaurarius] Ærarii rex, præfectus, *Cic.* A rationibus, *Suet.* A theſauris. Vid. *Quæſtor.*

Theſaurizare] Condere in theſauros aliquid, *Plin.*

Theſaurus] Flaviſſæ, *Gell. pro loco.* vel Faviſſæ.

Thorax ferreus] Thorax ahenus, *Virg.* Plumbeus, *Plin.* Lorica ferrea, *Varr.* Ænea, *Cic.* Ex ære, *Virg.* Tunica adamantina, *Hor.* Tunica recta, *Plin.* Arma: induere arma, *Ovid.*

Thronus purpureus] Purpurei throni honor.

Thurarius] Thurilegus, *Ovid.*

Thureus] Thurifer, *Plin.* Thuticremus focus. *Ovid.*

Thuribulum] Acerra, *Mart. Plin.* Battillum, *Hor.*

Thus] Thuſculum, *Plaut.* Dathiatum, *vel* Dathyatum. Carpheotum, *Plin.*

Tibi ſæpe] Qui ſibi ſilentium non ſapiunt, alteri mo-ſtrant viam.

Tibia] Tibiæ dextræ, *ap. Ter.* Præcentoriæ tibiæ, *Sol.*

Tibialia] Genualia, *Ovid.* Periſcelis, idis, *Hor.*

Tibicen] Auletes, & auledus, *Cic.* Choraules, *Plin.* C-raula, *Mart.* Flator. Gingrinator, & Gingriator, *Feſt.* Si-bulo, *Id.* A *ſibilare.* Tibicina, *Plaut.*

Timere] Timere aliquid: timeo mihi ab aliquo: timeo quid agatur. Subtimere. Timore percelli. Tremere ani-mo, *Cic.* Lymphari, trepidare, *Curt.* Sperare, *Virg.* Magno eſſe timore. Pavere, reformidare aliquid. *Horrore* per-fundi. Horrere minas, conſpectum, *Cic.* Perhorreſcere ali-quid, *Id.* Horreſcere, *Terent.* Metuere ab aliquo. *Vereri* ab aliquo ſupplicium: ne: vereor ut ſatis firmum ſit, *Cicer.* Prætimet tibi, *Plaut.* Formidare ſibi malum. Afformida-re, *Id.* Præformidare, *Quint.* Paveſcere, *Tac.* Terreri, *Plaut.* Vid. *Metuere.*

Timidè] Diffidenter aliquid attingere. Religiosè com-mendare, *Cic.* Pavidè, trepidè, *Liv.* Trepidanter, *Suet.* Suſpensâ manu, *Plin. Iun.* Obnoxiè dicere, *Bud. ex Liv.*

Timidus] Abjecto, demiſſo, humili, puſillo, fracto, an-guſto, muliebri animo. Formidinis plenus, *Cic.* Corde ge-lato, *Luc.* Meticuloſus, *Plaut.* Prætrepidus, *Suet.* Obnoxius & trepidus, *Id.* Pavidus, *Hor.* Pavidiſſimus, *Sili.* Formidolo-ſus, *Ter. Col.* Neque vigilans, neque in ſomnis mente poteſt conſiſtere, *Cic.* Animus in pedes decidit. Ante tubam tre-pidat. Lepore, damâ timidior, *Eraſ.* Parùm Vir. Vel muſcas metuit prætervolantes. Corpus ſine pectore. Crepitus fron-dium leporem terret. Degenerem trepidatio prodit. De-generes canum caudam deflectunt ſub alvum.

Timidi minaces] Canes timidi vehementiùs latrant.

Timidus miles] Lepus galeatus. Omnia tuta timet, *Virg.* Umbram ſuam metuit, *Cic.*

Timida vita] Leporis vita. Lepus dormiens. Leporinus ſomnus.

Timor] Timiditas. Formido. Reformidatio. Metus. Dif-fidentia futuri mali, *Cic.*

Timor

Timor malè ominatur] Peſſimus in dubiis augur timor.

Timor verecundiæ cuſtos] Ubi timor, ibi pudor.

Tinctor] Infector, *Plin.* Offector, *Feſt.* Colorator, *Gell.* Flammearius. Carinarius, *Plaut.* Caltularius, *Douz.*

Tinctura] Tinctus, us. Infectus, us, *Plin.*

Tinctus, vid. *Coloratus.*

Tingere, vid. *Intingere*, *Colorare.*

Tinnire, vid. *Sonare.*

Tinnunculus] Tinunculus, Columbarum amicus.

Tiro] Tirunculus, *Iuv.* Novitius, *Var.* De grege novitiorum, *Cic.*

Tirones ſapientiæ] Initiati Muſarum ſacris.

Tiro provocat, &c. Vid. *Temerarius.*

Tirocinium] Elementa puerorum. Seminarium triumphorum. Incunabula doctrinæ, *Cic.* Initiamenta, *pl. Sen.* Rudimenta dicendi, *Quint.* Militiæ, *Paterc.* Vid. *Exercitatio.*

Titillare] Titillare ſenſus, *Lucr.* Prolectare ſenſus, *Vitr.* Laceſſere corpus mollibus & lenibus fomentis, *Sen.*

Titillatio] Titillatus, *Plin.* *Tactu* quodam *corporis* riſus laceſſitur, *Quint.* Scalpurigo blandiens, *Solin.*

Titubans] Lapſans greſſu, *ex Sil.* Lapſabundus, *Sen.* Quaſſabundus Hercules ebrius, *Macrob.*

Titubare] Succidui titubant greſſus, *Claud.* Veſtigia pedum extra menſuram aberrantia, *Petron.* Veſtigia preſſo haud tenuit titubata ſolo, *Virg.* Vacillare ex vino, *Quint.*

Titubatio] Lapſans greſſus, *Sili.* Ebrius gradus, *Sen.* Veſtigia ebria multo Baccho, *Propert.*

Titulus] Titulo tenus Conſulatum geſſit, *Suet.* Vid. *Inſcriptio.*

Toga] Toga virilis, pura, *Cic.* Abolla major, *Iuv.* Vid. *Paludamentum.*

Tolerabilis] Patibilis dolor, *Cic.* Commodum exilium, *Ovid.*

Tolerabiliter] Tolerabiliùs pati dolores. Toleranter ferre, pati, *Cic.*

Tolerans, vid. *Patiens.*

Digitized by Google

Tolerantia] Toleratio. Perfunctio laborum, *Cic.* Patientia malorum, *Ovid.*

Tolerantia mutua] Amici vitia noveris, non oderis.

'*Tolerare*] Ferre malum. Toleranter, tolerabiliter ferre, æquo animo, pacatè &c. *Cic.* Vid. *Pati æquo animo.*

Tolerare mores alicujus] Ferre aliquem. Nobis inter nos vitia toleranda ſunt, *Cic.* Vincere aliquem patientiâ; ſilentio conviciatorem, *Bud.*

Tollere] Tollere in ſublime aliquid, *Plin.* Suſtollere, *Plaut.* Extollere, ſublevare. Subire humeris, *Cic.* Tollere in collum, *Plaut.*

Tolutarius] Tolutaris equus, *Sipont.* Gradarius, *Lucil.* Aſturco, *Plin.*

Tolutim incedere] Tolutim carpere inceſſus, Plin. Sinuare volumina crurum. Greſſus glomerare ſuperbos, *Virg.* Ad numerum colligere ungulas, *Mart.*

Tomaculum] Tomaclum, *Britan.* Tomaculæ, *Iuv.* Tomacinæ, *Var.* Hyſitium, *Platin.* Iſitium, & Iſicium, *Macrob.*

Tonat] Cœlum tonat, *Plin.* Faciunt ſonitus nubila. Percurrunt nubila cœlum, *Lucr.* Cœlum tonitru contremit.

Tondere caput, barbam] Radere alicujus caput, *Suet.* Raſitare barbam, *Gell.* Abradere, *Plin.* Attondere ſtrictim, *Plaut.* Detondere capillos. Recidere comam, *Mart.* Tonſitare, *Plaut.* Silvam menti demetere, *Eraſ.*

Tondere oves] Tonſitare oves, *Plaut.* Detondere, *Col.*

Tonitru] Tonitrus, *Plin.* Tonitruum, *Cic.* Fragor nubium. Fragor cœleſtis, *Amm.* Murmura cœli, *Lucr.*

Tonſitari] Tonſitor ter anno, *Plaut.* Operam dare tonſoribus, *Suet.* Ponere barbam, *Hor. Suet.*

Tonſor] Raſor, *Feſt.* Capitum & capillorum concinnator, *Col.* Pilicerpus, *Sen.*

Tonſura] Tonſura lanæ, *Var.* Tonſus, us, *Plaut.* Tonſio.

Tophus] Bibulus lapis.

Topiarium opus] *Plin.* Topium, *Vitr.* Pergula in vineis, *Col.* Trichilum, *Virg.*

Topiarius] Viridarius, *Vlp.*

Torcular] Torculare, *Soſip.* Torculum, *Var.* Prelum, *Col.* Calcatorium, *Pallad.* Forum, *Var. Col.*

Digitized by Google

Torcularium] Torcularia cella, *Col.* Forum torcularis, *Tertul.*

Torcularius] Calcator uvæ, *Henric. Steph.*

Tormentum æneum] Bombarda fulminea, *Lipſ.* Tormentum, *Abſol. Vopiſc.* Fulminea machina, *Polyd. Virg.* Helepolis, *Vitr.* Tormentum murale, *Virg.*

Tornare] Detornare, Globare. Torno facere calicem, *Plin.* Tudiculare, *Sipont.* Rotundare ad volubilitatem.

Tornatilis] Torno raſilis, *Virg.* Tornatus, *Lucr.* Tortus, *Mart.* Diatretus calix, *Vlp.*

Tornator] Diatretarius, *Cal. Rhod.*

Torpere] Ignaviæ ſe dare, deſidiæ. Vid. *Deſidere. Otio torpere.*

Torpor, vid. *Stupor. Deſidia.*

Torquere] Torquere capillos ferro, *Ovid.* Contorquere, *Plin.*

Torrere] Aſſa, frixa, &c. *Celſ.* Vid. *Frigere. Aſſare.*

Tortuoſus] Contortus & deflexus amnis. Flexuoſus auditus, *Cic.* Sinuoſa volumina ſerpentis, *Virg.* Vorticoſus amnis, *Liv.* Turbineus vortex, *Ovid.* Tortilis nervus, *Plin.* Contortus crinis, *Sen.* Cochlis columna, *Pub. Victor.* Mæandratus, *Var.* Vid. *Contortus.*

Torvus] Torvioculi, *Plin.* Sæva facies, *Tac.* Horribilis, horrendus viſu, *Virg.* Dira facies, *Ovid.* Rigidus vultus, *Id.* Vid. *Severus.*

Torvum videre] Truces oculos vibrare, *Salvian.* Severo & triſti vultu, *Cic.* Torvo vultu. Invito vultu ridere, *Hor.* Ficto vultu, *Stat.* Dejecto, *Sen.* Fronte contractâ, obducta, *Hor.* Oculis infeſtis, torvis tueri. Oculis contortis cernere. Taurine & limis oculis tueri. Tranſverſis hirquis tueri.

Tot] Tantum eſt, *Plaut.*

Totidem] Tantundem ſolutum eſt, *Cic.*

Totus] Totus perpetuus. Totus univerſus, *Plaut.* Totum corpus alicujus rei, (*pro totâ re,*) *Cic.* Cunctus populus: cuncta civitas. Univerſa familia, vita. Omnis plebs. Tantus, quantus. Integer lituus deflagravit, *Cic.* Perpetuæ ædes

Digitized by Google

ædes ruunt, *Plaut*. Tu quantusquantus nil niſi ſapienti es, *Ter*.

Totum hoc eſt] Paginam utramque facit.

Totum melius fracto] Melius ſolidum, quam ſolidatum. Nunquam cicatrix niſi collata vulneri, placuit, quod in coiviſſe gaudemus, ut non fuiſſe mallemus, *Sen*.

Per totum] A plantâ pedis uſque ad verticem. A vertice, ad imos talos. Ab unguiculis ad pilum ſummum, ad caput, ad pedes. A capite uſque ad calcem. A ſummo *capillo* uſque ad calcem pedis.

Ex toto] Ad aſſem vel denarium. Ne rutis *quidem* & cæſis receptis, vel exceptis, *ex Cic*. Quantumquantum erat, accepit. Ne tantillum quidem reliquit. Cum pulviſculo. Cum totâ ærugine, *Iuv*.

Trabs] Tignum, *Hor*. Tranſtra, *pl. Vitr*.

Tractabilis] Nihil eo tractabilius. Flexilis civium voluntas. Ad arbitrium, nutum, voluntatem alicujus ſe fingit, convertit. Ad nutum alicujus præſto eſt. Morem gerit voluntati, *Cic*. Morigerus in rebus omnib. alicui, *Ter*. Pro rota me uti licet, (*figulari*) vel ego huc, vel illuc vertar, quo imperabitis, *Plaut*. Indulgeo me alicui, *Macrob*. Cerâ tractabilior. Domabilis.

Tractare, vid. *Tangere*. *Manſuefacere*.

Tractare hoſpitem] Tractare aliquem liberaliter; liberaliſſime omnibus rebus, *Cic*. Commode, *Ter*. Ut abs te affecta eſt, *Cic*. Habere ſe, vel aliquem parce, duriter, *Ter*. Durius, *Vlp*. Male, *Plaut*. Ita me habuit, *Plin*. Accipere aliquem verbis male, *Cic*. Accipere haud familiariter, *Plaut*. indignis modis, *Ter*. Invitate illum uſque adeo, donec qui domum abeat, neſciat. Accipere magnifice lepidis victibus, *Plaut*. Accipere aliquem clementer, benè, hilare, *Cic*. Prolixè, *Ter*. Lautè, *Hor*. Apparatis epulis, *Liv*. Ampliter apponere in cœna. Accipere aliquem in prandio apud ſe ampliter, *Plin*. Apponere menſam alicui, *Cic*.

Tractatio] Maletractatio, *Arnob*. Propinatio, *Gell*. Imbitio, *Varr*.

Tradere alicui aliquid] Porrigere alicui manum. Miniſtrare

pocu-

Digitized by Google

poculum. Tradere de manu in manum. Porrigere & tendere alicui conſilium, *Cic.* Contradere argumenta, *Lucr.* Tranſmittere alicui provinciam, *Plin. Iun.* Vid. *Porrigere.*

Traditio] Mos traditus ab antiquis, *Hor.* Traditum aliquid poſteris. Tradita conſuetudo, *Cic.* Traditum aliquid in poſteros. *Quint.*

Traducere] Traduc matrem, & omnem familiam ad nos, *Ter.* Tranſducere, *Cic.* Tranſmovere, *Tac.* Vid. al. *Diffamare.*

Trahere] Cinibus trahere, *Virg.* Obtorto collo trahere, *Plaut.* Allicit magnes ferrum, *Cic.* Pellicit ad ſe, *Lucr.* Ducere aliquem capillis, *Tibul.* Magnetis more attrahere.

Trajectus] Trajectio. Tranſvectio. Tranſmiſſio, Vectura, *Cic.* Commeatus, *Cæſ.*

Trajicere] Tranſvehi navibus, *Saluſt.* Tranſportari carinâ, *Mart.* Vid. *Transfretare.*

Trames] Limes, via tranſverſa, *Feſt.*

Tranquillare] Sedare mentes, *Plin.* Tranquillum animum, tranquillitatem facere, *Plaut.* In tranquillum redigere, *Liv.* Componere mentem, *Celſ.* In tranquillum ex ſævis tempeſtatibus transferre, *Lucil.* E tantis fluctibus in tranquillo locare, *Lucr.* Mulcere procellas. Mitigare aliquem, *Cic.* Mitificare, *Plin.* Manſuefacere, *Liv.* Evellere ſcrupulum alicui, *Cic.* Eximere, *Plin.*

Tranquillè, vid. *Pacatè.*

Tranquillitas maris] Tranquillum, *Plin.* Status pacati aëris, *Lucr.* Silent venti, *Sen.* Quieſcunt, *Plin. Iun.* Poſuere venti, *Virg.* Miteſcit fretum, *Liv.* Loca non pervia ventis, ex *Ovid.* Malacia maris, *Cæſ.* Pellacia maris, *Lucr.* Rident æquora, Ridet tempeſtas. *Id.* Mollities maris, *Plin.* Halcedonia, *Plaut.* Dies halcyonii, *Varr.* Halcyonides dies, *Plin.* Tractabile mare, *Id.* Undæ molles, *Lucr.* Fluſtra, *pl. Feſt.*

Tranquillitas animi] Tranquillitas vitæ. Tranquilla vitæ frons. Otioſa ſenectus. Quietè acta ætas. Animus errore liber. Euthymia, *Cic.* Tranquillè placideque ducere vitam, *Cæſ.*

Tran-

Tranquillitas à negotiis] Halcyonia ſunt apud foru *Plaut.*

Tranquillus] Placidus homo, *Ter.* Quietus, quietiſſim Sedatus. Vacuus à turbis locus. Res pacatæ & minime tu bulentæ, *Cic.* Pacatum æquor, *Ovid.* Placata procella, *Prop.* Inturbidus annus, *Tac.* Pacatus aër: pacata vita, *Lucr.*

Tranquilla res] Induciæ vacillantis fortunæ. *Malaci.* Vid. *Superiora.*

Trans] Trans ripam, *Cic.* Mare, *Quint.* Ultra villam eſt, *Cic.* Cis Rhenum, *Saluſt.* (id eſt, ultra, *Sipont.*) *Secundum* Tiberim fanum dedicavit, *Var.*

Tranſcribere] Tranſcribere literas publicas. *Transferre* literas, & lituras de tabulis in libros. Aliquem locum totidem verbis ex aliquo transferre. Deſcribere librum *ab aliquo.* Exſcribere tabulas, *Cic.* Exſcribere è libris, *Var.* Transponere aliquid ex annalibus, *Gell.*

Tranſcurrere] Tranſcurrere in alia caſtra, *Liv.* Tranſcurſare in arcem, *Ter.* Tranſvolare in alteram partem, *Liv.* Tranſire ad, *Cic.* Curſitare ab aliquo ad, *Ter.*

Transferre] Tranſportare aliquid, *Cic.* Tranſducere arbores, *Col.* Tranſmovere, *Ter.* Trajicere verba, *Cic.* Tranſcribere nomina in ſocios, *Liv.* i. e. *debita.*

Transfigere] Transfigere corpus alicujus cum armis, *Liv.* Tranſverberare beſtiam venabulo, *Cic.* Tranſigere aliquem gladio, *Tac.* Adigere agnum ferro, *Spart.* Adigere enſem in pectus, *Ovid.* Trajicere aliquem, *Cæſ.* Perfodere gladio aliquem, *Gell.* Suffodere equum, *Cæſ.* Transfodere latus alicui, *Liv.* Tranſadigere aliquem, *Virg.* Perforare ictu pectus. *Ovid.* Pertundere crumenam, *Plaut.* Infigere hoſti in pectus gladium, *Cic.* Compegit gladium in ſua viſcera, *Amm.*

Transfretare] Perfretare, *Solin.* Tranſmittere mare, *Cic.* Tranſire mare, *Id.* Enavigare, *Plin.* Evincere fretum, *Ovid.*

Transfuga, vid. *Profugus.*

Tranſgredi aliquid] *Cic.* Tranſire lineas, *Id.* Tranſcendere fines, *Lucr.* Proferre paſſum ultra aliquid. Ultra lineas figere gradum. Tranſire intactum aliquid, ut limen, cœnum. Transferre caute veſtigia per aliquid. Superferre veſtigia,

pedes

...des alicui rei. Superare pede innoxio ſpinas, cœnam &c. ...pergredi, *Plin.*

Transſigere cum aliquo aliquid] Tranſigere controverſiam. ...cere deciſionem, Decidere cum aliquo aliquid: de aliqua ..., Conficere cum heredibus. Abſolvere ſe (vel abſolvi judi...o) ab aliquo, *Cic.* Diſſolvi me ocyus, operam ut darem ...bi, *Ter.*

Tranſigere diem in re aliquâ] Sic ille dies extractus eſt. Hoc ...gebant ut dies eximeretur; duceretur tempus. Fallere ho...as, *Eraſ.* Comburere diem, *Plaut.*

Tranſiit hoc] Evanuit fabula.

Tranſire] Tranſitum facere, *Col.* Tranſcendere, *Cæſ.* Permeare & tranſire omnia. Tranſitare, *Id.* Tranſvectum eſt tempus. Pervadere. Permanare ad, *Cic.* Perlabitur per &c. ad cor, *Id.* Vid. *Præterire.*

Tranſitorius] Fugitivus, *Mart.* Caducus, *Cic.* Fugax, *Hor.* Momentoſus, *Quint.* Res humanæ fragiles, *Cic.*

Tranſitoria omnia] Nihil ſemper floret.

Tranſitus] Commeatus utroque continet, *Plaut.* Pervius uſus tectorum, *Virg.* Tranſmiſſus à Gallia in Britanniam, *Cæſ.*

In tranſitu, vid. *Obiter.*

Tranſmigrare, vid. *Migrare.*

Tranſmittere] Tranſmittere exercitum. Dare tranſitum per agros. Dare iter alicui per provinciam, *Liv.*

Tranſnare] *Cic.* Tranare aquas, *Quint.* Tranſnatare, *Liv.* Natatu tranſgredi flumen, *Amm.* Denatare alveo, *Hor.*

Tranſplantare] Transferre, tranſducere arborem, *Col.* Transferere, *Stat.* Transferre plantam, *Pallad.* Semina è terra in terram, *Var.* Differre rutam, *Col.*

Tranſponere] Trajicere in alia vaſa aliquid, *Var.* Vid. *Transferre.*

Tremens] Tremulus, tremebundus, *Cic.* Trepidus, *Virg.* Trepidulus, *Plaut.* Prætrepidus, *Suet.* Prætrepidans, *Catul.* Vibrans ſonus, *Plin.* Vacillans, *Cic.*

Tremere] Tremiſcere, *Virg.* Intremere, Intremiſcere, *Plin.* Contremiſcere. Trepidare, *Cic.* Circumtremere, *Lucr.* Attrepidare. Frigutire, *Plaut.* Tremefacta tellus, *Virg.* à Tremefio.

Tremu-

Digitized by Google

Tremulus] Tremula flamma, *Cic.* Nictantia lumina flammis, *Lucr.* i. Micantia, Vibrantia, *Lamb.*

Trepidare, vid. *Timere*, *tremere.*

Tribuere aliquid alicui, ut Auctori] Acceptum referre alicui, *Cic.* Accepto ferre, referre, *IC.* Decus alicujus rei ad aliquem trahere, *Liv.* Gratiam rectè factorum ſibi tribuere, *Tac.* Transfundere ad alium laudes &c. Aſſumere ſibi aliquid. Addicere aliquid alicui. Proprium aliquid alicui tradere. Aſſignare aliquid homini, ſceleri, miſericordiæ, fortunæ, civitati. Mihi ſalutem imperii adjudicavit, *Cic.* Tranſmovere in ſe verbis gloriam alieno labore partam, *Ter.* Affingere alicui vitium, *Lucr.* Damnare aliquem tarditatis, *Quint.* Sordium, *Plin. Iun.* Eam mihi debeo gratiam atque animo meo. *Plaut.* Crimen in aliquem ultro fateri, *Suet.* Vid. *Imputare.*

Tribulare, vid. *Triturare.*

Tribunal] Forum judiciale totius regni. Subſellia judicum. Forum, *Cic.* Forus, *Iſid.* Conſiſtorium, *Amm.* Jus, *Ter.*

Tribunus] Curio, *Cic.* Magiſter curiæ, *Plaut.* Xetæriarcha, *Bud.* Præfectus ſodalitio. Tribuum magiſter, *Henr. Steph.*

Tribus] Collegium. Sodalitium & ſodalitas, *Cic.* Curia, *Plaut.* Corpus, *Lampr.*

Tributarius] Munificum prædium, *i. publicæ functioni & vectigalis collationi ſubditum, Bud. ex Paul. IC.*

Tributum] Vectigal. Cenſus, *Cic.* Publicum, *Suet.* Indictio, *Plin. Iun.* Canon *in conſtit. Imperatoriis.*

Tributum ſolvere] Pendere tributum, *Ovid.* Conferre tributum. Pendere vectigal, *Cic.*

Tributa exigere] Cenſum habere, *Cic.* Agere, *Liv.* Cenſere, *Spart.*

Tributorum exactor] Exactor, *Liv.* Coactor pecuniæ publicæ, *Cic.* Fiſcalium præſtationum exactor, *Firm.* Cuſtos, *Cic.* Antigrapheus, & Antigrapharius, *Bud.* Decaprotus, *Modeſt.*

Tricliniarcha] Tricliniarius, *Fulv. Urſ.* Vid. *Structor.*

Tricli-

Digitized by Google

Triclinium] Diæta hypocauſta, *Vlp.* Triclinarium, *Var.* Tricliniarium, *aliqui.* Conclave, *Cic.* Vid. *Cœnaculum.*

Tripudiare] Geſtire, *Abſ.* & Geſtire lætitiâ, voluptate. Exſultare lætitiâ, *Cic.* Ludere exſultim, *Hor.*

Tripudiatio] Tripudium. Solennis ſaltatus, *Liv.* Exſultatio; *Plin.* Exſultantia, *Gell.*

Triſtari] Angi mœrore. Intimis ſenſibus. Lacrymis ac triſtitiæ te tradidiſti, *Cic.* Contriſtari, *Col.* Tabeſcere luctu. Ægreſcit animus, *Lucr.* Ægrè eſt mihi, *Plaut.* Affici, opprimi ægritudine. Dedere ſe totum ægritudini. Eſſe in ægritudine. Tangit aliquem ægritudo, *Cic.*

Triſtis] Triſtis frons, *Tibul.* Triſticulus, Pertriſtis, *Cic.* Æger animus: Ægrum cor, *Quint.* Lugubris vox, *Lucr.* Luctuoſum tempus: perluctuoſum. Funeſta vox, *Cic.* Vid. *Mæſtus.*

Non ſemper triſtia] Neptunus non ſemper nautas exercet.

Triſtitia] Triſtities, *Apul.* Triſtitias, atis. *Pacuv.* Triſtitudo, *Apul.* Senium, *Cic.* Contractio animi in dolore, *Id.*

Triticum] Robus, (*bi. n.*) *Col.*

Triturare] Tribulare, *Cato.* Terere fruges. *Virg.* Flagellare frumentum perticis, *Plin.* Tundere, *Col.* Cudere fabam. Frumenta deterere, baculis excutere, exterere pecudibus, *Id.* Expinſere far, *Cat.*

Tritus, us] Tritu aurum perpolitum, *Plin.* Fricatus. Attritus, *Plin.* Alliſio digitorum, *Spart.* Conflictio corporum, *Quint.* Conflictus lapidum, nubium, *Cic.* Colliſus margaritarum. *Plin.* Intrigo, & Intertrigo, *Var.*

Triumphalis] Triumphalis via, vehiculum, *Cic.* Veſtis, currus, *Plin.* Ovalis corona, *Gell.* Palmaris ſtatua, ſententia, *Cic.* Palmarius, *Ter.* Quod mihi duco palmarium. Victrix laurus, *Virg.* Victrix palma, *Ovid.* Victorioſus, *Gell.* Victorialis dies, *Iul. Cap.*

Triumphare] Triumphare de aliquo. Triumphum agere, habere, deportare. Ducere per triumphum, *Cic.* In triumpho, *Plin.* Ducere triumphum ex, *Id.* Triumphare aliquem, *Plin. I.* Ovare: ovans deſcendit in Capitolium, *Cic.* Ovantes, lætantes.

Digitized by Google

Triumphus] Triumphatus, *Plin.* Triumphalia, *pl. Ta* Pompa, *Cic.* Ovatio (*apud Rom. Triumphus minus ſolenni*) *Gell.* Ovatus, *Val. Arg.*

Trucidare aliquem] Omni ſupplicio excruciatum necare, *Cic.* Percruciatum interficere aliquem, *Cæſ.* Ardeſcere juſſit mucrorem, *Tac.* Laceratoſque omnibus, quæ corpus ullum pati poteſt, ſuppliciis interfecit, *Liv.* Mactare aliquem ſupplicio. Omni ſupplicio interfici. Fame, cruciatu, ſupplicioque periit, *Cic.* A quibus hic multis acceptis, ac debilitato corpore & contrucidato, ſe abjecit exanimatus, *Cic.*

Trucidatio] Laniationes hominum, *Sen.* Laniatus. Carnificina, *Cic.*

Truculentus, vid. *Crudelis.*

Trudere] Protrudere molem, *Lucr.* Agere aliquem præcipitem. Impellere naves. Urgere jacentes, *Cic.* Propellere, *Col.* Propellens alium præ ſe, *Lucr.* Adurgere aliquid, *Celſ.* Subigere ratem conto, *Virg.*

Truncare] Præcidere manum, *Cic.* Præſecare partem aliquam (*corporis*). Abſcindere humerum. Recidere, *Ovid.* Deſecare, reſcindere vitem, *Col.* Vid. *Decollare. Mutilare.*

Truncatio] Amputatio. Præciſio. Abſciſſio, *Cic.*

Truncatus] Trunca manus, *Propert.* Vid. *Mutilatus.*

Truncus, vid. *Caudex.*

Trutina, vid. *Libra &c.*

Trux, vid. *Crudelis.*

Tu, tua dominatio. vulgo] *Priſci Latini unum compellantes ſimpliciter dicebant:* Tu, tibi, te, *ſive illuſtris perſona erat. Addebant aliquando:* Mi dulciſſime Tiro, *Cic.* Lucili virorum optime, *Sen.* *Ergo ſatis Latinè dices:* Vir prudentiſſime, nobiliſſime, clariſſime. Princeps illuſtris, clementiſſime. Sanctiſſime Imperator, *Trebel.* Imperator optime, providentiſſime, *Plin.* Invicte, *Veget &c.* *Alter modus:* Tua clementia, indulgentia, pietas, det, concedat, *Plin. Iun.* *Etiam Latinus eſt.* *Tertius adhuc modus eſt, cum dicimus.* Domine. *abſol.* Tu quidem Domine providentiſſime vereris, ne &c. *Plin. Iun.* (Audiat reverentia ſua, dicat dominatio ſua. *Item;* Dicat, audiat Dominus,

Digitized by Google

minus, pro dic, audi Domine; *Triviales & ineptæ apud imperitos locutiones ſunt: Siquidem ad tertiam perſonam, non ad ſecundam diriguntur.*

Tuba, tubâ canere, vid. *Buccina &c*

Tuber] Callus terræ.

Tuberoſus] Tuberoſiſſimæ frontis homo, *Petron.* Tuber eſt totum caput colaphis, (id eſt, *inſtar tuberis*) *Ter.* Tumidum & turgidum membrum vitioſe habet, *Cic.* Turgiduli ocelli, *Catul.*

Tubicen; vid. *Buccinator.*

Tuburcinari, vid. *Vorare.*

Tubus opticus] Fiſtula viſoria. Teleſcopium, Dioptra.

Tueri, vid. *Defendere. Spectare.*

Tugurium, vid. *Caſa.*

Tum] Erat *tunc* excuſatio, *Cic.* Per id tempus, *Caſ.* Per illa tempora, *Liv.* Tunc temporis, *Iuſtin.* Eodem veſtigio temporis. Id temporis, *Cicer.* Per idem tempus, *Id.*

Tum-tum] Amici me *partim* defuerunt, *partim* prodiderunt. Omnes *ſimul* ſpernebant, *ſimul* metuebant, *Cic.* *Parte* flavus, *parte* melleus, *Plin.* Interrogatio *in parte* expeditior, *in parte* difficilior, *Quint.* Milites *pars* fiducia, *pars* dolore, *Tac.*

Tumere] Tumeſcit mero, *Cic.* Turgere, *Ovid.* Vid. *Intumeſcere.*

Tumidus] Tumens, *Virg.* Turgidum membrum. Extuberatus venter, *Amm.* Sufflata cutis, *Plin.* Inflatum collum, *Ovid.*

Tumor] Tumiditas, *Firm.* Inflatio ventris, *Col.* Extuberatio, *Plin.* Torus venarum, *Celſ.* Sufflatio, *Plin.* Contabulatio laciniæ, *Apul.* Flemina in genubus, *Plaut.*

Tumulare, vid. *Humare.*

Tumultuariè] Turbulente, raptim, temere agere. Mobiliter, *Caſ.* Vid. *Raptim.*

Tumultuari] Trepido tumultu concutere omnia, *Lucr.* Rebellare, *Caſ. Ovid.* Turbare, *abſ. Tac.* Tragœdias excitare, *Cic.*

Digitized by Google

Tumultuari ob levicula] In nugis tragœdias agere.

Tumultuarius, vid. *Subitaneus*.

Tumultus] Tumultuatio. Turba, *Cic.* Motus temerarius. Srepitus forenſis, *Id.* Tempeſtas popularis: pacis, diſcordiarum. Tragœdia. Vndæ comitionum. Tenebræ Reip. Nox, caligo animis offuſa, *Id.*

Tumultus ex re inſperatâ] Negotium ex otio.

Tumulus, vid. *Collis. Sepulchrum.*

Tunc, vid. *Tum.*

Tundere] Quatere fundamenta, *Virg.* Contundere pilis ferreis. Obterere, *Col.* Vid. *Supplodere.*

Turba] Frequentia hominum. Fluctus barbariæ. Celebritas, *Cic.* Stipatio hominum, *Plin. Iun.* Vndas ſalutantum vomit domus, *Virg.* Turbula, *Apul.*

Turbas ciere ob res leves] Fluctus movere in ſimpulo.

Turbare] Facere turbas, *Plaut.* Perturbationem, *Caſ.* Motus, *Liv.* Miſcore Remp. Permiſcere Græciam. Perturbare. Tument negotia, *Cic.* Excitare motus, *Liv.* Conturbare rationes, *Ter.* Novis rebus ſtudere. Inconciliare copias, *Plaut.*

Turbare omnia] Miſcere cœlo terram, terræ cœlum, *Liv.* Maria omnia cœlo miſcere, *Virg.* Dextra lævis tranſmutare, *Lucr.* Miſcere ſacra profanis.

Turbari] Perturbantur animi aliquorum: Vid. *Perturb. transſer.*

Turbatè, vid. *Inordinatè.*

Turbatio] Perturbatio. Motus animi nimius. Conturbatio animum ſanitate ſpoliat. Turbidi animi concitatique motus. Turbida mens, *Cic.* Æſtus mentis, *Lucr.* Confuſio, *Val. Max.* Confuſionem in vultu gerere.

Turbator, vid. *Factioſus.*

Turbatur] Perturbatur animi motus. Turbidus & concitatus animus, homo. Offenſus, offenſior animus. Turbulenta res, *Cic.* Turbidus animi, *Tac.* Turbidiſſimæ actiones, *Quint.* Tactus dolore, *Tac.*

Turbidè] Turbulentè, turbulenter, perturbatè, Cic. Tumultuariè, *Amm.*

Digitized by Google

Turbidus] Turbida aqua, *Lucr.* Fæcatum vinum, *Cat.* Infuſcata aqua, *Plin.*

Turbo] Procella vehemens è nube repentè erumpens, Ecnephias. Typhon, *Plin.* Turbo verſabundus, violentus, *Lucr.* Aërei fluminis vortex.

Turbulenter, vid. *Inordinatè.*

Turbulentus, vid. *Procelloſus.*

Turgens] Tumentes pedes, *Virg.* Cadaveroſa facies, (*i. pulpoſa, craſſa, & qſ. carnoſa*) *Donat. Turneb.*

Turgere] Obturgere, *Lucil.* Inflari, *Cic.* Vid. *Intumeſcere.*

Turgidus] Tumidum & turgidum membrum, *Cic.* Turgiduli ocelli, *Catul.* Invaſerunt miſero in genua flumina, *Plaut.* Intumuiſſe genas, *Ovid.*

Turio] Eſt noviſſima pars ſurculi, quæ longius à matre proſiliit, & acumine attenuata eſt, inutilis ad deponendum (i.e. *ad ſerendum*) Unguis palmitis, *Col.* Pullus arboris, *Cat.* Excreſcentia cacumina arborum. Sagitta. Unguis arboris, *Plin.* Colis, Coliculus, *Var.* Feſtuca, *Col.* Vittulamen, *Sap.* 4.

Turma] Alæ equitum, *Veget.* Alarii equites, *apud Livium.*

Turmatim] Cuneatim, *Cæſ.* Centuriatim, *Non.* Manipulatim ſtructa acies, *Liv.*

Turpis] Turpitudine notabilis, *Tac.* In turpiſſimis habetur, *Cæſ.* Fœdus amor, *Ovid.* Immanis ſolœciſmus, *Gell.* Vid. *Fœdus. Deformis.*

Turpe eſt turpe, ſeu latens, ſeu patens] Turpe quid acturus, te ſine teſte time.

Turpiter] Sordidè dicere, concionari. Inquinatè loqui. Ineleganter dividere, *Cic.* Deformiter ſonat, *Quint.* Indignè oppidum captum. Indigniſſimè eripere. Per ignaviam & dedecus vivere, *Cic.* Fœdè admiſſum, *Lucr.* Turpius ejicitur, quàm non admittitur hoſpes, *Ovid.* Sordidè geſſit Conſulatum, *Plin. Iun.* Cauſa agetur fœdiſſimè, *Cic.*

Turpitudo] Obſcœnitas verborum. Flagitium in obſcœni-

Digitized by Google

ſcœnitate. Deformitas fugæ. Fœditas animi. Labes turpitudinis. Indignitas. Impuritas, *Cic.*

Tuſſire] Tuſſi edita ſputa, *Lucr.* Emoliri aliquid *tuſſi, ex Celſ.* Extuſſire pus, *Id.* Purulenta, *Plin.*

Tuſſis] Tuſſicula, *Plin.* Tuſſedo, *Apul.*

Tute, vid. *Secure.*

Tutela, i. e. *defenſio*] Tutamen, *Virg.* Arx. Leges ſunt arx, *Cic.* In fide alicujus eſſe, *Ter.* Præſidium innocentiæ, in virtute, *Cic.* Patrocinium orbis terræ potius, quàm imperium poterat nominari, *Id.* Propugnaculum ſenectutis, ſocietas hominum, *Id.*

Tutela, al. vid. *Clientela.*

Tutor] Curator pupilli, *Vlp.* Patronus, *Bud.* Compatronus, & Contutor, *Vlp.*

Vermiculari, id eſt, vermiculis infeſtari] Vermiculantur arbores, *Plin.* Verminare, *Sen.* Scatere vermibus, *Col.* Exſpirant vermes cadavera. Effervent vermes, *Lucr.* Animantum copia tanta, exos & exſanguis tumidos perfluctuat artûs, *Id.*

Vermiculoſus] Verminoſus, *Plin.*

Vermina, morbi genus] Tormina, *Cic.* Tormines, *pl. m.* *Non.* Torſio, roſio ſtomachi: Roſio inteſtinorum. Ileos, *vel* Ileus. Dyſenteria, *Plin.* Strophus, *Celſ.* Cordapſus. Volvolus, *Rhodig.*

Verminoſus, qui morbo inteſtinorum laborat] Torminoſus, *Cic.* Ilioſus, dyſentericus, *Plin.* Torminib. afficior, *Plin.* Inteſtina mihi torquentur, *Celſ.* Vermino, *Scal.*

Vermis]

Digitized by Google

Vermis] Vermen, *Lucr.* Animans exos & exſangue, *Id.*

Vernare, vid. *Florere.*

Verrere] Converrere, pugare ſtabulum, *Col.* Scopare, *Cal. Rhod.*

Verruca] Myrmecion, *Celſ.* Verrucula, *Col.*

Verſare, vid. *Vertere.*

Verſatilis] Verſabilis homo ad omne momentum, *Amm.* Verſutus, *Lamb.* Verſuta rota figuli. Verſutior quam rota figuli. Pro rota illo uti licet, *Plaut.* Verſabundus turbo, *Lucr.* Volubilis, *Cic.* Actuoſus hiſtrio, *Feſt.*

Verſicolor] Diſcolor, *Apul.* Diſcolorius, *Petron.* Diſcolora veſtis, *Martian.* Omnicolor, *Lucil.* Multicolor, *Plin.* Bicolor myrtus. *Ovid.* Albis maculis bicolor equus, Maculis bos inſignis. Capreoli ſparſis pellibus albo, *Virg.* Variæ lynces, *Id.* Varia loris latera, *Plaut.* Maculoſa cutis. Pantherina menſa. Apiatus: Menſa apiata, criſpa, denſa grani congerie. *Plin.* Varietate macularum conſpicua menſa, *Sen.* Variegatus, *Apul* Interalbicans. Leucoſtictos, *Plin.* Maculis internigrantibus albæ, *Stat.*

Verſificari] Verſificare, *Quint.* Verſus fundere, facere, conficere. Verſibus aliquid ſcribere, dicere. Numeris perſequi aliquid, *Cic.* Verſus ſcribere, componere, *Hor.* Deducere carmen & tenuare, *Propert.* Poëtari, *Enn.*

Verſicatio, &c. vid. *Poëſis, &c.*

Verſipellis] Biſpellio, *Vlp* Anguillæ inſtar lubricus. Duodecim artium magiſter. Getâ verſutior, Vid. *Aſtutus.*

Verſipellis æquè] In eodem ludo doctus.

Verſus] Metrum, *Col.* Vorſa facundia, *Apul.* Vid. *Poëſis.*

Verſutiæ, vid. *Sophiſma.*

Verſutus, vid. *Verſatilis, &* *Aſtutus.*

Vertagus] Vertragus, *Henr. Steph. Turn.* Vertraha, *Gratio.* Canis venaticus grandior & agilior.

Vertebra] Vertibulum, *Lactant.* Verticula, *Lucil.* Verticulum, *Gloſſ. Gotfred.* Spondylus, *Plin.*

Vertere] Verſare, *Quint.* Obvertere navem. Convertere, *Cic.* Torquere in varias partes, *Plin.* Circumrotare machinam. Convibrare linguam, *Apul.*

Verte-

Digitized by Google

Vertere in rem ſuam, vid. *Uti re ad ſuum commodum.*

Vervex] Vervex ſectarius, *Plaut.*

Verus] Juſtus dominus alicujus rei, *Cic.* Ipſiſſimus, *Plaut.* Ex vero nomen tibi erit, *Ovid.* Vid. *Verax.*

Vera loqui, vid. *Veritatem dicere.*

Vera bona meliora fucatis] Melius pallens aurum, quàm fulgens orichalcum.

Veſania, vid. *Delirium.*

Veſanus, vid. *Amens. Stolidus.*

Veſcus, vid. *Macer.*

Veſci, vid. *Frui.*

Veſica] Veſicula, *Lucr.* Uterculus, *vel* utriculus apum, *Plin.*

Veſicam levare, vid. *Mejere.*

Veſicula in piſce] Veſica vento plena, *Aut.* Vela vento plena. Folliculus.

Veſper] Veſperus. Veſpera. Veſpertinum tempus, *Cic.* Veſperum tempus, *Plin.* Serum diei. In ſerum aliquid trahere, *Liv.* Præceps in noctem diei tempus, *Curt.* Dies in noctem vergens, *Sen.* Veſperatus dies, *Id.* Nocturnus, (*Nomen.*) *Stat.* Lucernarium, *Aug.* Primæ tenebræ.

Veſperaſcit] Veſperat, *Gell.* Adveſperaſcit, *Cic.* Inveſperaſcit, *Tacit.* Declinat in veſperum dies, *Col.* Inclinat ſe Sol. Præceps in occaſum eſt Sol, *Liv.* Sol eſt in occaſum, *Col.* Tabeſcit dies, *Plaut.* In ſerum protracta dimicatione, *Suet.* Dies inclinatus in tempus pomeridianum, *Cic.*

Veſperi] Veſpere. Perveſperi, *Cic.* Veſperâ primâ, *Cæſ.* Veſperaſcente die, *Tac.* Veſperaſcente cœlo, *Æmil. Prob.* Serò, *Cic.* Obſcurâ luce, *Virg.* Ante lucernam, *Vopiſc.* Sub noctem, *Hor.* Veſpertinis matutiniſque perunctos, *Plin.* Inclinato ſole, die.

Veſpertilio] Animal volucre biforme, *Non.* Nycteris. Avis non avis, *Cœl. Rhod.* Mus alatus, *Geſner.* Monſtrum avium.

Veſpertinus] Veſper, ra, rum, *Plin.* Hora veſpera. Serotinum tempus: ſerotina hora, *Sipont.*

Veſpillo] Viſpillo, *Apul.* Veſpa, *Feſt.* Humator, *Lucan.*

Digitized by Google

Funerarius, *Firm.* Pollinctor, *Plaut.* Sandapilarius, *Bud.* Libitinarius, *Vlp.* Uſtor (*ſ. cadaverum.*)

Veſtibulum] Prothyrum, *Vlp.* Propyleum, *Cic.* Præſtega, æ, *Rebert. Tit.*

Veſtigare, vid. *Indagare. Odorari.*

Veſtigium] Signa pedum, *Lucr.* Viarum indicia, *Lucil. Virg.*

Veſtire aliquem] Amicire, *Suet.* Tunicare, *Varr.* Induere alicui veſtes, *Ovid.* Ornare aliquem, *Propert.* Adornatum forum magnifico ornatu, *Cic.* Veſtem præbere, *Plaut.*

Veſtis] Veſtitus, veſtimentum, indumentum, *Cic.* Tegumentum corporis, *Liv.* Veſtiarium, *Sen.* Velamen corporis, *Col.* Cultus, *Liv.*

Veſtis oſtendit animum] Diſcincta veſtis, diſcinctus animus. Oſtendit veſtis quales intrinſecus eſtis.

Veteramenta] Senecta anguium, *Plin.* Vetuſtas rerum, *Liv.* Vetuſtas anguium exuritur, *Ovid.*

Veteramentarius, vid. *Cerdo.*

Vetare] Prætor *ſanxit edicto*, ne. Prohibere, *Cic.* Prohibere & vetare quin, *Id.* Prohibere minaciter, *Plaut.* Arguere: arguit imponi menſis animalia, *Ovid.* *Arcuit, legunt quidam.* Vid. *Interdicere.*

Vetare ſub pœna] Sub pœna mortis, vel capitis denunciare, *Suet.* Sancire pœna, capite, aliquid. Sancire pœna obſervantiam, *Cic.* Publicis exſecrationibus ſancitum eſt, *Cic.* Sub exitii denunciatione ſtatutum eſt, *Amm.* Impero facite, niſi quidem vos veſtra crura, aut latera nihili penditis. Niſi tuis cruribus capitique fraudem capitalem creare velis, *Plaut.* Capite cavere, *Plin.*

Veteraſcere] Veterare, *Celſ.* Vetuſteſcere, *Col.* Inveterare, & Inveteraſcere, *Cic.* Exoleſcunt amictus, *Tac.* Exoleſcere vetuſtate, *Quint.* Patitur aliquid vetuſtatem, *Sen.* Capit longiſſimam vetuſtatem aliqua res, *Col.* Accedit ætas vino, *Celſ.* Seneſcit fama, vitium, *Liv.* Laus, *Cic.* Forma. *Ovid.* Caſeus, *Plint.* Senet phaſelus, *Catul.* Conſeneſcere, *Cic.* Obſoleſcere, (*ſ. uſu vel tempore*) *Id.*

Vetera-

Veterator] Circumforaneus homo, *Suet.* Circulator, *Cic.* Sycophanta, *Plaut.* Calophanta. (*qui blando ſermone decipit*) *Id.* Holophanta, vel Halapanta, *Feſt.* Bovinator, *Gell.* Planus. Nebulo, *Cic.* Saccularius, *Vlp.* Æruſcator, *Gell.* Æſculator, *Gloß.* Agyrtes, *Rhodig.* Vid. *Deceptor.*

Veternus] Lethargus. Morbus lethargicus, *Plin.* Noctu diuque ſe continuans ſopor, *Celſ.* Perpetuus ſopor, *Hor.* Marcor & inexpugnabilis dormiendi neceſſitas, *Celſ.* Cataphoricus ſomnus, *Paul. Ægin.*

Vetitum, vid. *Interdictum.*

Vetitus, vid. *Prohibitus.*

Vetula, vid. *Anus.*

Vetulus, vid. *Senex. Vetus.*

Vetus] Vetus auctor, hoſtis, ſocietas, *Liv.* Veter olla, *Var.* Veterior ſenex, *Plaut.* Veterrimus Poëta, *Cic.* Pervetus, Vetuſtus, Pervetuſtus, Priſtinus, *Id.* Vetulum vinum, *Col.* Cana fides, *Virg.* Priſca, *Id.* Veteranus hoſtis, *Liv.* Senex memoria, *Cic.* Antegenitale experimentum, *Plin.* Veteris monetæ. Memoria hominum antiquior. Vid. *Priſcus. Antiquus.*

Vetuſtas] Antiquitas generis. Senectus orationis, *Cic.* Memoria: Unanimitatem memoria dejugat, *Pacuv.* Tabes annorum, *Liv.*

Vexare aliquem] Exagitare, raptare. Vexare fortunas alicujus, *Cic.* Divexare aliquem, *Gell.* Lancinare, *Catul.* Laniare, Carpere, *Ovid.* Inceſſere dictis, jaculis aliquem, *Id.* Provocare aliquem, *Cic.* Prolectare aliquem probris, *Plaut.* Inquietare aliquem, *Col.* Vid. *Irritare. Exagitare.*

Vexare nimis] Ad vivum radere. Ad vivam cutem tondere.

Vexari] Mitti ab Herode ad Pilatum.

Vexatio] Vexamen, *Lucr.* Tentatio morbi, *Cic.* Laceratio, Laniatus, *Cic.* Laniatio, *Sen.* Vexatio & direptio ſociorum, *Cic.* Aggreſſura, *Vlp.* Vid. *Inquietatio.*

Vexatio dat intellectum] Aromata cum teruntur vehementius fragrant, *Lipſ.*

Vexator] Aggreſſor, *Vlp.* Vid. *Irritator. Perſecutor.*

Digitized by Google

Vexillifer] Vexillarius, *Liv.* Signifer, *Cic.* Aquilifer apud Romanos, *Caſ.* Signarius, *Veget.* Draconarius, *Vopiſc.*

Vexillum] Signa, *Cic.* Signa militaria, *Hor.*

Via] Iter, *Cic.* Itiner, *Varr.* Orbita, *Quint.* Limes, *Feſt.* Iter viæ, *Lucr.*

Via publica] Via tritiſſima & celeberrima, *Sen.* Via illuſtris & lata. Via militaris, *Cic.* Via conſularis, prætoria, *Vlp.*

Via difficilis, finis optatus] Artium & virtutis radices amaræ, fructus dulcis, *Iſocrat.*

Viâ eundum eſt] Callem ne deſere.

Viam parare] Aperire viam. Apertis fontibus fluunt rivi.

Viarum index columna] Mercurialis ſtatua.

Viarius] *Cic.* Vialis, *Plaut.* Itinerarius agger, *Amm.* Agyieus Apollo, *Hor.* (*ἀγυιεὺς, quòd viis præſit, quæ ἀγυιαὶ dicuntur.*)

Viatica cœna] Cœna adventoria, *Mart.* *Item viatica cœna dicebatur, quæ dabatur peregrè abituris.* Adventitia cœna, *Suet.*

Viaticari] Æſtivè viaticati ſumus, *Plaut.* Inſtrui viatico. Sumptum itinerarium exigere, *Lampr.*

Viaticum] Viaticulum, *Vlp.* Legativum, *Id.* Vaſarium, *Cicer.* Sumptus itinerarius, *Lampr.* Auxilium viæ, *Virg.* Æſopicum onus, *in Parœmiis, pro pane viatorum.*

Viaticus] Viatorius, *Plin.* Itinerarius, *Lampr.* Expeditionalis, *Spart.*

Viator] Vians, *Solin.* Peregrinator, *Cic.* Peregrinabundus, *Liv.*

Vibex] *Orbita vinculi* ſentitur, *Plin.* Tumex, *Ioſ. Scalig.* Plaga ex retuſo telo, *Celſ.* Nodi plagarum, *Stat.* Offerumentas, *Plaut.* *Per jocum vocat plagas, quod offerantur tergo.*

Vibrare haſtam, &c.] Criſpare, Concriſpare haſtam, telum, *Amm.* Concutere haſtam, *Sil.* Cæſariem capitis, *Ovid.* Quatere haſtam, ſecurim, *Cic.* Quaſſare haſtam, *Ovid.* Caput, *Plaut.* Ventilare aureos manu, *Apul.* Vid. *Iacere.*

Vibratio, vid. *Iaculatio.*

Digitized by Google

Vicarius] In locum alicujus ſuppoſitus ; *Varr.* Vicem agens Rectoris. Secundi loci Rector, *Amm.* Abſentis partibus fungens, *Sen.* Proconſul, Proquæſtor, *Cic.*

Vice, vid. *Pro aliquo. Locò.*

Per vices] In orbem.

Vicinia] Vicinitas & confinium, *Cic.* Vicinium, *Ser.* Vicinum, *Plin.* In vicino ſunt terræ.

Vicinus] Proximus vicinus, *Hor.* Bonus, *Mart.* Vicinus meus eſt, manuque tangi poteſt. Senex *de proximo.* Hæ *è proximo.* Hujus è proximo, *Plaut.* Accola, *Virg.*

Vicinus, ad nom.] Vicinumque pecus grandius uber habet, *Ovid.* Vicinalis uſus, *Liv.*

Viciſsim, vid. *Mutuò.*

Viciſsitudo, vid. *Alternatio.*

Viciſsitudo eſt rerum omnium] Felix turbinem proſpecta. Nemo tam divos habuit faventes, craſtinum ut poſſit ſibi polliceri, *Sen.* Humanarum rerum circulus eſt, qui rotatus, ſemper eoſdem fortunatos eſſe non ſinit, *Herodot.*

Viciſsitudo rerum grata] Amant alterna Camœnæ, *Virg.*

Victima ſcil. Ethnicorum] Piaculum, *Hor.* Libamen, *Cic.* Libamentum, *Stat.* Offerumentum, *Plaut.*

Victimarius] Immolator, *Cic.* Cultrarius, *Suet.* Liturgus, *Plin. Iun.*

Victitare, vid. *Suſtentare.*

Victitare benè] Fungi epulis, *Ovid.* Vid. *Epulari.*

Victor] Domitor Hiſpaniæ, *Cic.* Debellator alicujus, *Stat.* Confector ferarum, *Suet.*

Victor dabit leges] Conditiones accipiant victi, non ferant.

Victoria ſine jactura] Victoria intacto milite parta, *Amm.* Exercitu incruento, *Saluſt.* Incolumi, *Hort.* Sine ſanguine quæſita victoria, *Tacit.* Sine vulnere & cæde ſuorum. Sine ſanguine, *Cæſ.* Palma, *Cicer.* Trophæum, *Horat.*

Victoria plerumque utrique parti damnoſa] Flet victor, victus interiit.

Victoria labore comparatur] Amat victoria curam.

Digitized by Google

Victoria incerta præferenda conſtans pax] Tutior pax certa, quam ſperata victoria.

Victorioſus] Victrix laurus, *Virg.* Palmata tunica, *Liv.* Vid. *Triumphalis.*

Victus, Adj.] Victus & ſubactus ſum. Excidit è manibus alicui victoria, *Cic.* Infra dolorem vel voluptatem eſſe, *Sen.* Frangi cupiditate. Non frangant te mala, *Cic.* (NB. *formentur ex his phraſes Nominales.*)

Victis dolor] Galli victi ſilent, victores canunt, *Cic.*

Victus, ûs, vid. *Alimentum.*

Vide!] Papæ! Hem! Hoc vide, *Ter.* En ut pullat propudium! Babæ! *Plaut.* Vah conſilium callidum! *Ter.*

Videndi ſtudio] Videndi cauſa veneo, *Cic.* Viſendi ſtudio ruit juventus, *Virg.* Ire ad videndum. Viſere eo, *Ter.* Venio viſere ad fanum, *Plaut.*

Videre] Videre oculis, Cernere, Conſpicere, Adſpectu aliquid ſentire. Percipere aliquid oculis. Ante oculos mihi verſatur, obverſatur, *Cic.* Uſurpare aliquid oculis, *Plaut.* Conſpicari, Contueri aliquid, *Cic.* Contui, *à Contuor, Plaut. Lucr.* Nullam hic intuor cornicem, *Plaut.*

Videre aliena, ſua non] In alieno plus, quam in ſuo videre. Lamiam agere: quæ domi clauſos habebat oculos, foras proditura verò eos aſſumebat. Domi talpa, foris lynceus.

Videre ſtatim quid ſit]. Ex fronte perſpicere.

Non videre clariſſima] Caligare in ſole.

Videre acute] Plures plura vident. Plus vident oculi quam oculus.

Vidua] Viduata conjux, *Sen.* In viduitate relicta, *Liv.* Vacua, *Tac.* Vacans, *Suet.*

Viduus] Viduus vir, *Plaut.* Cœlebs: diceris quater factus eſſe cœlebs, *Mart.*

Viere] Nectere coronam, *Hor.* Texere ſertum, *Sen.* Plectere, *Lucr.*

Vietor] Doliarius, *Plin.* Doliorum cupparumque factor, *Pallad.*

Vigens, vid. *Vegetus.*

Vigere, vid. *Vegetari.*

Vigil]

Digitized by Google

Vigil] Cuſtos, *Cic.* Excubitor canis, *Col.* Vigilarius, *Sen.* Capſarius, *Paul. IC.* Incenſor, *Apul.* (*qui ſignum dat noctu face accenſa.*)

Vigilans] Vigil canis, *Hor.* Pervigil, *Plin.* Abſtinentiſſimus ſomni, *Col.* Inconnivus. Pupillis excubantibus, *Apul.* Vigilax gallus, canis, *Col.* Sagax anſer, *Ovid.*

Vigilanter] Vigilatè, *Macrob.* Expergitè cuſtodi, *Apul.* Vid. *Diligenter.*

Vigilantia] Vigilia. Pervigilatio, *Cic.* Pervigilium, *Lucr.* Pervigilia, *Iuſtin.* Inſomnia, *Cæcil.* Nocturna inquies, *Plin.* Excubatio perpetua pro dignitate & ſalute amicorum, *Val. Max.*

Vigilare] Vigilare ad multam noctem, de nocte, *Ter.* Vigilias agere, *Cic.* Vigilias agitare, *Plaut.* Pervigilare noctem, *Cic.* Pervigilium agere, *Suet.* Evigilare noctem, *Tibul.* Excubare in muris, pro muris, *Liv.* Pro caſtris excubare, *Saluſt.* Privat me ſomno ægritudo. Somnum non vidi, *Cic.* Multas noctes peregi inſomnes, *Apul.* Noctem vacuus ſomno peregi, *Ovid.* Intervigilare, *Sen.*

Vileſcere] Evileſcere, *Suet.* Revileſcere, *Sen.* Jacent pretia prædiorum, *Cic.* Retro abiit pretium agrorum, *Plin. Iun.* Detrahitur pretium metallis, *Plin.* Depretiatum eſt aliquid, *Paul. IC.* Ex inopia gravi frumenti, ſatias facta eſt, *Saluſt.*

Vili] Viliſſime conſtat, *Plin.* Viliſſimo, *Bud.* Tenuiter, tenuiſſime aliquid æſtimare. Benigne, Bene emere, *Cic.* Melius emere, *Cic.* Minimo, *Plaut.* Quadrante lavari, *Hor.* (i. e. *minimo pretio.*)

Vilipendere] Æſtimare unius aſſis, *Catul.* Nullius æſtimare, *Apul.* In minimis, in extremis res aliquas ponere, *Cic.* In ultimis ponere, *Plin.* Vile habere aliquid, *Saluſt.* Pro nihilo ducere, habere, putare. Pro nihili mihi videtur. Parvi ducere, *Cic.* Parvi facere, æſtimare, *Plaut.* Putare, *Catul.* Nihili, parvi, floccipendere, *Ter.* Floccifacere, *Cic.* Nullo loco habere, numerare. Neminem præ ſe putare, *Id.* In levi habere, *Tacit.* Parùm habere, *Liv.* Hujus non facio, *Ter.* Ternuncii non facere. Nihili facere, *Plaut.* Pili

Digitized by Google

non facere, *Catul.* Nauci non habere, *Enn.* Pro matulâ habere aliquem, *Plaut.* Pro ſtercore habere, *Id.* Manum non verterim, *Cic.*

Vilis] Vilè frumentum. Pervilis annona, *Liv.* Annona pretium non habet, *Cic.* Vile pretium alicujus rei, *Mart.* Minimi æris eſt, *Vlp.* Laxior annona, *Liv.* Benè, *pulchrè* cônciliatus, *Plaut.* Orichalco contrà non eſt carus. Modio ſalis emptus, *Id.* Benè emptus, *ex Cic.*

Vilis homo, vel aliquid] Ad numerum tantùm facit. Albus an ater ſit, ignorant. Ubilibet non defuturus. Calcata quæſtio, *Sen.* Numerus, *Hor.* Nullo in numero Oratorum fuit, *Cicer.* Umbraticus, *Sen.* Minorum gentium Philoſophus. Extra numerum eſt, extra pretium, extra ordinem. Fœneus homo. Natus è mari. De lapide emptus. Infimus & ſordidiſſimus omnium. Semiſſis homo, *Cicer.* Infimâ de gente, *Hor.* De viâ homo. Trioboli homo. Infimatis, vel infimas. Ego infimatis infimus accumbam, *Plaut.* Quadrantarius, *Sen.* Fricti ciceris emptor, *Hor.* Ultimæ profeſſionis homo, *Lampr.* Nullius coloris homo, *Plaut.* Ne patriæ quidem nomen dicere poſſit. Terræ filius, *Cic.* Cærite cerâ dignus, *Hor.* Terræ juvenes, *Id.* Inutile terræ pondus, *Cic.* Proletarius civis, *Non.* Cibarius homo, *Varr.* Trivialis ſcientiæ magiſter, *Quint.* Tenuis locus. Tenui, ſordido loco ortus, *Liv.* Humilis homo, locus, ars, ortus, oratio, *Cic.* Treſſis agaſo, *Perſ.* Gregalia poma, *Sen.* Gregarius miles, *Cic.* Catervarius, *Suet.* E trivio, *Catul.* De circo, *Atti.* Cyclicus ſcriptor, *Hor.* In multis numerandus, *Cic.* De triviis verba, *Sidon.* Contempta ars, verbum, *Cic.* Parvus dictu; Parva dictu animalia, *Quint.* Ignobilis locus, magiſter. Abjectus homo, gemitus, oratio, verba, *Cic.* Ignobiliſſimus & deſpicatiſſimus, *Gell.* Ultimæ plebis. Vitioſis pomis vilior. Caſsâ nuce vilior. Algâ vilior.

Vilia facilè fiunt] Fungus unâ nocte naſcitur.

Vilia ne cura] Quæ infra nos, nihil ad nos.

Viliora mavult] Vinum cùm adſit, acetum bibit.

Villoſus, vid. *Hirſutus*.

Villus, vid. *Floccus*.

Digitized by Google

Vimen] Viminalia, *pl. Plin.* Vimenta, *pl. Donat.* Viburnum, *Virg.* Stamina contorti junci, *Colvi.*

Vimineus] Viminalis ſalix, *Col.* Virgeus, *Virg.* Virgatus calathiſcus, *Catul.* Vimine textum ſerpiculum, *Col.*

Vinacea, vid. *Retrimentum.*

Vinaceus] Vinalis fortitudo, *Macrob.* Vinarius lacus. Vineaticus fructus, *Col.* Vinoſus ſuccus, ſapor, *Plin.*

Vincere hoſtem aliquem] Devincere aliquem bello. Conſequi victoriam glorioſam. Reportare, adipiſci victoriam: parta victoria, *Cic.* Patrare victoriam, *Tac.* Debellare aliquem, *Plin.* Frangere aliquem prælio, *Cic.* Superare aliquem pugnando, *Ovid.* Tranſgredi aliquem collatis ſignis, *Plin.*

Vincere ſe ipſum plus eſt, quam alios]

Fortior eſt, qui ſe, quam fortiſſima vincit
Mœnia; nec virtus altius ire poteſt, *Ovid.*

Vince, ſi potes] Palma in medio eſt poſita, *Ter.*

Vincibilis] Superabilis ulli non eſt, *Ovid.*

Vincire aliquem] Ligare in catenas, *Quint.* Colligare manus, *Cic.* Conſtringere catenis, laqueis, *Cic.* Indere alicui catenas, *Plaut.* Innectere vincula, *Hor.* Injicere vincula, *Cic.* Circumdare, adſtringere vincula, *Ovid.* Inſtringere captivum vinculis, *Quint.* Deſtinare: Deſtinatis ejus membris, *Apul.* Arcæ in aquam demittendæ, deſtinandæ firmiter, *Vitr.* (*i. e. alligandæ, Philand.* Catenare, *Cic.* Injicere catenas alicui. Quadrupedes conſtringere, Vid. *Ligare.*

Vinctio] Conjugatio capitum, (*ſ. in vitibus.*) Colligatio cauſarum, ſocietatis, *Cic.* Nexus, *Ovid.*

Vinctus] Carcer, (*pro homine carcere digno*) *Ter.* Carcerarius, *Donat.* Cuſtodia, *Suet.* Poſt terga revinctus, *Virg.* Catenatus. Retorta tergo brachia, *Hor.*

Vincula, orum] Mandare æternis vinculis: abripi in vincula. *Cic.* Catenæ, *Id.* In manibus geſtant copulas, *Plaut.* i. e. *vincula, Lamb. Nervo* vinctus, *Plaut.* Cuſtodia; dare, tradere, in cuſtodiam; includere in cuſtodias. Aſſervari privatis cuſtodiis, *Cic.* Militari cuſtodiâ haberi: haberi in cuſtodia, *Tac.* Teneri in cuſtodiis, *Saluſt.* Cuſtodia libera, liberalis, *Cic.*

Digitized by Google

Vinculum] Vinctus,us. Ceſtus,*ti,Var.* Ligamen vitium *Col.* Nexus, *Claud.* Nodus, *Cic.* Copula irrupta,*Hor.* Laqueus, *Firm.* Torus, quo vitis arbori alligatur,*Col.*

Vindemiare vineam] Vindemiam colligere,*Plin.Iun.* Vindemiam facere, & Uvas legere, *Varr.*

Vindemiator] Vindemiator, *Hor.* Vindemitor, *Ovid.* Vindemator, *Porphyr.*

Vindex, vid. *Ultor.*

Vindicare] Aſſerere aliquem: *Ovid.* Aſſerere manu cauſa liberali, *Ter.* Aſſerere in cauſa liberali, *Cic.* Donare libertate ſervos, *Id.* Manumittere aliquem, *Plaut.* Vindicias dare ſecundum libertatem,*Liv.* Servos ſuppliciorum metu Dominorum benignitas una vindicta liberavit, *Cic.*

Vindicatio, vid. *Ultio. Liberatio.*

Vindicta, vid. *Ultio.*

Vindictæ cupidus] Canis lapidem rodens. In lapidem ſæviens canis.

Vinea] Vinetum: novella vineta fodienda trigeſimo quoque die, *Col.* Maſculetum, *Plin.*

Vinealis] Vineatica falx, *Var.* Vinearius colis, *Col.* Vindemialis fructus, *Macr.*

Vinitor] Cultor vineæ, *Cic.* Pampinator, *Col.* Conſitor uvæ, *Ovid.* Vitiſator, *Virg.*

Vinum] Vinolentia,& Vinolentus. Vid.*Ebrietas.Ebrioſus.*

Vinum] Temetum, *Plaut.* Merum, *Ovid.* Lac ſenum. Lac veneris. Coagulum hilaritatis. Venenum terræ, *vocat Androcides.* Speculum animi.

Vinum plus nocet, quam gladius] Bacchus Marte fortior, plures ſepelit.

Violare aliquid, vel aliquem] Profanare ſacra, ſacerdotes, *Liv.* Temerare ſepulchrum, *Id.* Conſcelerare domum, *Cat.* Fœdare ſacella turpitudine,*Cic.* Inceſtare thalamos,*Virg.* Mactare jus civitatis ſupplicio. Afferre vim patriæ, parentibus. Vim facere,inferre,adhibere alicui. Vim ſuſcipere contra aliquem. Per oppreſſionem aliquid eripere alicui. Violentiæ impetu opprimere. Vi agere: vi agitur res, *Cic.* Contemerare manus magiſtri, *Mart.* Funeſtare aliquem, *Catul.*

Violare

Violare pudicitiam, vid. *Stuprare*.

Violatio alicujus] Violatio templi, *Liv.* Profanum, *Plin.* i. e. Profanatio.

Violatio pudicitiæ] Violatio pudoris fœminæ. Rupta virginitas, *Quint.* Vitiatio, *Sen.* Devirginatio, *Scribon.* Compreſſus, us, *Plaut.* Ludibrium, *Curt.*

Violator] Violator juris. Ruptor fœderis, *Liv.* Temerator, *Amm.*

Violator pudicitiæ, vid. *Stuprator*.

Violenter] Violentius, *Vlp.* Vi ac neceſſitate coactus, *Cic.* Vi ſubigente, *Lucr.* Per vim actum. Per poteſtatem auferre aliquid alicui, Pro poteſtate agere, *Cic.* Per oppreſſionem eripere, *Ter.*

Violentia] Vis: vim & manus alicui inferre, *Cic.* Oppreſſio, *Ter.*

Violentus] Violentiſſima tempeſtas, *Cic.* Impetuoſus, *Plin.* Imperioſus. Urgens malum. Fatalis ac neceſſarius caſus, *Cic.*

Vipera] Excetra. Aſpis, *Cic.* Preſter. Ceraſtes, (i. e. Serpens cornutus,) *Plin.* Echidna, *Ovid.*

Viperinus Vipereus, *Virg.* Viperalis, *Apul.*

Vir, vid. *Maritus.*

Vir gravis, vid. *Gravis.*

Vir es] Virum te judico. Macte, *Cic.* Laudo, *Ter.* Noſter eſto, dum te poteris defenſare injuria, *Plaut.* Tanto major! Tanto auguſtior! *Plin. Iun.* Euge & belle, *Perſ.* Vid. *Euge.*

Virens] Viridis, *Cic.* Viridans, *Virg.* Præviridans, *Macrob.* Perviridis; herbidus color, *Plin.* Herbeus oculus, *Plaut.* Vivus ceſpes, *Hor.* Vivax gramen, *Ovid.* Viridicatus, *Cic.* Porraceus, *Plin.* Galbus color, *Turneb.* Praſinus, *Bayſ.*

Virere] Vireſcere, *Col.* Viridantur ab undis grana, *Ovid.* Viridari ab herbis, *Grati.* Evireſcere, *Var.* Intervirere, *Claud.* Vernant agri, *Mart.* Herbeſcere, *Cic.* Viriditatem alicujus imitari, *Plin.*

Virga] Flagrum, *Liv.* Flagellum, *Var.* Ferula, *Iuv.* *Plin.*

Virge-

Digitized by Google

Virgetum] Virgultum. Arbuſtum, *Virg.* Virectum, *Iſid.* Area virgea. Frutetum, *Col.* Fruticetum, *Hor.* Frutetoſus tractus. Frutetis obſeſſus ager, *Col.* Frutetoſus locus, *Plin.*

Virgeus] Virgeum pabulum. Frondeus, *Ovid.* Frontetoſus, *Col.* Sarmentitius cinis, *Id.*

Virginal, locus, in quo ſunt virgines & fœminæ] Gynæceum, *Ter.* Gynæconitis, *idis, Vitr.*

Virginalis] Virgineus cultus habitus, *Ovid.* Virginarius, *Plaut.*

Virginitas] Virginei pudoris flos intemeratus, *Cic.* Integritas, *Id.*

Virginitatem amittere] Zonam ſolvere, *Catul.* Subſternere alicui ſuam pudicitiam, *Suet.* Cognovit adultera virgo virum, *Ovid.* Notitiam habere viri, *ex Cæſ.*

Virgo] Filia, Virgo integra, *Plaut.* Neſcia viri, *Ovid.* Pura ſum, comperce quæſo attrectare me. Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit, *Plaut.* Integra à viro, *Ter.* Virgo ſignata, *Lucr.* Virgo puer, *Paul.* Virgo maritus, *P. Chryſolog.*

Virgo corrupta] Imminuta virgo, *Scal.* Præflorata, *Apul.* Cui erepta virginitas, *Virg.* Cui libata virginitas, *Ovid.* Solvit pudorem, *Virg.* Paſſa virum, *Tertul.* Habet viri notitiam, *ex Cæſ.* Non virgo.

Viridarium] Viridium, *Philand.* Viridiarium, *Pompon.* Viretum, *Virg.* Virectum, *Serv.*

Viridis, vid. *Virens.*

Virilis] Maſculinus, *Feſt.* Maſcula bilis, *Iuv.*

Viriliter, vid. *Fortiter.*

Viritim aliquid agere] Singulatim quærere ex aliquibus. Singillatim dicere. Singuli audiunt, *Cic.* Singulare prælium conſerere, *Auſon.* Duelli rem agere, *Cic.*

Virtus] Probitas. Integritas vitæ, *Cic.* Animi dos ſpecioſa.

Virulentus. Virus, vid. *Venenatus. Venenum.*

Vis, vid. *Robur. Violentia.*

Vim vi repellere] Clavum clavo pellere.

Vis

Digitized by Google

Vis cavenda] Bovem volentem ducito.

Per vim] Obtorto collo, *aut* gula arripere. Vid. *Violenter*.

Viſcatus] Viſcata & hamata beneficia, *Sen. Plin. Iun.* Viſcoſus. Viſcidus, *Sipont* Piceatus, *Mart.* Lentus: Lentum & viſco ſimile, *Plaut.* Sequax bitumen, *Plin.* Tenax bitumen, *Ovid.* Tenax cera, *Virg.*

Viſcera] Exta, *Cic.* Fibræ, *Virg.* Præcordia, *Plin.* Vitalia, *Lucan.*

Viſcum] Viſcus merus eſt veſtra blanditia, *Plaut.*

Viſibilis] Aſpectabilis. Cadit ſub ſenſum: ſub aſpectum & oculos. Cadit in conſpectum: in ſenſum videndi. Res ſubjecta ſenſibus. Quæ ſub aſpectum veniunt, *Cic.* Quæ ſubjiciuntur oculis, *Liv.* Spectabile corpus, *Ovid.*

Viſitare] Viſere aliquem; Reviſere, interviſere aliquem. Viſendi cauſa venire, *Cic.* Viſere ad aliquem, *Lucr.* It viſere ad eam. Ego hinc ad vos proviſam, *Ter.* Salutatum aliquem vadere, *Quint.* Salutatum venire. Conviſere aliqua loca, *Cic.* Portare matutinum Ave, *Mart.* Anquirere in aliquem quomodo vivat, *Cic.*

Viſitatio] Luſtratio municipiorum, *Cic.*

Viſitator, vid. *Inſpector*.

Viſus] Senſus oculorum: ſenſus cernendi, videndi. Adſpectus, *Cic.* In offenſum lumen oculorum, *Pallad.*

Vita] Ætas. Spatium ætatis. Breve tempus ætatis. Spatium vitæ. Curſus, (*ſ. vitæ*) *Cic.* Ævum, *Enn.* Degere ævum, *Cic.* Mortalitas, *Suet.* Fore aliquem finem *hujus lucis. Capitis* res eſt, *Plaut.* Actus vitæ, *Sen.* Curriculum vitæ exiguum. Curſus vivendi. Uſura vitæ: uſura lucis. Propagatio temporis, *Cic.* Traductio temporis eſt quaſi explicatio rudentis, *Id.*

Vita brevis] Brevis vitæ iſthmus.

Vita hominis] Lucerna in vento poſita. Peregrinatio perpetua.

Vita noſtra eſt comœdia] Vita ſcena eſt, in qua perſonam agit quiſque ſuam.

Vita hæc omnibus chara] Vivendi cupiditate incenſi ſumus omnes.

Poſt

Poſt hanc vitam exſpectat nos alia] Superata tellus, ſidera donabit.

Vita functus] Superiori memoriâ cives, *Cic*. Sorani ſancta memoria. Aſtris poſt obitum miſtus, *Amm.* Beatus: Quem cum Beatum; & Fuiſſe reſpondiſſet Præfectus, intellexit mortuum, *Perſ.* Beatulus, *Id.* Vocat beatos clamitetque felices, *Mart.* O terque quaterque beatos, queis &c. contigit oppetere, *Virg.* Felices quibus eſt fortuna peracta jam ſua, *Id.* Morte functi, *Ovid.*

Vitam pro aliquo ponere] Sanguinem pro aliquo profundere, *Cic.* Profundere vitam pro patria. Reddere vitam pro Rep. *Id.*

Vitalitas] Vitalitas in corde durat. Vigor animi, *Plin.* In ore vigor, *Ovid.* Vivacitas, *Col.*

Vitare aliquid] Subtrahere ſe labore, *Col.* Devitare aliquid, vel aliquem. Declinare contentiones: à malis. Fugere laborem, *Cic.* Fugitare aliquid, *Plaut.* Refugere tela, periculum. Subterfugere militiam. Cavere à veneno: cavere malum, *Cic.* Cavere ſibi ab aliquo, *Ter.* Cavere ſcabiem pecori, *Cato.* Vid. *Evitare.*

Vitatio] Fuga honoris, laboris. Declinatio malorum, *Cicer.*

Vitiare, vid. *Corrumpere. Stuprare.*

Vitiatio, vid. *Violatio.*

Vitiator, vid. *Stuprator.*

Vitiatus, vid. *Corruptus.*

Vitilitigator, vid. *Rixator.*

Vitioſe, vid. *Malè.*

Vitioſus] Mendoſa facies: mendoſi mores, *Ovid.* Inſignitus, *Plaut.* Inſignis, *Ter.* Criminoſus, *Cic.* Vid. *Corruptus.*

Vitis] Synonyma non habet: Differentias vide in Janua & Atr. LL.

Vitium] Vitium in tecto: habet hæc res vitium, *Cic.* Vitioſitas in corpore, *Macrob.* Quid morbi vitiique in mancipio ſit, *Vlp.* In toto nuſquam corpore menda fuit, *Ovid.* Labes corporis, *Lucr.* Macula ſeculi, *Cic.*

Vitrarius] *Muret.* Vitriarius, *Sen.* Specularius, *Vlp.* Qui

flatu

Digitized by Google

flatu vitrum in varios habitus format, *Sen.* Phallovitroboli, ſeu Phalloveretroboli, *Capit.*

Vitrum] Vitrea, *pl. Plin.* Vitreamina, *Paul. IC.* Hyalus, *Virg.* Vaſa vitrea, *Col.* Vitreus calix, *Mart.*

Vitta] Vitta crinalis, *Ovid.* Reticulum, *Var.* Capillare, *Mart.* Involucrum, *Var.*

Vittatus] Vittata navis, *Plin.* Lemniſcata palma, *Cic.*

Vituperabilis, vid. *Damnabilis.*

Vituperare] Reprehendere, reprobare, improbare, culpare aliquid. Ponere in culpa, in vitio, in crimine aliquid. Communi vituperatione reprehendere aliquid. Adducere in vituperationem. Vocare in crimen aliquid, *Cic.* Dare vitio aliquid alicui, *Cic. Donat.* Culpitare jusjurandum alicujus, *Plaut.* Ducere in crimen, *Tac.* Vertere in crimen, *Liv.* Accuſare voluptatem, dolorem laudare, *Cic.* Damnare libros ſuos, *Quint.* Laudato ingentia rura, *Virg.* i.e. *improbato, Turneb.*

Vituperatio] Reprehenſio culpæ. Improbatio teſtium, *Cic.* Notatio cenſoria, *vel* cenſorum. *Maculam* effugere, *Id.* Culpatio, *Gell.* Suggilatio, *Plin.*

Vituperator] Reprehenſor Academiæ, *Cic.* Vid. *Carptor.*

Vivarium] Theriotrophium, *Var.* Leporarium, *Id.* Roborarium, *Gell.* Herbarium elephantum, *P. Victor.*

Vivax] Vivaciſſima celeritas, *Gell.* Vivaciſſimus ingenio, *Vopiſc.* Vividus, *Tac.* Vivens favilla, *Ovid.* Vivata poteſtas cernendi, *Lucr. Feſt.* Vivum exemplum, *Cic.* Vegetus. Actuoſa virtus. Spirans, *Id.* Animoſa ſigna, *Propert.*

Vivè] Vividè, *Caſ.* Vivi capti. Vivus combuſtus eſt, *Cic.*

Vivere] Vitem dicimus vivere. Arbor viget, *Cic.* Viveſcere, *Plin.* Ducere vitam, ſpiritum: ducere ad tempus ſpiritum. Spiritu cœleſti augeri, vivere ac ſpirare. Dum ſpirare potero: dum anima ſpirabo mea: ducere animam de cœlo: Animari, viget Deus. Frui vita & communi ſpiritu. Agere, ducere, traducere, propagare, degere, vivere vitam, *Cic.* Vivere vita, *Pl.* Agere. Degere, *abſ.* Agere, degere ætatem. Propagare tempora. Eſſe, commorari, manere in vita, *Cic.* Manet mihi vita, *Virg.* Agitare, tranſigere vitam, *Saluſt.* Prorogare vitam, *Col.* Ætatem, *Plin.* Vitam ſapienter inſtituere. Exigere vitam,

vitam, *Ter.* Exigere annos, ævum, *Virg.* Numerari inter vivos. Vivere è natura. Colere vitam cum virtute, *Cic.* Colere ævum, *Lucr.* Eſſe in rebus humanis, *Paul. IC.* Superare: Puer Aſcanius, ſuperatne? *Virg.*

Vivere, reſpectu annorum] Vivere annum: ad annum centeſimum. Producere vitam ad annum centeſimum, *Cic.* Prolatare vitam, *Tac.* Vivere centum annis, *vel* annos, *Plin.* Vivere mille annorum, *Plaut.* Vitam ad plura ſecula deducere, *Gorop.* Vid. *Provivere.*

Vivere in diem] *Cic.* Vivere nullo conſilio, *Propert.* Præter propter vivere, *Cato.* Vivere temere inconſulteque, *Sen.* *De talibus mortuis:* Non vixit ſed fuit, *Id.*

Vivendo vincere aliquem] *Plaut.* Suppetit ſuperſtes uxor vitæ mariti, *Id.* Superſtes ſum alicui, *Ter.* Utinam te non ſolum vitæ, ſed etiam dignitatis meæ ſuperſtitem reliquiſſem, *Cic.* Superſtitare, *Plaut.* Ut mihi ſuperſtitet.

Vivificare] Animare plantam liquore quotidiano. Animantur ova, *Col.* Animam alicui reddere, *Ter.*

Viviradix, vid. *Talea.*

Vivus] Vivens pectus, *Ovid.* Vitalis, *Plin.* Incolumis, Spirabilis animus, animatus, *Cic.* Vitaliter animatus, *Lucr.* Vivus & ſpirans. Animans, *Cic.* Vivax in pœnam, *Plin.* Superſtes, *Virg.*

Vix] Ægre me tenui, *Cic.* Vix ægre inveniemus, *Plaut.* Male me continui, *Ovid.*

Vocabulum, vid. *Verbum.*

Vocalis, vid. *Sonorus.*

Vocalitas] Claritas vocis, *Cic.* Claritudo vocis, *Gell.*

Vocare aliquem ad ſe] Advocare ſibi aliquem: ad ſignandum, *Cic.* Advocare ad, *Ter.* Accerſere, *Plaut.* Arceſſere ab: ad. Accire in regnum, *Cic.* Accitare, *Lucr.* Acciere, *Diomed.* Ciere nomina ſingulorum, *Tac.* Citare mancipia per nomina, *Col.* Inclamare aliquem, *Quint.* Alicui: nomine aliquem, *Liv.* Inclamitare aliquem, Clamore flagitare, poſcere, *Plaut.* Clamare aliquem, *Mart.* Provocare: provocatur pædagogus, *Plaut.* Devocare de provincia ad triumphum, Cic. Advocitare, *Feſt.* Quis me jubilat? vicinus tuus antiquus, *Var. Scal.*

Voca-

Vocatio] Invitatio hoſpitum: invitatio ad aliquid. Vocatus, us, *Cic.*

Vociferare. vid. *Clamare*.

Vocitare, vid. *Nominare*.

Volare] Volitare, *Cic.* Meant aves, *Plin.* Circumvolare campum, *Cic.* Circumvolitat hirundo, *Virg.* Pervolare, *Iuv.* Pervolitare loca omnia, *Virg.* Involitant comæ humeris, *Hor.* Ferri volatu, *Catul.* Labi pennis, *Virg.*

Volaticus] Volatilis beſtia, *Cic.* Voluſcris, *Plin.* Volatile pecus.

Volatus] Volatura, *Var.* Meatus avium, *Plin.* Curſus per aërem, *Virg.*

Volens, volenter, vid. *Lubens, lubenter*.

Volites, vid. *Velites*.

Volo] Voluntarii milites, *Liv.* Evocati milites, *Cæſ.* Auxilia voluntaria Regum, *Cic.*

Volubilis] Incitatum in orbem cœlum, *Cic.* Subrotatus aries, *Vitr.*

Volucris, vid. *Avis*.

Volvere aliquid] Volutare, *Plin.* Supervolvere, *Col.*

Voluntarie, voluntarius, vid. *Sponte, ſpontaneus*.

Voluntas, ut eſt actus] Arbitrium, Arbitratus, Nutus, Libido, Animus, *Cic.*

Volvox] Volucra, *Col.* Uruca, Convolvulus, *Plin.* Involvulus, & Involvolus, *Plaut.* Ips, *Sipont.* Ices, *ab Iu.* *Rhodig.* Byturus, *vel* Biurus, *Cic.* Campe, *Col.* Multipeda, centipeda, milepeda, *Plin.*

Volupe eſt] Titillari, voluptate capi. Duci & delectari aliqua re: in aliqua re. Facile hæc audio: Facile: facillime hic ſum. Gratum eſt mihi, *Cic.* Teneri ſtudio alicujus rei: ludis, ſpectaculis. Oblectari aliqua re, *Id.* Oblectat me aliquid, *Plaut.* Multum eſt in aliqua re aliquis, *Cæſ.* Capi locis, *Virg.* Duci aliqua re, *Lucr.* Aliquid inſit, quod capiat ignaros, *Cic.*

Voluptarius, Subſt.] Voluptatum artifex. Delicatus adoleſcens, *Cic.* Malthinus demiſſis tunicis ambulat, *Horat.* Quibus in ſolo vivendi cauſa palato eſt, *Iuv.*

Digitized by Google

Omnia ad voluptatem refert. Voluptatibus corporis omnia metitur. Eſt in voluptate ſemper. Faſtidii delicatiſſimi homo, *Cic.* Provocat Mœcenatem deliciis, Apitium cœnis, *Sen.* Deliciæ hominis, & deliciæ, *pro delicato*, *Iuv.* Otio ac mollitiis penè ultra fœminam fluens, *Paterc.*

Voluptas] Voluptas corporis peſtis capitalis, *Cic.* Delectatio. Jucunditas: dare ſe jucunditati. Deliciæ. Deliciolæ, *Id.* Mala mentis gaudia, *Virg.* Gaudium extorſi. Laſſus gaudio, *Petron.*

Voluptatem habere] Voluptuari, *Apul.* Voluptari, *Lipſ.* Compleri, perfundi, frui, geſtire voluptate. Voluptatem capere animo, percipere, habere. Magnam delectationem habere. Delectari cogitatione: in aliqua re. Eſt mihi ea res voluptati. Recreari literis, *Cic.* Pro delectamento habet agere aliquid, *Gell.* Permulceri lætiſſima voluptate, *Cic.*

Voluptuoſus, vid. *Delectabilis.*

Vomica] Vomica erumpens, *Celſ.* Abſceſſus, Apoſtema. Manans; adapertum hulcus, *Id.* Erumpens hulcus, *Plin.* Vomicus morbus, *Sen.*

Vomere] Vomitare, *Col.* Nauſeare, *vel* nauſeam facere, *Cic.* Quod ingurgitaverat, refudit, *Plin.* Devomere, *Gell.* Non rediturus qua intraverat cibus, *Sen.* Vomitu revertitur, quicquid bibit, *Id.* Rejectavit nocte caſeum, *Spart.* Superiorem alvum dejicere, *Cato.* Revomere, *Virg.* Convomere aliquem, *Iuv.* *Vomitu aſpergere.*

Vomitio, actio] Vomitus: facere, ſiſtere, inhibere vomitus Rejectus cibi, *Celſ.* Rejectio, *Plin.* Orexis, *Id.* Nauſea, *Cic.* Vomitus & purgatio alvi, turpia redundantiæ remedia, *Pl.*

Voracitas, vid. *Edacitas.*

Voraginoſus] Verticoſus, Vorticoſus, *Liv.*

Vorago] Vertex: contorta in ſe aqua, *Quint.* Vortex, *Virg.* Torta vertigo, *Propert.* Turbo in aquis, *Stat.* Gurges exæſtuat voragine, *Virg.* Barathrum, *Id.* Vorago terræ, *Amm.*

Vorare] Ligurire, vel ligurrire, *Hor.* Lurcare lurcon, *Pompon.* Lurcare cum aliquo, *Var.* Lurcari, *Lucil.* Tuburcinari, *Plaut.* Ingerere. Ingenti aviditate diſtentum ventrem

oneraт.

nerare, *Sen.* Hiatu oris cibum capere, *Cic.* Obſtrudere, ɔſaturare, *Feſt.*

Vorax] Edax hoſpes, *Cic.* Edax vultur, ignis, *Ovid.* Pamhagus, *Id.* Vid. *Edax.*

Votum] Sponſio, *Cic.* Sponſio voti qua Deo obligamur.

Votum ſolvere] *Virg.* Votum diſſolvere, reddere, *Cic.* ɛrſolvere, *Propert.*

Vovere aliquid alicui] Voverunt ſe Dianæ vitulum immoituros. Vota facere Deo. Vota ſuſcipere, nuncupare. ponſio voti, qua Deo obligamur, *Cic.* Suſcipere Deo ota pro aliquo, *Plin. Iun.* Vovere votum, *Liv.* Concicere vota, *Ovid.* Obſtringere ſe religione voti. Devovere li quid alicui, *Cic.*

Vox] Vox clara, ſuavis, ſonora, canora & ſuavis, *Cic.* Clariſona, *Catul.* Limpida, *Plin.* Liquida, *Lucr.* Liquata, *Macr.* Articulata, *Apul.*

Vox ſola] Aſſa vox: aſſa voce canere, *Scal.* Vox mera, *Var.*

Vox plena] *Cic.* Vox toto organo inſtructa, *Quint.*

Vulgare, vid. *Divulgare.*

Vulgaris] Plebejus, popularis, pervagatus, vernaculus, regarius, compitalitius, *Cic.* Compitalis, *Suet.* Gregalis, *en.* Ad multos pertinet, *Cic.* Vulgata verba, *Plaut.* Pleeji ſeminis pulli, *Col.* Vulgus ſervorum, (id eſt, *vulgares rvi*) *Ter.* Vid. *Vſitatus.*

Vulgariter] Simpliciter, inconditè dicere. Vulgariter, opulariter. Uſitato more agere. Uſitatis verbis uti. Nullo pparatu dicere. Sine fuco & pigmentis. Pingui Minerva gere, *Cic.* Craſſa Minerva, Craſſiore Muſa, *Quint.* Perulgate loqui, *Gell.* Inartificialiter, *Quint.* Non in ambionem compoſitum cubile. Ad naturam vivere, *Sen.* Ut atura fert facere. Aperte rem ipſam modo locutus, nihil rcuitione uſus es, *Ter.* Sine ambage: ambage nulla anteeſſa, *Amm.*

Vulgo] Vulgo & paſſim. Ferè. Plerumque. Comuniter, *Cic.* Plurimum, *Plin.* Ordinariè, *Sipont.* ſthæc fiunt, *Plaut.* Vulgus ſervorum facit. (*pro ſervi vulo faciunt.*

Digitized by Google

Vulgus] Vulgaritas, *Arnob*. Sordes & fex urbis populus, *Cic*. Popellus, *Hor*. Multitudo, *Saluſt*. Multi, *C* Turba, *Non*. Ignota capita, *Liv*.

Vulnerare] Sauciare ferro, *Col*. Facere, infligere, imponere plagam mortiferam. Vulnus alicui infligere, imponere, *Cic*. Impingere, *Plaut*. Facere alicui vulnera a tergo. Saucium facere, *Ovid*. Vultus gladio turpare, *Lucan*. Tangere jactu uſque ad oſſa, *Propert*. Adigere vulnus, *Tac*. Violare corpus vulnere, *Virg*. Convulnerare aliquem, *Plin*. Conſauciare, *Suet*. Infligere alicui ſecurim, *Cic*.

Vulnerari] Accipere vulnus; plagam luculentam. Excipere plagas cicatrices. Injecta eſt ei plaga maxima, *Cic*. Vulneribus confici, *Liv*. Ingeſtis vulneribus concidit, *Tacit*. Vulnere per inguen accepto, *Sen*. Recipere corpore ferrum, telum, *Cic*. Jugulo accepit enſem, *Virg*.

Vulneratio] Sauciatio, *Cic*. Profectus, *Apul*.

Vulneratus] Saucius, *Cic*. Sauciatus, *Col*. Lacer membris undique, *Lucr*. Lacer crudeliter, *Virg*. Collaceratum corpus, *Tac*. Exſinceratum tergum, *Plaut*. Æger ex vulnere, *Liv*. Plagoſus, *Apul*.

Vulnus] Plaga, *Cic*.

Vultur] Vulturio, & Vulturius, *Plaut*. Caucaſea volucris, *Virg*. Avis palatina, *Propert*. Avis magna, *Plaut*.

Vulturinus] Vulturius jactus, *Plaut*.

Vultus] Sermo mentis, *Cic*. Habitus oris, *Lucr*. Os pudibundum, *Ovid*.

Vultus ſerenus] Vultus renidens, *Val. Flacc*. Frons exporgata, *Plin*. Frons exporrecta, *Ter*.

Vultus triſtis] Severus, *Cic*. Trux, *Tac*. Obductus vultus, *Ovid*. Caperata frons ſeveritudine, *Plaut*. Frons adducta, *Ovid*. Obducta, *Juv*. Contracta, *Hor*. Frons matutina, adſtricta, *Mart*. Vultuoſa, *Apul*. Parum læta frons, *Virg*.

Vultu & verbis aliquid ſignificare] Significationes dare

dare alicujus rei. Quod animo ſentiebat ; & vultu promptum habuit & lingua. Clamant ſupercilia malitiam, *Cic.* Vultu ferebat, quos ſpiritus geſſiſſet. Manifeſtus erat tacitæ cogitationis, *Tac.* Vultu aliquid promittere, *Quint.* Prodere crimen vultu, *Ovid.* Oſtendo me ægre pati, *Ter.* Erumpo gaudium, *Id.* Profiteri ac præ ſe ferre aliquid, *Cic.* Profert mores oratio, & animi ſecreta detegit, *Quint.* Lætitiam vagis ſermonibus ſimulare, *Tac.* Setæ promittunt atrocem animum, *Iuv.* Vid. *Simulare.*

X.

XEnium] Xenia, (*mittebantur hoſpitibus*) *Vitr.* Apophoreta, *plur. Mart.* Sortes, *Suet. Mart.* Vid. *Honorarium.*

Xylinus. Xylon, vid. *Goſſampinus &c.*]

Xyſtus, vid. *Palæſtra.*

Z.

ZEa] Spelta, *Gorra.* Semen, *Plin.*

Zelare] Nihil amplius vindicare, quam impietatem in Deum. Zelo divino moveri. Ardenter propugnare, tueri gloriam Dei, honorem, cultum ſupremi Numinis. Studioſiſſimum eſſe divini honoris. Sum acris vindex violatæ religionis, pietatis, &c.

Zeloſus, vulgo] Zelotes, *in SS.* Ardens propugnator religionis, honoris divini. Ultor acerrimus violatæ religionis, pietatis.

Zelotypia] Rivalitas, *Plin.* Suſpicio amoris, *Corrad.* Vid. *Invidia.*

Zelotypus Se & ſua ſine *rivali* amare, Æmulus, *Cic.*

Zelus] Ardens Dei colendi impetus.

Zephyrus] Favonius, *Sen.*

Digitized by Google

Zoilus] Obtrectator ſtudiorum alicujus, *Cic.* Homeromaſtix.

Zona, vid. *Cingulum*.

Zona mundi] Plaga, *Virg.* Faſcia in cœlo, *Capell.* Vid. *Differ*; *in Ian. LL.*

Zonatim, vid. *Circulatim*.

Zythum, vid. *Cereviſia*.

Soli DEO immortali, inviſibili, qui dedit velle & perficere, ſit laus & gloria, in ſempiterna ſecula ſeculorum.

AMEN.

Digitized by Google

Errata.

PAg. 1. Omiſſum eſt aliquid, quod ſupplendum ita:
Abacus in triclinio] Menſa vinaria, *Varr.* Menſa Delphica, *Rhod.* x *Porphyrio.* Repoſitorium, *Plin.*
Abacus calculatorius] Abacium, Menſa Pythagoræ &c.
Minora ipſi lectores eruditi emendabunt. Ut quod pag. 417. Loria, induſium *ferrum*, pro, *ferreum*, dicitur, & ſimilia.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google